

PROMPTVARIVM REGVLARE

COMPLECTENS EA FERE OMNIA, Quæ ad Regulares pertinent pro vtroque foro.

Ex Sacr. Canon. Concil. Summ. Pontif. & Sac. Congreg. Decretis. Necnon DD. Classicorum placitis Collectum.

A P. Mag.

PETRO BELLASIO FLORENTINO


ORDINIS D. HIERONYMI Congreg. Fesulanæ olim Priore Generali.

Hac noua editione ab Auctore recognitum, & auctum.



VENETIIS, M. DC. XLIX.

Apud Turrinum.



EMINENTISSIMO

S. R. E.


PRINCIPI

BENEDICTO

CARDINALI

ODESCALCO

Protectori beneficientiſſimo.



Fr. Petrus Bellaſius. F.



Cij mei monumēta, operoſo religioſi regiminis negotio, ſucceſſiuis horis furtim ſubtracta, ſtatuo tibi Eminentiſſime Princeps. Sanè diffuſi latè Ordini noſtro beneficentiæ tuæ radij penitiſſimos animi mei ſenſus, arcana vi quadam,

euocabant in aliquam votiui obſequij ſignificationem, ſed more eorum, qui Perſarum Regem, non ſine aliquo munere ſalutabant, pudebat eos, ſine reddita patrocinij tui ratione, inanes prodire, qui ſi vigent, tua vigent vbertate fęcundi. Quo præclarus mecum actum video, quòd me anxia illa, quæ ſcriptorum plerique torquentur, immunem fatigatione reddidiſti. Scilicet vel conciliandæ ſibi gratiæ: lucubrationis ſuis præſidio contra obtrectatorum mordacitatẽ conquirendo, ſummorum virorum patrocinium nuncupationibus ſuis aucupantur: quaſi verò regijs ſyluis canini parcant latratus, nec in eis feras exagitent, morſu vè laceſſant. Putidè igitur an etiam ineptè id factum, alieni ſit iudicij. His porrò noſtra non admodum eget, vel certè non inhiat tenuitas adminiculis. Quid enim eius gratiam ambiam, cuius patria maieſtati coniuncta charitas, certatim Congregationis noſtrę

rationibus, commodis, ornamentis vltrò inuigilat, vt foueat altera, altera tueatur? Quid te Patronum quæram, quem pridem agnoscimus, ac veremur Patronum, ac Patrem? Fesulana quippe Familia Eminentissimo tuo Cardine vertitur vniuersa. Nostra omnia tua sunt, quia Nos sumus Tui: vt si vellem (quòd maximè velim) grati rependere officia animi, ne quidem possim, quia Tua Tibi potius defero, cum offero Mea: quanquam meum hìc est quidquid à me minus aptè dictum, à tua dignitate deflectit. Quidquid verò meum est non tàm amplissimo nomini tuo tuendum subijcio, quam æquissima iudicij tui puritate castigandum; malo enim cum D. Patre *Augustino: reprehendi à reprehensore falsitatis, quàm ab eius laudatore laudari*. Cæterùm Regulari Reipublicæ nostra deseruit industria: quia grande religiosi laboris semper duxi compendium, religiosis ad laborare institutis, &

cò ſtudia noſtra dirigere, vnde vitæ noſtræ rationes diriguntur: & cum in clauſtro ſis, turpe eſſe extra clauſtra peruolitare calamo, cum turpe ſit & mente, ac turpiſſimum manu: ne, indignante Annæo: *Magna vitæ pars elabatur malè agentibus: maxima nihil agentibus: tota aliud agentibus*. In re igitur tua mei accipe conatus animi, & me, Noſtrumque Ordinem, qui ſe tuis BENEDICTVM, atq; adeò amplificatum iactat auſpicijs, tutelaribus beneuolentiæ tuę ſinibus receptum, æternum aſſerua.

Ex Cœnobio noſtro S. Mariæ Gratiarum Brixiæ XIV. Kal. Nouembris.

M. DC. XXXXVII.



AVCTOR
LECTORI





Ollegeram hæc mihi, candide Lector; in perdifficili religiosæ administrationis negotio mihimet factura suppetias. Mihi inquam, nihil minus meditato, quàm vi prodirēt in lucem, quibus è tenebris meæ tenuitatis nunquam foret exitus permissus. Sed (vt euenit) meum vicerunt consilium crebræ amicorum voces Paulinum occinentium : Nemo nostrum sibi viuit : *ac identidem ingerentium, non inutilia fore, non modò ijs, quibus ardua religiosæ curæ operositate implicatis, per tempus non licet tot, tamq; varia, atq; adeò ingentia Doctorum volumina euoluere: Sed etiam quibus per otium vacat rem omnem regularem in suis fontibus qui hoc opere commostrantur, latè despicere. Quare, licet optimè sciam, parum posse de nostri exilitate riuuli alienos torrentes exundare: quia tamen, vt quisq; in rebus suis sibi facilè placet, ac plaudit, sic etiam credit, ac paret: quæ mihi vni scripseram, omnibus, alieno iussu, exhibui. Quod erit causæ, vt si oculos tuos suis minus, quàm*

par est numeris, & ordine absolutum, ac perpolitum opus incurrerit, nonnihil fuerit à tua benignitate condonandum; eò vel maximè, quod quale in aduersarijs meis commiseram calamo, immutatum etiam prorsus transmiserim prælo, nullius rei magis impatiens, quam limæ. Latinam igitur animi, conatusque mei ingenuitatem amicè accipe: menda, iugi muneris mei occupatione, & typographi incuria illapsa excusa: errata inscitia auctoris inuecta remitte quæso, vel corrige: de altero magnas: maximas de altero tibi gratias habiturus. Vale.

Censuræ, & approbationes pro impræssione operis.

EGo Fr. Mathias Aduocatus Venetus Sacræ Theol. Magister, & Primus Visitator Ordinis S. Hieronymi de Fesulis, iussu Reuerendiss. in Christo Patris Marcelli Galuani eiusdem Ordinis Generalis Præpositi, vidi, & semel, atq; iterum perlegi PROMPTVARIVM REGVLARE compilatum per Reuerendiss. Patrem Magistrum Petrum Bellasium Florentinum; & quia mirabili breuitate, quam plurima ad Regularem politiam spectantia, perstringens reperi, omnibusq; Regularibus, ac Superioribus presertim, vtilissimum, & gratissimum fore iudicaui: ideo illud approbo, & typis dãdum esse ad communem vtilitatem censeo.

Dat. Venetijs in Conuentu nostro S. Mariæ Gratiarum die 22. Augusti 1647.

ELEN-

ELENCHVS RVBRICARVM.

Numerus Paginam indicat.

Cam-

Con-

Exa-

Mor-

Præ-

Scru-

AB-

ABBAS.

1 EIus benedictio non est propriè consecratio, sed tantum quædam orationum solemnitas. *Oldrad. consil.* 14. *Archid in c. Quoniam 69. dist. & in c. Manus.* 1. *q* 1. *Azor.* 1. *p. lib.* 12. *cap.* 20. *q.* 4.

2 A quocumq; Episcopo potest benedici, nulla, in hoc locorum Ordinarijs obligatione debita. *Ascan. Tambur. de iur. Abb. tom.* 1. *disp.* 11. *quæs.* 10. *Ex priuil. Martini V, & Eug. IV.* Imò potest ipse alium Abbatem benedicere. *ibid. quæst.* 11.

3 Non constituitur in suo munere per benedictionem, sed per electionem, & confirmationem. *c.* 1. *de supplen. negl Præl. vbi Gloss. & Panorm. Io. Andr. in c. inter Monasterium n.* 6. *de sent. & re iudic. & Gratian. discept for. c.* 871. *n.* 11. 18. 21. *&* 29.

4 Potest possidere iura Episcopalia in Ecclesijs sibi subiectis, & ea præscribere. *cap. cum olim, & ibi gl. munitum. de præscript. gl.* 2 *in c. cum inter de re iud.*

5 Habetur pro Episcopo, si sit Abbas Monastarij exempti. *gl. in Clem.* 1. *de reb. Eccl non alien. Innoc in c.* 1. *de Cleric. peregr. Tamb. de iur. disp.* 1. *Abbat. q.* 15. *& Franc. Aret. consi* 63. Eius tamen iurisdictio, non simpliciter episcopalis, sed quasi episcopalis dicitur.

6 Est verè Prælatus, & appellatione Prælatorum venit in Sac. Canonibus, cum habeat iurisdictionem in suos subditos ordinariam. *cap. decernimus. de iudicijs. vbi Abb. c. cum ab ecclesiarum, de off. ordin. Silu. v.*

Abbas. Suar. de Relig. tom. 4. tract. 8. lib. 2 c. 2. num 2.

7 Venit nomine Monachi in fauorabilibus, sed non in odiosis: Et hoc ipsum dicitur de Abbatissa. *Tambur. to. 1. disp. 1. quæs. 7. Lezan. in sum. v. Abbas. n. 6.*

8 In Ecclesijs, & in beneficijs suæ Abbatię vnitis, permittitur ei vsus Pontificalium, quæ sunt, Mitra, Baculus Pastoralis, Annulus, Sandalia, Tunicella, Dalmatica, Chirothecæ, & Crux pectoralis. De quorum singulorum significatione *Guliel. Durand. in rat. diu. offi. lib. 3. à cap. 13.* Quidam etiam Abbates, vt Generales Cælestinorom habent priuilegium deferendi habitum Prælatorum, nempè Mozzettam, Mantelletum, Biretum clericalem, & Pileum. *Tambur. tom. 1. dis 26. q. 2. 3. & 11. vbi refert decr S. Cōg. 17. Iun. 1606.*

9 Eisdem vestibus, & insignijs Pontificalibus, quibus viuentes induebantur Abbates, dum solemniter celebrabant, induuntur eorum cadauera. *Piscar. in Prax. cærem. lib. 1. sect. 9. cap. 9.*

10 Abbas non benedictus habet insignia, & priuilegia, quæ & benedictus. *Tambur. disput. 11. quest. 13.* Differunt enim tantum quo ad modum, non quo ad substantiam. *Gratian disc for. c. 871. n. 11. 18. 21. & 29.*

11 Ter in anno, ad summum, potest cantare Missam Abbatialem, hoc est cum Baldachino, & Sede in cornu Euangelij posita, Ministris quinque adhibitis, & alijs sex paratis. *Sac. Cong. Rit. 29. Ian. 1628. ex Gauant. in Man. Episc. v Abbas num. 11.*

12 Habens ius vtendi pontificalibus in suo Monasterio, inuitatus ad aliud monasterium exemptum, potest in pontificalibus celebrare. *Lapus alleg. 19. &*

Philip.

Philip Franc in cap.ut Apostolicæ n.5.& 6.de priuil.in 6.Tamb.disp.21.quæst 4.

13 Priuilegijs concessis Abbatib. Regularibus non gaudent Abbates commendatarij. *Azor.1.p. lib. 5.cap.23.quæst. 2. Salas de legibus disp. 17. sect. 8. num. 48.Tuscus.tom.6 lit.P.conclus.746.*

14 Abbates sicut & alij Prælati habentes vsum Mozzettæ, possunt eam vbique deferre, etiam præsente Episcopo.*Sac.Congr.Rit.9.Decemb.1617.& 30. Mart.1621.vt refert Tambur.to.1.disput 20. quæst.2.*

15 Abbas pro eo tempore, quo à Presidente Generali, tempore scilicet Capituli Generalis, à suo munere, & dignitate absoluitur, non potest pontificalia exercere, vsquequo denuo ad eandem assumatur. *Tambur disp.21.quæst.6.*

16 Habens iura Episcopalia potest dare licentiam alieno Episcopo in suo districtu exercendi pontificalia.*Ricc.in prax.resol.300.tom.1.p.2.*

17 Vti potest Abbas titularis pontificalibus insignijs, de licentia tamen Abbatis localis, in cuius ecclesia ea exercere voluerit.*Tamb.to.1.disp.3.q.1.*

18 Abbates ab Episcopo semel in anno ad Synodum vocati, debent venire, si necessitas magna fuerit; alias non debent vocari.*Can.Abbates vbi gl.2.18.q.2.*

19 Saltem ex consuetudine vocari, debent Abbates ad Concilia generalia Ecclesiæ. *can. in nomine.dist.23.Michael Leonicus in specul.sacr.cærem v. Abbas.Lezan.v.eod.num.16* vbi citat plures Doctores.In his verò Concilijs habent votum decisiuum, sicut episcopi.*Tambur.disp.24.quæst 2.*

20 Abbas potest conferre Tonsuram, & Ordines Minores suis subditis Regularib. *Sac. Congr. apud Sà. v.Ordo.n.16* Et hoc non obstante desuetudine longi temporis, ex concessione facta Cisterciensibus. *Rodriq.to.1.quęst.Regul.quest.18.ar.1.*

Amplia primò quo ad suos Nouitios.*Suar. to.4.de Relig.tract.8.li.2.c.29.n.12.& Lezan to.1.c.18.n.64.*

Amplia Secundò quo ad sæculares Episcopi iurisdictioni subditos, si modò ipsius, Episcopi consensus accedat, & ab eodem quisque litteras dimissorias impetrauerit.

Amplia tertiò quo ad aliòs Regulares, si litteras dimissorias suorum Superiorum habuerint, & Episcopus loci consenserit. *Concil.Trid.de Reform.c. 10.sess. 23.Quaranta in sum.Bull.v.Ordo.Suar.ibid.num. 20.*

Limita tamen, vt non nisi in suo Monasterio.*c.Quoniam.69.dist.Vide Grat. disc.for.c.871.n.30. & 39.*vbi latè probat Abbatem etiam non benedictum posse conferre ordines minores.

21 Nō potest verò cōferre sacros Ordines etiã ex delegatione Papę *Sot.in 4.dist.7.q.vnica.artic.11.vers. ad 4.& dist.25.q.1.art.1.Couar.lib.1.variar resol.c. 10. num.10.contra glos.in cap. manus. de consecr. dist.5.& Panorm.in cap.quanto, de consuet.*

22 Potest Priorem electum, si voluerit, non solum non confirmare, seu eius electionem non admittere, sed etiam iam electum, & admissum ad sui nutum remouere.*Feder de Sen cons. 134. num. 2. Farinac. dec. 112.num.2.p.2.posth.& dec.329.num.1.ead.p.2.*

23 Non ligatur statuto monasterij etiamsi de eius

consensu fuerit conditum. Monachi enim non possunt illi resistere, sed debent ei obedire. *Abb. c. cum inter. il primo. num. 2. vers. aliàs. de elect.*

24 Si non sit exemptus, Episcopo authore potest permutare beneficia: secus si sit exemptus, quia authoritas Romani Pontificis requiritur. *Mantic. de tac. lib. 25. tit. 9. num. 19.*

25 Potest esse testis pro suo Monasterio. *Masc. de probat concl. 3. & 625. Quo loci ampliat, & declarat.*

26 Tenetur probare se esse talem quando facit aliquid vt talis. *Mascard. ibid. conclus. 1. & Caualcan. decis. 17 num. 22. & seqq p. 2.*

27 Acta per Abbatē præsumuntur acta cum consensu Capituli. *Masc. ibid. concl. 2. vbi decl. & ampliat.*

28 Potest esse executor testamenti. *Michael Crass. de execut. vlt volunt. lib. 2. qu. 2. n. 6. vbi alios acumulat.*

29 Abbàs innitens contractui facto à suo Monacho debet etiam stare confessioni in eo contentæ. *Tiraquell de retract. conuent. ad fin. tit. numer. 6. & ante eum Alberic. in l. is. qui, § si ab ignoto. ff. de manumiss. vbi ait, quod si quis vendiderit rem aliquam Monacho cum pacto, vt res sibi restituatur, Monasterium necesse habet seruare id pactum, quia res ei acquisita videtur cum suo onere, suisque conditionibus.*

30 Auditur in causa criminali pro Monacho, si compareat non tanquam Procurator, aut illius defensor, sed pro interesse suo. *Clar. lib. 5. §. fin. q. 33 n. 5.*

31 Potest commutare vltimas voluntates, etiam quo ad seculares personas, vbi plenam iurisdictionem Episcopalem habet, *c. cum & plantare. §. 1. & c. Quo-*

niam de priu.& c.Abbas.eod.tit.in 6.Monet.de commut. vlt.vol.cap.5 n.568.& seqq.vbi ampliat etiam quoad reductionem Missarum. Vtrum autem huic facultati obstet Cõstit. Vrb.VIII.de celebr.Miss.*vide infr.v.Missa.*

32 Licet de iure communi, Abbatum electio spectet ad Conuentum; hodie tamen per Generales, vel Prouinciales,& suos definitores eliguntur, iuxta specialia Religionum statuta. *Nauarr. libro 1. consil. 3. num.1 tit.de elect in nouiss. Roderic.tom.3. quæst.11.art. 1.Rota decis.267.num.7.& 8.recent.diuers.*

33 Qui de mendicantibus ad non mendicantes transiit, nequit in Abbatẽ assumi. *Clem. vt Professi. de Reg.Tamb.to.1.dis. 5.q.21.Vide infra v.transitus n.12.*

34 Potest Abbas ab officio deponi propter demerita.*Tamb.disp.13.quæst.2.& Lezan.v.Abbas num.18.*

35 Abbati qui spontè Abbatiæ renunciauit, vel ab ea sine culpa fuit depositus, debetur primus locus in Choro,& Conuentu post Abbatem. *Io: de Lignano in Clem ne in agro. de Stat. Monach. Io: de Imola ibid. Felin.in cap.quæ in Ecclesiarum.col.38.n.81. de rescrip.*

36 Licet per viam communicationis gaudere potuerint cæteri alii Religionum Prælati omnibus priuilegiis, quæ specialiter Abbatibus sunt concessa: ex perpetuo tamen eorum silentio,& non vsu, non gaudent. *Suar. de Relig. to. 4. tractat.8.lib.2.cap.29.num. vlt. & Tamb.disp. 1. quæst.8.*

Reliq.in v. Altare.Baculus.Baldachinum.Benedicere. Calix.Camp.Consecrare.Monachus.Præcedentia.Vnire.

ABBATIA.

1 NOn poteſt concedi in commendam Clerico ſeculari ſiuè ad tempus, ſiuè in perpetuum cum facultate diſponendi de fructibus ipſius, niſi à ſummo Pont. *Azor. p.2. lib. 6. cap. 31. quæſt. 15. Barboſ. de off. & poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 68.*

2 In Abbatia nullius diœceſis eſt in poteſtate Abbatis ipſius conuocare quem maluerit Catholicum Antiſtitem pro conferendo Sacramento Confirmationis. *Lezan. v. Abbatia. num. 5.*

3 Abbatijs duabus non poteſt præfici vnus Abbas. *Feder. de ſenis conſil. 29. & Lezan. to. 1. cap. 18. num. 97. & v. Abbatia. num. 4.* Poteſt tamen vnus Abbas duobus Monaſterijs in tit. iure ſpeciali præſſe, licet non iure communi. *Can. vnum Abbatem. 21. q. 1.*

4 Omnes ferè Eccleſiæ ſeculares, quæ hodie Abbatiæ nomen retinent, fuerunt olim Monaſteria Monachorum, vel Canonicorum Regularium. *Tambur. tom. 1. diſput. 2. quæſt. 6.*

Reliqua in verbo Monaſterium.

ABBATISSA.

1 DEbet eſſe quadraginta annorum. *Sac. Cõgr. relata à Barboſa de iur. Eccleſ. lib. 1. cap. 45. & in collectan. bullar. v. Abbatiſſa. Iul. Lauor. var. lucubrat. tit. 4. c. 23. n. 6. Tamb. de iur. Abbatiſs. diſ. 28. q. 2. n. 8. Vide tamẽ Cõc. Trid. de Reg. c. 7. ſeſſ. 25.*

2 Eius electio pertinet ad moniales ipsas. *Lezan. tom.* 1. *c.* 26. *n.* 2. Possunt tamen Moniales vnanimi cõsensu compromittere dictam electionẽ in Episcopum vel alium Prælatum. *Tambur. ibid. quæst.* 8. *& Lauor. ibid. cap.* 24. *num.* 60.

3 In eadem electione procedi debet per vota secreta. *Trid. sess.* 25. *cap.* 6. *Ricc. in decis. cur. Archiep. Neapol. p.* 4. *d.* 196. *n.* 7. Licet valida sit electio etiam per suffragia voce tenus expressa coram Episcopo cum suo Vicario, Secretario, vel alio ab ipso assumpto dummodo seruetur secretum. *Naldus in sum. v. Moniales. n.* 1. *& Lezan. in v. Abbatissa. num.* 3.

4 Ad Abbatissam eligendam debent concurrere duæ partes ex tribus, nisi fuerit alia loci consuetudo; Quod si fuerint discordes, potest Episcopus nominare vnam, quam magis idoneam iudicauerit. *Sac. Congr. apud Piasec. in pra .Episc. p.* 2. *cap.* 3. *num.* 57. *& Barb. in collect. v. Abbatissa.*

5 Electa debet confirmari à Superiore immediato. *Azor. tom.* 1. *lib.* 13. *cap.* 10. *quæst.* 3. *Layman. quæst. canon. de Prælat. elect. quest.* 233.

6 Non debet durare vltra triennium. *Tambur de iur. Abbatiss. disp.* 30 *quæst.* 1. *Nouar. in Lucer: Regul. v. Abbatissa. num.* 8. *& Naldus ibid. num.* 5. Immo expleto suo triennio, per triennium vacare debet, & tunc iterum eligi potest. *Lezan. v. Abbatissa. num.* 13. Quod tamen limitat *Roderic. in comp. resol.* 2. *num.* 6. ad Italiã tantũ, docetque extra Italiam posse omnes Abbatissas, præter Clarissas reelegi, & continuare.

7 Cadit à suo iure, nisi intra annum à suę confirma-

inationis tempore computandum, munus benedictionis suscipiat(nisi tamen rationabili causa excusetur.) *Lez.ibid.num.*11 *vbi citat plures. Doctor.*

8 Descendens ex maculato genere, puta Hæbreorum, vel Saracenorum, eligi potest in Abbatissam. *Miranda de Sanctimonialibus.quæst.6.artic.2. Portel.in dub. Regular.v Abbatissa.num.6.*

9 Non verò potest filia Scænici, vel Histrionis. *Maiol.de irregularit.lib.*1 *cap.*29*num.*12.

Neque illa, quę Matrem habet inhonestam. *Marc. decis.*1324.*p.*2. Neque corrupta virgo quantumuis pænitens. Neque Bigama, neque que post votum castitatis præuaricata est. *Maiol.ibid.num.*13.*&* 14. Neque Vidua *Sac.Congr.Episc.*15.*Iulij* 1616. Neque illegitima *Peyr.de Prǫl.quæst.* 2.*cap.* 5.*num.*152. *vbi citat plures Doctor.*

10 Potest Abbatissa è clausura exire quando ratione feudi tenetur prętare iuramentum fidelitatis alicui Principi seculari, si illud per Procuratorem prętare nequeat, *Lezan.to.*1.*cap* 26.*nnm* 20

11 Habet liberam bonorum sui Monasterij administrationem ad modum Prǫlatorum Regularium, limitatam tamen iuxta Religionum statuta. *cap.*2.*de his, quæ fiunt à Præl. Sanch.lib* 7.*Decal.c.*19. *n.*44.

12 Potest suis Monialibus eam dandi, & recipiendi licentiam concedere, quam etiam possunt Prælati suis subditis, nisi hoc vel statuto aliquo, vel consuetudine Religionis sit illi prohibitum. *Sanchez. ibidem & Lezan.verb. Abbatissa.num.*17.

13 Ratione publici muneris, & officij, est capax iu-

iurisdictionis spiritualis, iuxta dicenda tamen. n. 16. *Ricc. collect decis. 2675. Vide Laym Theol. moral. lib 1. tract. 5. cap. 3. num. 4. vbi explicat qua ratione id debeat intelligi, Et D. Thom. in 4. dist. 25. quæst 2 artic. 1. docentẽ nõ habere Abbatissã prelationẽ, ordinariã, sed quasi ex commissione propter periculum cohabitationis virorum.*

14 Non potest benedicere in signum superioritatis in loco publico, nec aquam, nec vestes in forma Ecclesię; quia hi actus in iurisdictione fundãtur, cuius Abbatissa est incapax. Nec potest predicare etiam annuente Episcopo. *Maiol. de irregul. libr. 1. c. 29 num. 26. & 27.* Potest tamen de commissione summi Pont. vt patet in D. Chatarina Senensi.

15 Potest verò, si Monasterium cui præest habeat beneficiũ curatum vnitum, Clericos instituere, & beneficium, & capellas conferre ad instar aliorum Prælatorum Regularium. *Rodriq. tom. 1. quæst. 17 art 12. Mirand. de Monial. quæst. 6. artic. 5. conclus. 1. & Lezan. tom 3. v Abbatissa num. 16. Vide Bisignett. decis. 21. de præbend & cap. Dilecta. de maior. & obed. vbi glos. 1.*

16 Potest itẽ approbare aliquem ad audiẽdas cõfessiones; ratione scilicet cõsequẽtis; licet enim talis facultas per antecedens ei negetur in necessariam tamen consequentiam, hoc est iure connexitatis conceditur. *Rot. decis. 332. par. 1. recent.* Quod tamen intellige iuxta dispositionem Tridentini, si habeat iurisditionem quasi Episcopalem priuatiuè quò ad Episcopum *Ricc. in collect. dec. 3716. vers. decimò potest.*

17 Potest etiam constituere Procuratorẽ. *Afflict. dec. 168. Put. dec. 284. lib. 3.* Et suspendere monia-

lem

lem ab eius officio.*Viu.dec.314.Marc.decis.955.p.1.* Et remittere caducitatē.*Ricc.d.3716.p 8.vers.Quartò potest,vbi tamen refert Rotam Romanam dissentiētem.*

18 Sed non potest præiudicare in acquisitis Monasterio. *cap. 1. vbi glos. verb. non liceret. & ibi Abb. n.9.de restitut.in integr.c.fraternitatem.de donat. Farin. decis.678.num.6.p.1.posthum.*

19 Non habet potestatem ponendi pręcepta spiritualia,sed tātum ciuilia, sicut matres familias. Potest tamen,de commissione Prouincialis,aliquid pręcipere sub peccato mortali.*Graff.de Arbitr.confess.lib. 2.cap.56.num.3.& 4.*

20 Abbatissa dicitur etiam Priorissa, & Præfecta seu Præposita.*Gratian disc.for.c.871.n.8.citans Conc. Trid.sess.25.c.7.de Regul & Monial.*

Vide v.Monasteria Monialium.Moniales Monialium clausura.

ABIVRATIO.

1 Triplex est abiuratio,seu ex tribus causis fit. Primo propter vehementem suspicionem: secundo propter leuem: Tertiò propter errores ab hęretico penitente. *Iacob. Simanc. in prax. hæres.tit.53.num.3.*

2 Regularis abiuratus de leui, non ideo inhabilis est ad officia suæ Religionis.*Nauarr.lib.cons.de Hæret.consil.18.Bariol.aphor.lit.A.Ricc.tom.1. dec.676. num.6.Ricciul.lib.5.de iur pers.cap. 19.num. 27. Sanch. 2.in decal.cap.25.num.12.* Secus de eo, qui abiurauit hæresim vel probatam,vel confessam.*Nauar.& Sanch. ibid.*

ib. Vide tñ Caren. de off. Sac. Inquis. p. 3. tit. 12. §. 4. n. 14.

3 Abiuratus de vehementi non admittitur ad confessiones audiendas. *Locat. prax. inquisit. in fin. vbi citat Sac. Congr.* Secus si sit abiuratus de leui. *Genuen. prax. Archiep cap. 52. num. 2.*

4 Abiurant regulariter de leui Religiosi matrimonium contrahentes. *Dian. 4. p. tract. 7. resol. 4. in fin. Vide v. matrimonium. num. 2.*

5 Quoad formulam abiurandi, vide *Iacob. Simanc. tit. 53. num. 15. vbi remissiuè ad Alphons. à. Castr. lib. 1. de iust. hæret. punit. c. fin.*

ABORTVS.

1 Regulares, qui aliquo modo ex enumeratis in Bulla Sixti V. *Effrenatam*, sunt causa abortus fœtus animati, incurrunt pænas priuationis, & inhabilitatis de quibus in dicta Bulla. *Rodriq. in addit. ad sum. tom. 3. c. 3. num. 4. Portel. in dub. Regul. v. Abortus num. 8. Lezan. tom. 3. v. eod. num. 19.*

2 In dubio animationis fætus non incurruntur supradictæ pænæ. *Vasq. 1. 2. quæst 19. art. 6. disp. 66. c. 1. n. 5. Sanch. decal. lib. 1. cap. 10. nu. 45.* Benè tamen incurritur irregularitas. *Sanch. ib. n. 42. & 43. & Lez. ib. n. 13.* In dubio enim facti homicidij, irregularem quis se debet reputare. *Hier. Rod. res. 4. n. 9. Sanch. ib. & Portel. in addit. ad dub. Regul. v. Abortus. n. 1. Vide Fagund. in decal. tom. 1. lib. 2. c. 10. num. 15.*

3 Procuratio, auxilium, seu consilium ad abortum faciendum post animatum fœtum etiam effectu

non

non ſequuto, eſt caſus reſeruabilis à Prælatis Regularibus. *Clem. VIII in decret. de caſ. reſer.*

4 Regulares, qui fuerunt cauſa abortus fætus animati, tradendi ſunt brachio ſeculari, vt depoſiti, & degradati tanquam veri homicidæ puniantur. *Rodriq. q. q. Regul. tom. 2. quæſt. 33. a* 4. *Quaran. v. Abortus num. 6. & Lezan. num.* 20. Intellige tamen quando caſus deductus eſt ad forum contentioſum.

5 Non incidit in caſum Religioſus, qui dat mulieri conſilium, auxilium, ac procurat, vt ſumat potionem ad abortum cauſandum, ſi mulier eam verè non ſumat. *Longus. part. 2. caſ. 6. num. 3. Graff. de caſ. reſer. lib. 3. cap. 5. Molfes. tom. 1. ſum. tractat. 7. cap. 20. Fagund. in 2. præc. Eccl. lib. 8. cap. 7. & Peyrin. de Præl. quæſt. 3. cap. 2. num. 46.* Conatus enim, effectu non ſequuto, non punitur.

6 Procurare abortum non licet Moniali grauidæ effectæ, ad tuendam vitam, vel honorem, vel vitandum ſcandalum. Non enim facienda ſunt mala, vt bona eueniant. *Dian. p. 3. tract. 5. reſ. 11. & p. 6. tract. 8. reſ. 37.*

7 Qui abortum ſuo nomine iam factum, ratum habuit, ſed tamen non conſuluit nec iuſſit, non incurrit irregularitatem, & cæteras pænas impoſitas à Sixto V. cum non ſit cooperatus ad homicidium: nec pena committentis delictum extenditur ad ratum habentem, niſi in caſibus expreſſis. *Hier. Rod. reſ. 4. n. 11.*

8 Quando conſtat de homicidio per abortum cauſato, ſed dubitatur de effectu conſilij, qui conſuluit cenſeri debet irregularis; quia præſumptio ſtat cantra conſulentem, dum ipſe oppoſitum non probat

bat.*Sanch.lib.1.decal.cap.10.num.44. & Portel.in addit.ad dub.Regul.v.abort.num.2.*

9 Confessarius Regularis quorumcumque priuilegiorum virtute non potest absoluere ab excommunicatione lata contra procurantes abortum nisi habeat specialem deputationem ab Ordinario.*Portel.v.Abortus num.5.Lezan.v. Cas.reser. num. 3. Mazuchel. tract.de cas.reser.disp.2.cap.3.quæst.1.num.2.*

10 Possunt quidem à prædicta excommunicatione absolui Regulares à suis Prælatis. *Suar. de Rel. tom.4.tract.8.lib.2.cap.8.& 9.& Lezan. v. Abortus. num.*8.An verò possint prædicti Prælati,& dispensare cum suis subditis in irregularitate, & eosdem habilitare ad Religionis officia,standum est priuilegijs Regularibus concessis post allegatam Sixti Quinti Bullam.Alioqui dispensatio, & habilitatio dicta reseruata est Summo Pont.*Lezan.ib.num.*14.*&* 19.

Reliqua in verbo Homicidium.

ABSOLVTIO.

1 IN Absolutione quæ datur in Capitulis à Prælatis ad effectum electionis licet non exprimatur irregularitas, ea tamen tacite intellecta censetur,si dicatur;A censuris,& pœnis, &c. quia appellatione pœnarum irregularitates veniunt.*Bannes. 2.2.quæst.64.art.8.Sot.in 4. dist.22.quæst.3.ar.1.Bart. Med.p.1.quæst.96.ar.4.col.8.*

2 Absolutiones, & dispensationes à censuris, & irregularitatibus,quę communiter dari solent in visitatio-

tationibus, & festiuitatibus solemnioribus, prosunt in foro interno animæ, saltem pro censuris, & irregularitatibus dubijs, & oblitis, seu ignoranter incursis. *Peyr.tom.1.Priuil.minim. in constit. 1. Iulij.II. §. 16. num.42. Ledesma de stat. Relig. in communi cap. 4. & Lezan.tom.1.cap.18.num.93.*

3 Prælati Regulares habentes priuilegia absoluendi subditos à censuris in visitationibus, aut certis festiuitatibus, si priuilegia ipsorum generalia sint, & non extendatur tantum ad præsentes, recte faciunt absoluendo etiam absentes. *Lezan.v.Absolutio num. 16.vbi citat Laym.lib.1.tract.5.p.2.cap.6.num. 9. & Auilam de censuris p.2.cap.7.disp.2.dub.1.*

4 Absolutio à casibus Bullæ Cænæ non potest dari venientibus ad habitum. *Bariol.v. Absolutio, & inclinat satis Peyr.de Præl.q.3.cap.1.§.7.n.204.* Contrarium tamen docet. *Pass.in notand.priu.c.12.& 13.*

5 Nec possunt Confessarij Regulares sub prætextu priuilegiorum, indultorum, aut facultatum absoluere ab vllo ex casibus, clarè, vel dubiè in Bulla Cænæ contentis, vel alias quomodolibet Sedi Apostolicæ reseruatis, aut in futurum per Sanctitatem suam in eadem Bulla, vel aliter reseruandiss. *Sac. Congr. de mandato Clem.VIII.Anno 1601.9.Iaauarij, & 1602. 26.Nouemb.& Vrb.VIII.1628.Lezan.tom. 1.c. 19.n. 15.vbi adducit moderationem eiusdem Sac. Cong. super dicto decreto, & v.Bulla cænæ.n.54.Sanch.lib.2. decal.c. 11.n.7.Io: à Cruce de voto obed.dub.14.* Contrarium tamen videtur docere *Peyr to.1.priu.in const.4.Sixti IV.*

6 Priuilegia quibusdam Regularibus concessa absol-

absoluendi ab aliquibus casibus bullæ cænæ Christianos existentes in remotis partibus in fidelium, non sunt reuocata in generali reuocatione dictę Bullæ. *Lezan.v.Bulla cenæ.n.53.* Vnde possunt Prouinciales apud Indos eligere in quolibet Conuentu duos fratres doctos qui absoluant à casibus Bullæ cænæ iuxta priuil.Pij.V.apud.*Roder.resol.3.num.50.*

7 Licet à casibus, peccatis, aut criminibus Summo Pont.reseruatis nō possint suos subditos absoluere Pręlati Regulares de iure communi, possunt tamen ex priuilegio.*Sorb.in comp.fol.45.Suar.to.4 de Relig. trac.8.lib.2.c.12.n.8.& 9. Passarell. in not. Priuil.fol. 127.& Lezan.tom.1.c.18.num.31.& seqq.*

8 Possunt etiam eosdem absoluere ab excommunicationibus, & censuris. Papæ reseruatis, nisi propter eas ad Apostolicam Sedem essent destinandi. Sub qua limitatione comprehenduntur Hæretici relapsi, schismatici, & qui litteras Apostolicas falsificassent, aut ad infideles prohibita detulissent. *Eug.IV & Sixtus IV. vt refert Lezan. ib.num.36.Vide Laert.Cherub. pag.417.& Peyr.tom.1.priuil.in Const.4.Sixti IV.*

9 A casibus, quos Ordinarii locorum sibi reseruarunt, vel in posterum reseruabunt non possunt absoluere Confessarij Regulares. *Sac. Cong. de mandato Clem.VIII.1602.26.Nouembris.*

10 Post mortem verò Episcopi, qui sibi casus reseruauit, quilibet Confessarius potest ab illis absoluere, quia tunc desinunt esse reseruati. *Quaranta in sum bull.v.Confessor.in addit & v.Casus reseruati in fin. Lezan.tom.1.cap.19 num.17.*

Limita,

Limita, nisi casus essent reseruati per statutũ; quia hoc est perpetuum, & habet vim legis *Piaset. p. 2. cap. 1. art. 2 num. 21.*

11 Confessarij Regulares in mortis articulo possunt plenariè absoluere Religiosos sui Ordinis. *Lezan. ibid. num. 28. vbi adducit plura priuilegia Summorum Pont.* Nostro Ordini Fesulano hoc priuilegium concessum est ab Eugenio IV. *cap.* 8. *nostrorum priuil.* & confirmatum à Sixto IV. *cap* 80. *eorundem.*

12 Absolui etiam possunt Fratres nostri, & qui nobiscum communicant in priuilegijs, semel in vita, plenarie à confessario, quem quilibet eorum elegerit infra annum à tempore suæ professionis computandum. *Martinus V. vt habetur in cap.* 45. *nostrorũ priuil.*

13 Religiosi absoluentes ab excommunicatione lata ab homine, inualidè absoluunt, sed non incurrũt excommunicationem. *Sorb. in addit. ad comp. priuil. mend. v. Confess.* § 2. Nisi tamen talis excommunicatio lata esset etiã cõtra absoluentes *Lezan. ibid. n.* 43.

14 Præsumentes verò absoluere excommunicatos à Can. (nisi in casibus à iure expressis, aut gratia sedis Apostolicæ concessis:) vel excommunicatos à sententijs per statuta prouincialia, vel Synodalia, sunt ipso facto excommunicati, & absolutio reseruatur Papæ. *Clem. de priuil. c. Religiosi. D. Anton.* 3. *p. tit.* 24. *c.* 54. *& Caiet. in sum tit. Excomm. cap* 64.

15 Absoluendi potestatem possunt Prælati Regulares delegare suo Confessario in ijs casibus, in quibus illam possunt concedere pro alijs. *Homobon. de cas. reseru. p. p. cap.* 2.

16 Absolui possunt Religiosi exempti, seu non subditi Episcopis, ab ipsis Episcopis, à censuris Episcopis specialiter, & priuatiuè reseruatis. *Suar. ib. n.* 12. *Sanch. 4. in decal. cap. 39. n.* 32. Neque ad hunc effectum requiritur voluntas Prælati, quia Religiosi vtuntur iure suo. *Lezan. tom.* 1. *cap.* 11. *num.* 6.

17 Absoluere possunt Prælati Regulares à censuris reseruatis Papæ, quæ in iure sunt commissæ Episcopis, qualis est absolutio ab excommunicatione Can. Si quis suadente, & cæt. 17. *q* 4. iuxta dicenda tamen v. percussio. *Lezan. ibid. cap.* 18. *num.* 30. Secus verò de censuris, quæ sunt commissæ Episcopis specialiter vt Legatis Summi Pont. *Suar. ibid. cap.* 20. *num.* 9. Quod ipsum dicitur de censuris latis ab Episcopis in casibus, in quibus eas in Religiosos exemptos ferre possunt; & hoc quidem stando in iure communi. An verò possint ex priuilegio, *Vide Suar. ibid. num.* 4. & 5.

18 Absoluere potest Confessarius Regularis mox in suam Religionem ingressurum, licet non sit approbatus ab Ordinario, à casibus Episcopalibus. *Vecch. disp.* 9. *dub.* 7. *n.* 5. Proximè enim Religionem ingressurus non venit nomine secularis. *Dian. par.* 3. *trac.* 2. *res.* 46. Nam proximè accingẽdus, habetur pro accincto.

19 Prior, cui Abbas cõmisit auctoritatẽ absoluẽdi à casibus reseruatis potest delegare simplex ministeriũ absoluẽdi in casu occurrẽti, nõ quidẽ cuicũque Monacho, sed illi, qui à Superiore approbatus est ad audiẽdas cõfessiones. *Graff. lib.* 3. *cas. reser. cap.* 10. *n.* 31.

Reliqua in verbo. Beneficium. Casus reseruati. Censura. Confessarius. Excommunicatio.

ABSOLVTVS.

1 Contrà absolutum non definitiuè, & ex causa innocentiæ, sed rebus stantibus prout stant, seu ex hactenus deductis, si noua deinde superuenerint indicia, potest iterum procedi. *Octau. Spath de mod. corrig. Regul. trac. 10. c. 12. vbi citat Didacum lib. 1. resolut. c. 1. Igneum, Rebuffum, & Clarum.* quia dicitur tantum absolutus suspensiuè.

2 Absolutus per viam dispensationis non potest amplius conueniri. *Decius cons.* 136. Hec verò dispensatio non est nisi à Generali, vel eius Delegato cum plenitudine potestatis. *Spath. ibid. cap.* 13. *num.* 5.

3 Absolutus potest quis esse apud Deum, & ligatus apud Ecclesiã, & è cõtra. *c à nobis* 28. *de sēt. excom.* *Reliqua in verbo Iudex. Reus. Sententia.*

ACCVSATIO.

1 Accusatio paci, & tranquillitati Religionis non expedit; vix enim exerceri potest sine peccato. *Glos. in c. Si quis Episcopus. v. Illaudabilis.* 2. *quæst.* 7. *Ghisl. de iudic. regul. cap.* 16. *num.* 45. *Peyr. formul. cap.* 10. *Thom. à Iesu de visit. Regul. tractat.* 1. *cap.* 4. *num.* 6.

2 Vbi per accusationem proceditur, potest Prælatus receptam accusationem rescindere, si ex hóc maius bonum oriundum est communitati, non obstante etiam partis instantia. *Rodriq. tom.* 2. *quæst.* 42. *art.* 5. *& Peyr. ibid.*

3 Accuſatio ferenda eſt in ſcriptis, & nomen accuſatoris debet continere. *Spath. de mod. cor. Regul. trac.6 cap.1 num.6.*

4 In accuſatione Prælatorum non debent aſſumi quicumque teſtes indifferenter, ſed tantum, qui ſunt omni exceptione maiores,& omninò irreprehenſibiles.*can.criminatores 2.q.7. Peyr. de Subd.q.1.cap.18.*

5 Regulares nequeunt accuſare non Regulares, neque Regulares vnius Ordinis, Regulares alterius. Debēt enim accuſator& accuſatus eſſe eiuſdem fori. *Spath.ibid.tract.6.cap.6.num.1.*

Secus verò in caſu denunciationis. *ibid. num.3.*

6 Non poteſt Religioſus accuſare in iudicio forenſi aliquem pro iniuria ſibi ab eo illata ſine licentia ſui Prælati.*Lezan.v.Accuſare.num.1.*

Fallit tamen,niſi Religioſus ſit extra monaſterium, & Prælatus ita ſit abſens, vt commodè nequeat expectari eius reſponſum.*ibid.*

7 Nec ſimiliter poteſt accuſare in cauſa ſanguinis.*cap.Sententiam ſanguinis.tit.ne Clerici,vel Monachi. c.poſtulaſti.de homicidio.*Quod ſi accuſet ſequuta morte,vel mutilatione, remanet accuſator irregularis.*c. penult.de homicid.in 6.Did.in Clem.1.de homic.p.2.§.5.*

8 Poteſt quidem accuſare etiam apud Iudicem ſecularem,in defenſionem ſui,& rerum ſuarum,ſuper criminibus,quibus pæna ſanguinis debetur,dummodo proteſtetur ſe non intendere talem penam. *cap. Poſtulaſti,& cap. Prælatis de homic.in 6.*Alias daretur pleriſque materia delinquendi, ſi cum proteſtatione non poſſet Religioſus accuſare.*Viu.in d.c.Prælatis.*

Si

9 Si data accuſatione abſque vlla proteſtatione, quia ſcilicet crimen eſt leue, nec meretur pænam ſanguinis; & tamen propter malitiam, vel ignorantiam Iudicis, vel certe ob alias ſubſequtas ab alijs graues accuſationes in reum, deuentum eſt ad pænam ſanguinis, nõ incurritur irregularitas; tũc enim Iudex, & non accuſator eſt cauſa mortis. *Cornexo. tract. 5. de irregul. diſp. 11. dub. 1.*

10 Nec incurrit irregularitatem Religioſus quando accuſat apud iudicem, propter obbligationem, quam habet ex charitate, vel Iuſtitia ſic faciendi, vt ſi accuſet volentem prodere Rempublicam, licet ſequatur pæna ſanguinis. *Lezan. vt ſupra num. 21. vbi accumulat plures Doctores hoc tenentes.*

11 Religioſus accuſans alterum de iniuria illata perſonis extraneis, fit irregularis ſequuta morte, vel mutilatione, etiam ſi proteſtationem præmiſerit; Non enim iuuat proteſtatio niſi quando fit accuſatio in defenſionem ſui, vel rerum ſuarum. *Nauar. c. 27. num. 217. Mol. tract. 3. diſp. 44. num. 8.*

12 Accuſari poteſt quis de peccato, de quo pænituit ad pænam legalem, vel canonicam. *gloſſ. corripere. in can. 1. diſt. 25. gloſſ. fi. in ſumma. §. ſolicitè. diſt. 49. & gloſſ. 2. in can. qui crimen. 6. quæſt. 1.*

13 Accuſare Prælatos ſuos ſubditi non prohibentur ſed tantum criminoſi. *can. præſumunt. 2. quæſt. 7.*

14 Accuſans debet probare quod aſſerit. *can. Accuſator. 6. q. 1. Vide Lezan. tom. 1. c. 27. num. 20.*

15 Accuſatione pendente contra aliquem, is interim remanet in ſtatu, & officio ſuo priſtino. *gl. conci-*

liare: & gl. pen. in cap. accepimus. de fid. instrum. Ad nouam tamen dignitatem promoueri non debet. *gl. fin. in cap. constitutis de appellat. vide Valer. v. accusatio. diff. 3. vbi plures textus, & D.D. accumulat.*

16 Accusatio per litteras non potest fieri: benè tamen denunciatio. *c. licet. 14. de accusat.*

17 In accusationis iudicio quærendum est cuius conuersationis, & fidei sit accusans, & accusatus: nam qui non est rectæ fide, & conuersationis, & quorum vita est culpabilis, non possunt accusare maiores natu. *can. quærendum. 2. quæst. 7.*

18 Accusatio contra Prælatum non est de facili admittenda, quia sunt multi, qui peruersè reprehendunt Prælatos, si vel parùm ipsis molesti extiterint. *can. sunt nonnulli. 2. quæst. 7.*

19 Ab accusatione desistere licitum est sine pæna, post libelli oblationem, ante tamē inscriptionem; sed ille, qui infamauit, tenetur iniuriarum. *gl. pen. in c. licet. 14. de accusat.*

20 Accusator non probans, quod intendit debet puniri pæna talionis, idest sicut reus conuinctus punietur. *c. tuæ de procurat. & can. calumniator. 2. q. 3. Vbi tamen gl. 1. affert casus in quibus accusator deficiens in probatione non punitur Vide Aret. in sua pract. crim. de accus. Triuisan. in sua praxi. cap. 6. & Mans. de mo. proced. in caus. Regul. cap. 5.*

21 Inimici ideo ab accusatione repelluntur, quia eorum calliditate innocentia frequenter opprimi solet. *can. pe 3. quæst. 5.*

Reliqua in v. Delict. Denuntiatio. Iudex. Reus Sentētia.

ACTOR

ACTOR.

1 NOn poteſt Religioſus eſſe Actor ſine licentia ſui Superioris. *Nauar. com. 2. de Regul.n.64.Sanch lib.6.in decal. cap.12.* Quod verum eſt etiam quando agitur de iniuria ipſi Religioſo illata:ſed comparere in iudicio competit Prælato.*Silues. v.Religio.8.quæſt.4.& Nauar.ibid.num 29.*

Fallit tamen primò quando Religioſus eſt extra Monaſterium, puta in ſtudio, vel alibi cum licentia ſui Superioris, vel quãdo Superior eſt ita abſẽs, vt cõmode nõ poſſit haberi eius reſpõſum abſque periculo in mora. *Nauar.ib.n.65.& Azor.lib.12.c.11.quæſt.9.*

Fallit ſecundo quando Religioſus vult àgere contra Prælatum, vt in Religione teneatur, vel vt ab ea expulſus admittatur, vel ne ei, quæ de iure Ordinis debentur, denegentur. *Sanch.ibid num.16.*

2 Actor dicitur fundare intentionem ſuam cum probat id. quod intendit.*cap.2.de probat.*

3 Quoties religioſus poteſt eſſe actor in iuditio abſque Superioris licentia, poteſt etiam abſque illa conſtituere procuratorem.*Reg poteſt. de reg. iur. in 6. Nauar.com.2.de Regul.num.27.& Sanch.vt ſupra.n.32.*

4 Actore non probante, quandoque reo indicitur purgatio propter præſumptionem contra ſe *gl. 1.in can.nuper.7 quæſt.2.* eo autem plenè probante venit reus condemnandus.*l.qui accuſare.C. de edend.*

5 Quando dicatur ſemiplenè probatum, Alex. *conſ.32.lib.1.vbi latè.*

ADMINISTRATIO.

1 ADministratio dignitatis consistit in temporalibus,& in Spiritualibus.*cap. Auaritiæ,& ibi add.marg.de election.lib.6.*

2 Habet Prelatus Regularis de iure antiquo administrationem bonorum temporalium Monasteriorum.*cap.nullam.19.q.2.Nauar.com.3.de Regul.5.& 6.Suar.tom.4.de Relig.tract.8.lib.2.cap.26* Hodie verò attendenda sunt decreta Clem. VIII. ab Vrb. VIII. confirmata circa reformationem Regul. Quæ tamen habent vim,vbi post eorum promulgationem, legitima,& approbata consuetudine, non fuerit introductum oppositum.*Lezana.v Administratio.n.* .

3 Prælatus,si aliter non potest reddere suæ administrationis rationem, statur eius iuramento. *gl.ad.fi. in cap.qualiter il.2.de accusat.*

4 Si malè administret,puta expendendo bona Monasterij in prauos vsus vel superfluos,peccat contra votum paupertatis,& est proprietarius.*Azor. tom.1. instit lib.12.cap.12.quæst.2 & Lezan.loc.citat.*

5 Ab administratione hodie propter solam suspicionem non remouetur quis.*gl.1.in sum.2.q.1.*

6 Ab administratione licet aliquis non remoueatur nisi pro graui culpa: tamen Regulares Prælati,etiam pro leui culpa possunt remoueri *gl. 2 in can. conuentum.16.quæst.7.*

7 Administrator quandoque quis est temporalium, quandoque Spiritualium; & secundum hoc re-

mo-

mouetur ab istorum,& illorum administratione. Vndelicet quis sit remotus ab administratione temporalium propter suspicionem dilapidationis, adhuc tamen remanet Prælatus quo ad obediendum sibi *gl. fi.in can. fi.3.quæst.2.*

8 Si Regulares habentes administrationem bonorum Monialium,deliquerint circa huiusmodi administrationem,ab Episcopo loci tanquam Delegato Sedis Apost.puniri,& corrigi possunt, licet Moniales sint Regularibus subiectę.*Greg XV.in const.de exempt. priuil.quæ incipit.Inscrutabili.*

9 Tenentur dicti administratores singulis annis rationem reddere suæ administrationis coram eodem Episcopo,adhibitis superioribus regularibus, si Moniales sint Regularibus subiectæ *ibid.*

10 Sunt prædicti administratores ad nutum amouibiles,ita tamen,vt non vltra triennium in dicto munere permaneant. *Vide Trid. seß. 25. cap.2. Gauant. in Man. Episc.v.Monial. cur. in tem. num. 13. & Leza. loc.citat.num.7.*

11 Administratores Grangiarum, & aliorum locorum Regularium,ad voluntatem Superiorũ, quandoque sunt remouibiles.*Extrauag.cũ nonnullæ de preb. Reliqua in verbo Bona temporalia Fur.*

ADVOCATVS.

1 Religiosus non potest esse Aduocatus in causa aliqua,nisi propter vtilitatem Monasterij,& iubente Prælato. *can. Monachi il 2.16.q. 1.*

Sayr.

Sayr.clau.reg.libr.12.cap.22.numero 5.
Reliqua in verbo Procurator.

ALIENATIO.

1 Alienationis nomine intelligitur omnis actus per quem dominium siue directum, siue vtile transfertur *l.alienationis verb.ff.de verb.signif. Silu.v.Alienatio num.1.Quaranta.eod.n.6.& Barbso.de appell.verb.14.num.1.*

2 Regulares alienantes bona immobilia, seu mobilia pretiosa Ecclesiarum, vel Conuentuum, nisi tamen ex probabili ignorantia id fecerint, incidunt in excommunicationem ipso facto nulli tamẽ reseruatam.*Paul.II. in extrau. Ambitiose de reb.eccl. non alien.*Committunt etiam Sacrilegium *Caiet. in sum. v. Excommunicatio.cap.75.*

3 Episcopi,& Abbates incidunt in censuram interdicti, & post sex menses, suspensionis à regimine Ecclesiæ,vel Monasterij.*ita in ead. extrauag.* Dictæ tamen censuræ non sunt reseruatæ,

4 Prælati inferiores, vt Præpositi Guardiani, Priores,& cæt.incidunt in pœnas priuationis suorum officiorum,& inhabilitatis ad illa. *ibid.* Ex decr. verò Sac.Congr.iussu Vrb. VIII. 1624. incurrunt præterea ipso facto priuationẽ vocis actiuęac,passiuæ, etiamsi in alienatione non intercesserit malitia, vel præsumptio. Quæ quidem pænę reseruatæ sunt Sedi Apost. *Lezan v Alienare.num.23.*

5 Sub bonis immobilibus veniunt tam res cor-

poreæ fixæ, & stabiles, quam actiones, & iura, vel redditus longi temporis, puta decem annorum: itemque iura rerum immobilium iam acquisita monasterio, & ab illo accepta. *Suar. tom* 4. *de Relig lib.* 2 *tract.* 8. *c.* 27. *n.* 16. *&* 17. *Vide Barb. de appell. verb.* 117. *per tot.* vbi latè explicat quid veniat appellatione immobiliū.

6 Per bona mobilia pretiosa prohibita alienari intelliguntur vasa aurea, argentea, vestes pretiosæ, gemmæ, &c. *Quaranta in sum. Bul. v. Alienatio.* Item copiosa Bibliotheca librorum, grex ouium, vel caprarum, multitudo arborum ferentium vel non ferentium fructum; Hec enim omnia quo ad ęstimationem, comparantur immobilibus. *Suar. ibid. num.* 18. *& Lezan. tom.* 1. *c.* 10 *num.* 4.

7 Alienationis appellatione venit tantum voluntaria non autem necessaria. *Ceuall comm. opin. contra comm. opin. quæst. vlt. num.* 47. *to.* 4. Quod est notatu dignum propter alienationes quæ fiunt ob caussam necessariam.

8 Res modici valoris, licèt immobilis, alienari potest absque licentia. Sac. Cong. *cap. terrulas.* 12. *q.* 2. *Quaranta. v. Alienatio num.* 41. *Gauant. in manual. eod. num.* 22. Porrò terrulæ dicuntur exiguæ si non excedant viginti quinque scuta aurea. *Gauant. ib. n.* 24. *Naldus tamen.* v. Alienare, num. 5. vult quod non excedant valorem viginti ducatorum. *& Barbos. in dict. cap. terrulas num.* 3. vult hoc Iudicis arbitrio esse relinquendum.

9 Ad prædictā alienationem tria copulatiuè requiruntur: vt res sit exigua: quod non sit vtilis Ecclesiæ: &

quod

quod fuerit necessitas alienandi. *Redoan. de reb. eccl. non alien. quæst.* 13. *num.* 19.

10 Mendicantes, quibus non licet bona immobilia, etiam in communi possidere, possunt vendere immobilia sibi aliquo testamento relicta, vel aliàs donata *Sà v. Alienatio num.* 7. *& Sanch. in decal. lib.* 7. *cap.* 26. *nu.* 30. *& cap.* 27. *num.* 17.

11 Non incidunt in Bullam Regulares, qui de mille scutis sibi relictis cum onere celebrandi Missam quotidianam, fabricant domum pro Massario, ab hostibus aliàs combustam, imponendo in illa dictam obligationem; vel certè reparant Ecclesiam, quæ minatur ruinam, nec aliundè potest reparari. *Peyr. in formul. lit. A cap.* 11. *num.* 2.

12 Decretũ cõtra alienãtes obligat etiãsi alienatio sit aliquando vtilis Monasterio. *Lez. to.* 1. *c.* 10. *n.* 4.

13 Si necessitas est tam vrgens, vt non possit expectari licentia Papæ, vt si citò sint redimendi captiui à Pyratis aut pauperes in graui, & repentina necessitate pascendi, conceditur alienatio. *Mol. tom.* 2. *de iust. disp.* 468. *& Lezan. idid.*

14 Si bona solita sint infeudari, aut in emphyteusim concedi, non comprehenduntur sub dicto decreto. *Rodriq. tom.* 1. *quæst.* 27. *art.* 3. *Molin. loc. cit.*

15 Prohibitum est incidere, & alienare arbores fructiferas, vel infructiferas in magna quantitate. *Quarant. v. Alienatio. n.* 33. *Peyr. tom.* 1. *priuil. in Const.* 9. *Iulij. II. num.* 23. *& Farinac. p.* 2. *decis.* 553.

Fallit tamen quando dictæ arbores essent inutiles, aut nociuæ ob nimiam densitatem: Vel quando loco

earum reponerentur arbores fructiferæ, seu magis fructiferæ. *Quarant. & Peyr. ib. Nauar. lib. 3. cōs. de reb. Eccl. non alien. cons. 6. & 7. & Rodriq. tom. 1. q. 27. a. 4.*

16 Pro rebus malè à Prælato alienatis non currit prescriptio contra Ecclesiam, vel Monasterium; ante mortem, vel cessationem dicti Prelati, & nisi adsit scientia, & patientia cuiuslibet successoris. *ca. Si Sacerdotes. 16. quæst. 3. Io. And. in c. 1. n. 3. de reb. Eccl. non alien. in 6. & ibi Ant. de Butr. num. 7. Rebuff. in comp. alien. rer. Eccl. nu. 38. & Ricc. in prax. for. Eccl. resol, 32. num. 2. & 3. tom. 1. p. 1.*

17 Bona. quæ alienari nō possunt, nec etiam possunt pignorari. *Mol. tom. 1. de contrac. disp. 466. num. 1. Laym. lib. 3. trac. 4. c. 10. num. 2.* Quod intellige de pignore constituto pro tanta quantitate, vt non sit spes facilis redemptionis, ideoque; probabili alienationis periculo sit expositum. *Laym. ibid.*

18 Regulares alienantes iura, redditus, aut possessiones ad vitam recipientis, incurrunt suspensionem à suo officio, & alienatio est nulla.

Fallit tamen si adsit necessitas, aut vtilitas Monasterij, cum consensu Capituli, & prælati eiusdem Monasterij. *Thesaurus in Prax. p. 2. cap. 5. & Lezan. v. Alienatio. num. 25. vbi plura ad intentum.*

19 Non est alienare rem sibi ab amico donatam repudiare: sed nolle acquirere; quod non est contra votum paupertatis; cum per tale donum nullum ius adhuc sit acquisitum monasterio. *Pellizzar. in man. trac. 4. cap. 2. num. 231. citans Emin. de Lugo 3. de iust. n. 95.* Secus est de legatis aut hæreditate delata post

mor-

m ortem testatoris, ob contrariam rationem *Pelliz. ibid. cum Sanch.7.mor.c.12.num.37.*

20 An consumptio pecuniæ pro refectione domorum sit alienatio vide *Abb. in c. quod quibusdam n. 8.vers.sed auerte de fideiuss.Castr.cons. 337. num.3. vers. primo quæritur. Menoch.de arbitr.cas.432. num. 40. & seqq. Mascard.de probat. concl. 728. num. 1. apud Grat. disc.for.cap.45 num.6.*

21 Alienatio rerum ecclesiæ quæ requirat ad declarationem Bullę Vrb.VIII.de reb.eccl.nō alien. vide *Ricc.collect.*2054.vbi ad satietatem latissimè materiam pertractat.

Vide v.Bona temporalia.Hypotheca.Locare.

ALTARE.

1 PRiuilegium olim concessum aliquibus Abbatibus consecrandi Altaria, videtur hodiè reuocatum à Sacra Cong. 13. Martij 1632. *Barbos.in collect.Bull.v. Abbas, & Nouar.in Lucer. v. benedicere.Vide infra v.Calix.*

2 Si Ordinarius requisitus cum debita instantia, recuset sine legitima causa, consecrare altaria Mendicantium, possunt hi, in casu necessitatis illa facere consecrare à qu o cumque Episcopo S. Sedis gratiam habente. *Lezan.v Altare num 5.ex Conc.Lateran.*

3 Non sunt consecranda Altaria, sub quibus sunt cadauera mortuorū. *Gauan. in Man. Epis.v. Altare.n.9.*

4 Pertinet ad Prælatos Ecclesiæ, vt pia consuetudo ponendi reliquias in Altaribus conseruetur quantum

tum fieri poteſt *Laym. de ſacrifi. Miſſ. lib. 5. tract. 5. cap. 6. num. 8. Vide Gauant. loco citato num. 12.*

5 Altaria ſita in Eccleſijs Regularium, etiamſi ſint Confraternitatum, nequeunt ab Epiſcopis viſitari. *Barboſ. loco citat. v. Altare, & Lezan. eod. num. 18. & tom. 1. cap. 11 num. 7.*

6 Altaria priuilegiata vnius Eccleſiæ, vel Religionis, non communicantur alijs, etiam habentibus generalem communicationem priuilegiorum aliarum Religionum. *Peyr. tom. 2. priuil. in conſt. 8. Pauli III. num. 2. & Lezan. v. Altare. n.* 19. Per priuilegium enim communicationis non communicantur priuilegia, quæ rarò conceduntur, quale eſt illud de Altari priuilegiato. *Tamb tom. 1. diſp 17 quæſt. 2.*

7 Altaria priuilegiata non ſuſpenduntur per ſuſpenſionem generalem, quæ fit anno Iubilei. *Ita probabiliter Lezan. ibid. vbi citat. Martin. Caril in expoſ. Bullæ def. p. 2. cap. 9.* Suſpenſio enim illa eſt pro viuis.

8 Probabile eſt priuilegium conceſſum quibuſdam Regularibus, vt Noſtro Ordini Feſulano ab Eug. IV. c. 14. noſtrorum priuil. celebrandi in quocunque loco honeſto, & decenti cum ſolo Altari portatili, non eſſe reuocatum à Concil. Trident. ſeſſ. 22. ſed ſolum in caſu, quo Epiſcopus non permitteret, eo vti Regulares *Lez. v altare. num. 13. vbi citat. Rodriq. tom. 1. q. 43. art. 5. & tom. 2. q. 75. art. 1. Io: à Cruce de priuil. Regul. lib. 2. c. 5. dub. 7. & Portell. v Altare num. 1. vide Valer. in diff. vtr. for. v. Miſſa. diff 2.*

AMBITIO.

1 AMbitio importat inordinatum appetitum honoris. *D.Th 22.quæst.131.art.1.*

2 Tripliciter contingit. Primo si quis appetit testimonium de excellentia quam non habet seu honorem supra suam proportionem. Secundò si honorem cupit, eum non referendo in Deum. Tertiò si appetitus eius in honore quiescit non eum referens ad vtilitatem aliorum *D.Th ibid.* Quando autem his tribus modis contingat peccare mortaliter vel venialiter, explicat. *Peyr. de præl. quæst.2.c.3.§.19 num.186.*

3 Non facit contra votum non ambiendi dignitates Religiosus qui sciens alium ei procurare dignitatem, eum non impedit cum possit; hoc enim non est querere dignitatem, sed se habere merè negatiuè ad illam Pellizzar. in man. trac.4.c.5.q.8.

Amplia primò ad eum qui apud Superiorem se iustificat de excessibus sibi obiectis: vel curat dispensari super inhabilitate ad prælaturas incursa propter aliquod delictum; nam auferre ea, quæ possunt obstare consequutioni dignitatum est quid indiferens ad declarandam intentionem ambitiosã, vel aliquid aliud: votum autem non ambiendi non violatur nisi per procurationem exterius sufficienter manifestatiuam intentionis ambitiosæ. *Pellizzar. ibid. cum. Suar. tom. 4. de Relig. tract.10.l.2.cap.7.nu.10. Sanch.2. de matr.d. 37.nu.19.& 21.& Castr. Palao. tr.16.d.5.p.5.n.4.*

Amplia.2. ad eum, qui se fingit sanctum, prudentem,

tem doctum & cæt. apud Prælatum ex intentione cõsequendi dignitates; nam (esto coram Deo sit ambitiosus) huiusmodi fictio, & ostentatio indiferens est ad talem ambitionem, vel aliquid aliud manifestandũ, adeoque nõ potest iudicari ambitiosa. *Sanch. n* 21.

Amplia tertiò ad eum, qui extraordinarijs obsequijs aut beneficijs procurat sibi Prælati beneuolentiam vt sic paret sibi viam, ad dignitates; nam similiter illa procuratio beneuolẽtiæ de se indiferens est ad manifestandam illam ambitionem. *Pellizzar. q.* 11.

4 Vt officiorum ambitus occasio tollatur cauere debent Regulares à directa vel indirecta suffragiorum procuratione tam pro se ipsis, quam pro alijs, sub pæna (præter alias pænas, & censuras, hactenus contra ambientes inflictas) priuationis officiorum, quæ obtinent, & inhabilitatis ad futura quecumque super quo, nisi à Papa dispensari possit. *Clem VIII. in decr. pro reform. Regul. confirmatis ab Vrb. VIII.*

5 Quos ambitio inuadit, iugum disciplinę ecclesiasticæ facit respuere. *can. bene dist.* 86.

6 De iuris infamia, & irregularitate, quam incurrit damnatus de ambitione, agit, *Thesaur. p.* 2. *v. ambitus. cap.* 1.

ANNVS NOVITIATVS.

1 EST institutus annus probationis in fauorem conuersi, seu fragilitatis humanæ, vt prius quis experiatur vires suas, & asperitates Monasterij, ne inconsultè se inuinculet. Item in fauorẽ Mo-

nasterij, vt experiatur mores conuersi. *c. ad Apostolicam.de Regul.& c.2.eod lib.6.*

2 Sumendus est annus Nouitiatus à momento in momentum. Vnde qui suscepit habitum, die prima Ianuarij post meridiem, non potest anno sequenti profiteri ante meridiem. *Portell.in dub. Regul. v. Nouitij annus.num.48. Sanch. 5.in decal. cap. 3. num. 31. Less.lib.2.de Iust.cap 41.dub.7.num.59 Miraud.tom.1. Man.q 22.art 3.concl 2.Suar.tom.3.de Relig.lib 5.cap. 15.num.1.Vecch Sorbus Ledesma.& alij citati à Peyr. de Præl.quæst.3.cap.1.§ 4.*

Putant tamen aliqui, quod non sit ita matematicè in hoc procedendum. *Enriq lib.14.c.40.n.2.Grat.tom. 3.discept.for.c.413.à n.16.Ricc.3.p.prax.resol. 322.*

3 Non requiritur annus, & dies ad annum probationis, sed sufficit integer annus. *Ita auctores omnes supra citati.*

4 Annus prædictus includit diem superadditum in anno bissextili, nam anni computandi sunt secundum ritum Ecclesię. Dies autem 24.& 25.pro vna reputantur ab Ecclesia. *Mol.tom.2 disp.573.& Dian p. 3.tract.2.resolut.57.& p.5.tract.5.resol.18.*

5 Si non sit continuatus per annum integrum, sed interpollatum per tempus notabile non sufficit ad professionem *Graff.decis.p.1 lib.3.cap. 5 num. 14. Barbos.in cap.ad apostolicam de Regul.num.5.Enriq lib. 13 cap 40.num.2.Azor tom.1.lib.12.c.2 quæst.8.*

6 Non discōtinuatur, si Nouitius rationabili de causa, cum licentia Prælati, & cum habitu extra monasterium commoretur per aliquod tempus. *Nauar.*

lib.3

lib.3.consil.de Regul consil.42.Sorb.in com. v. Nouitius. titul.de Nouitiorum prof.emiss.Suar.tom.3.de Relig. lib. 5.cap.14.num.13.Mirand.tom.1.Man quæst. 22.art.5. Hunc tamen egressum etiam cum licentia Prælati, si sit aliquorum mensium, non esse tutum in praxi docent plures Doctores apud *Peyr.de Præl.quæst.3.cap. 1.§.4 num.*101.eo quod continuitas anni probationis in Religione est de forma. In his verò, quæ sunt de forma, rigor iuris seruandus est. *Barbos. tract. axiom. ax 100.a num.*1.Secus si eggressus sit per aliquot dies tãtũ.*Peyr.ib.& Gratian.disc.for.c.166.omnino vidẽdus.*

7 Interrumpitur annus Nouitiatus per quamcumque habitus dimissionem factam animo eum amplius non assumendi, licet postea intra eandem dimissionis diem pæniteat.*Suar.loc.cit.cap 15.num.6. Barth.à S.Fausto lib 5.q.164.num.2.Portell in dub.Regul.v.Nouitius.n.*49.Censetur enim iugum Religionis fregisse.*Silu.v.Religio.5.q.4.& Rosell.v.Nouitius n.29.*

Fallit tamen si ira commotus habitum dimisit, & breui placatus, facti pænituit.*Peyr.loc.cit.num*.100.*& Vecch.de Nou.disp.12.dub.3.num.15.*

Reliqua in verbo Nouitius.

APOSTATA A RELIGIONE.

1 APostasiæ essentialis ratio consistit in eo, quod quis recedat a Religione animo deserendi illam.*Valent.2.2.disp.1.quæst.12.punct. 1.& Sanch.lib.6.in decal.cap.8.num 5.*

2 Non est propriè Apostata, qui sine licentia

Prælati è monasterio egreditur, animo reuertendi, sed est tantum fugitiuus, vel vagus. *Aragon.* 2.2. *quæst.* 12. *art.* 1. *& Bann. ibid.*

3 Omnis Apostata est ipso iure, excommunicatus, siuè habitum dimittat, siuè non. *Peyr. de Subd. q.* 1. *cap.* 26. *concl.* 1. *vbi citat gl. in c. vt periculum, ne Clerici vel Monachi in* 6. *Arm. v. Apostasia num.* 12. *Enriq. lib.* 12. *de excom. c.* 39. *num.* 1 *& c.* 40. *num.* 1. *Azor. tom.* 1. *lib.* 12. *c.* 17. *quæst.* 6. Est etiam excommunicatus per particulares Ordinum Constitutiones. In nostro Ordine id habetur *tom.* 1. *cap.* 82. Si ergo Ordines Minores in apostasia recipiat est irregularis. Est item suspensus. *Peyr. loc. cit.*

4 Non punitur à S. Officio, nisi Apostasiæ sit aliquid adnexum, quod sapiat hæresim. *Pegna p.* 2. *comm.* 2. *Vide Zanardum p.* 2. *pr.* 1. *cap.* 5. §. 19.

5 Perseuerans in Apostasia est irregularis; quia est ipso iure infamis, & vt talis non admittitur in testem *Graff. lib.* 3. *de cas. reseru. cap.* 2. *num.* 26. *Peyr. loc. cit. concl.* 1. *vbi id probat ex c. alieni.* 2. *quæst.* 7. *& cap. beatus.* 3. *quæst.* 4. *& cap. infames.* 6. *quæst.* 1.

6 Non gaudet priuilegio exemptionis, quo gaudent cæteri Religiosi. *Erasmus ChoKier. de iurisd. Ordin. in exemp. p.* 1. *quæst.* 20. Deserendo enim Religionem reddidit se indignum eius priuilegijs.

7 Nequæ gaudet immunitate Ecclesiastica in Monasterijs, & Ecclesijs suæ Religionis benè tamen in alijs. *Dian. p. p. tract.* 1. *resol.* 23.

8 Cooperans ad Apostasiam Religiosi tenetur de damno, quod Religio patitur ratione talis Apostasiæ.

sia. Caiet. in sum. v. Restitutio. c. 7. & Suar. tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 3. cap. 3. num. 8.

9 Apostatæ sunt singulis annis à Superioribus localibus perquirendi, vt ad Religionem reuertantur. Quod si nolint amicabiliter redire, tenentur dicti Superiores sub pœna priuationis sui officij ipso facto, ac vocis actiuæ, & passiuæ, & perpetuæ inhabilitatis ad omnia officia in posterum obtinenda eos cogere. *Vrb. VIII. in const. 10. vt refert Peyr. in formul. lit. A. cap. 20. not. 10.*

10 Possunt vbique, etiam extra territorium apprehendi à suo Superiore, incarcerari, & duci ad Monasterium, inuocato ad hoc si opus fuerit, auxilio brachi secularis. *Nauar. comm. 3. de Regul. num. 50. & Rodriq. tom. 1. quæst. 30. art. 6.* Quod verum est, etiamsi dicti Apostatæ detineantur ab Episcopis. *Pius V. in Const. quæ incipit. Etsi mendicantium.*

11 Retinens Apostatas Ordinis Prædicatorum (idem dicitur de alijs Ordinibus propter priuilegiorum communicationem) est excommunicatus. *Lezan. tom. 1. cap. 3. num. 10. vbi citat. D. Antonin. 3. p. tit. 24. cap. 70. & Filluc. tom. 1. tract. 15. cap. 5.*

12 Apostata est de hæresi suspectus. *Menoch. de præsumpt. lib 5. præsumpt. 6 n. 34. Farinac. quæst. 183. num. 12. 78. 88. & 111. Vmbert. Locat. prax. iudic. inquis. v. Apostata.* Quod maximè verum est si apostata in apostasia, & consequenter in excõmunicatione per annum insordescat. *Canonistæ in cap. fi. de pæn. Enriq. in sum. lib. 13. cap. 4. num 5 & Graff. decis. lib. 3. cap. 5. num. 83. vbi citat. c. grauem de pænis.* Vnde cõtra illum pro-

cedere possint Inquisitores iuxta dicta num.4. *Dian. 4.p tract.7.res.3.*

13 Non tenetur Monasterium soluere debita cõtracta ab Apostata, nisi in casu, quo ille rediens ad Religionem secum deferat bona, ex quibus debita solui possint. *Nau.lib. 3. cons. 73. num. 3. & Rodriq. tom.1.quæst.30.art.11.*

14 Acquisita ab Apostata pertinent ad suam Religionem.c.*Abbas.18.quæst.2.D.Antonin. 3.p.t.16.c. 5.& Silu.v.Apostata.q. 9.num.* 12. Quod tamen valet si Apostata ad Religionem reuertatur, & de bonis acquisitis intuitu suę personæ, nõ verò alicuius Ecclesię, quia alioqui cedũt dictæ Ecclesiæ.*D.Antonin.ibid.*

15 Bona Apostatæ, si moriatur in Apostasia, pertinent ad Cameram Apostolicam.*Greg. XIII. in Const. quæ incipit. Officij nostri Nauar.li. 3. cons. tit. stat.Monachor.cons.17.Sanch.lib.7.in decal.cap.33.num.9.*

16 Nullus Apostata in nostro Ordine Fesulano recipi potest ad Religionem nisi per præpositum Generalem, & quidem iniunctis ei pænitentijs, de quibus in *cap.85.tom.1.nostr.constitut.*

17 Si Religiosus Clericus deserta Religione, deserat etiam clericatum, fit dupliciter Apostata, scilicet ratione desertionis Religionis, & clericatus, & sic incurrit pænas vtriusque Apostasiæ, *Lezan. v. Apostata num.* 14.

18 Apostasia est casus reseruabilis à Superioribus Regularibus *Clemens.VIII.in decr.de cas.reser.*

19 Apostatarum infelices sunt exitus: *Lezan. de reform.Regul.cap.8.num.20.*

Red-

20 Redditus, quos sibi ad vitam reseruauit in renunciatione ante professionem, Religiosus, si hic fiat Apostata, debentur Monasterio. *Ad tradita per Bartol. in auth. ingressi. C. de Sacrosanct. Eccl. à num. 0. Graff lib. 3. de cas. reseru. cap. 4. num. 51. & Nauar. com. 2. de Regul. num. 38.*

21 Non tenetur Religio præstare alimenta Apostatis etiam quando ratione morbi, aut senectutis non possunt ea sibi aliunde comparare. *Sanch. op. mor. lib. 6. cap. 9. n. 21. & Sanctarel. de Apost. c. 3. n. 22.* Cum enim fregerint fidem, qua Religioni obediētiam & obsequium promiserant, par est vt & ipsa Religio non seruet eis fidem de præstandis alimentis. Quod tamen intellige de iustitia; nam alioqui ex charitate tenetur. *Peyr. de Præl. q. 1. c. 5. n. 60.*

22 Apostatarum pœnas incurrit, qui sciens suam professionem esse validam, contra illam reclamat *Bonac. de claus. q. 2. p. 10 diff. 5. n. 1.* est enim verè Apostata, cum à Religione recedat animo non redeundi.

APOSTOLI.

1 Apostoli dicuntur litteræ dimissoriæ, quas vnus Iudex ad aliū dimittit, sicut etiam dicimus de Apostolis, quòd a Deo, vel de Cælo missi fuerint *gl. petat. in c. 1. de appell. lib 6. Panorm. in pract. c. 114. & Ghisil. de Iud. Reg. c 15. à num. 28. & ante eum Anton. Nebrissens. in suo vocabul. vtr. iur. v. Apostoli.*

2 Quinque sunt Apostolorum Species, Dimissorij, Refutatorij, Reuerentiales, Cōuentionales, & Testimo-

ſtimoniales. *Ghiſil ibid. à num.*41. *Quorum omnium formam vide apud Peyr. in formul. lit. A. cap.*15. *& ſeqq.*

3 Sunt petendi infra 30. dies, infra quos ſi non petantur, videtur appellationi renunciatum. *gl. petat. in cap.*1. *de appell. cit.*

4 Tenetur Iudex intra dictum terminum, Apoſtolos cum debita inſtantia ſæpius petitos, loco & tempore congruo concedere; alioqui poteſt appellans ſuam appellationem proſequi. *Clem quamuis.* §. *quod ſi Iudex. de appell.*

5 Si Prælatus renuat dare Apoſtolos, debet appellans illos petere coram perſona fide digna, quæ tenetur appellanti Apoſtolos teſtimoniales concedere *Peyr. tom.*1 *Relig. q.*1. *c.*20. *& loc. cit. n.* 4. *de Relig. trac.*1. *lib.*3 *cap.* : *num.* 7. *Vide Ricc* 4. *p. collect.* 1355.

Reliqua in verbo Appellatio.

APPELLATIO.

1 Appellatio contra inſtitutiones regulares non defendit Religioſum. *c. quia noſ.*31. *de appell.* Ratio eſt quia conſtitutiones regulares ſunt leges Religioſorum. *c. in ſingulis de ſtatu Regular.*

2 In correctionibus quoad mores appellatio executionem non retardat. *Concill Trid. ſeſſ.*22. *de Reform. c.*1. *& ſeſſ.* 24. *c.* 10. Imò à correctione regulari non eſt licita appellatio. *Iul. II. & Leo. X apud Paſſarell in comp. priuil. Nauar. conſ.*4. *de appell.*

Fallit tamen ſi modus in corrigẽdo excedatur. *c. licet. & ibi gl.*1. *& fi. de off. Ord. c. reprehẽſib.*26. *de appell.*

3 Appellare nullus debet nisi grauetur: alioquin remittendus est ad eum, à quo appellauit. *c. cum in Ecclesia 38. de appell. vbi Viuian.*

4 Appellatio hoc ordine interponitur, à Guardiano ad Prouincialem, à Prouinciali ad Generalem, à Generali ad Eminen. Protectorem, & ab hoc ad Sacram Cong *Confet. in comp. priu. Mend. tit. 7. de appell. vbi refert decretum Sacræ Cong.*

5 Prohibita est Religiosis aliquando, etiam ad Iudicem competentem. idest ad Sedē Apostolicam, Dominos Nuncios, Legatos, & cęt. & hoc ex priuil. Sum. Pont. *Lez. tom. 1. cap. 9. num. 5.*

6 Licita est Religioso Appellatio ad Summum Pont. vel Sac. Cong. in casu, quo constaret fieri ipsi Religioso notabilem iniuriam in fama, & honore à suis Superioribus. *c. de priore, de appellat. c. licet. de Of. Ord. Nauar. com. 3. de Regul. num. 51. & lib. 2. cons. in p. edit. tit. de Sent. & re iudic. cons. vn. num. 6. & tit. de appell. cons. 4. num. 1. Azor lib. 12. institut. cap 11. quest. 8.* In quo casu Appellatio suspenpit executionem sententiæ regulariter. *c. venientes de iur iur. & c. pastoralis. §. præterea de off. Iud. deleg. Peyr. de subd. quæst. 1. cap. 20. vbi adducit plura priuilegia Summorum Pont.*

7 Regulares appellantes ad tribunalia secularia, etiam titulo illatæ violentiæ, incurrunt sententiam excommunicationis. *Portel. in dub Regul. in addit. n. 4. Leza. tom. 1. cap 9. n. 4. & tom. 3. v. Appellare. n. 5. Dian. p. p. tract. de immun. Eccl. resol. 102. Vide tamen Valerum de diff. vtr. for. v. peccatum. differentia. 20. per tot. & nos infra v. Iudex num. 15.*

Inter

8 Inter Regulares, apud quos non obseruantur apices iuris, ipsa fuga Religiosi grauati vsurpatur pro appellatione. *Leza ibid. num. 12. vbi citat Rodriq. tom. 1. quæst. 30. art. 2. & Portell. loc. cit. n. 3.*

9 In appellatione necesse est causam grauaminis exprimere. *Sanch. tom. 2. in decal lib. 6. c. 8. num 105. & Th. à Iesu de visitat. regul. trac. 3 cap. 17. num. 8.* Quod si causa censeatur friuola, non suspendit executionem sententiæ. *Alder lib. 2 de discipl. relig. c. 28. num. 28.*

10 Appellatio ab euidenti grauamine permittitur, etiam quando causa committitur, cum clausula, appellatione remota. *c. super quæstionũ §. fi. de off. deleg.*

11 Religiosus, qui in vna causa appellauit à suo Superiore, manet illi subditus quoad alias. *Portell. loc. cit. num. 11. & Leza n. 6.* Est enim appellatio stricti iuris, nec extenditur extra casum appellatum.

12 Appellans non dicitur condemnatus, sed eius status integer est, vt interim fungatur honoribus. *gl. appellauerit. in c. sæpe. 44. de appell* Suspendit enim appellatio omnia actitata.

13 Pendente appellatione, appellans conuentus de alijs causis coram Iudice à quo appellauit potest eũ, vt suspectũ recusare. *gl. obsit. in can. hoc etiã 2. q. 6.*

14 Appellatio á suspensione vocis actiuæ, & passiuæ, suspendit dictam suspensionem, stanteque tali appellatione, si suspensus eligatur, vel eligat, valida erit electio. *Spath. de mo corrig Regul. c. 5. n. 5. vbi citat Rodriq. tom. 1 q. 29. art. 5.*

15 Ad appellandum olim dabatur triduum, & postea dati fuerunt decem dies. *gl. 1. in c. ex literis. de cõst.*

&

& in c significauerunt.36. de testibus, & can. Anterio- rum.2.q 6.Currunt verò prædicti dies à tẽpore scientiæ grauaminis,non verò à tempore impositionis ipsius.*c.Concertationi.8.de appell.lib.6.*

16 Appellandum est in scriptis, & hoc generaliter est verum, siuè in iuditio, siuè extra appelletur, nisi cum à deffinitiua, & incontinenti appellatur: & tunc appellari potest viua voce.*gl.in scriptis.in c.quãuis.*10. *de elect.lib.*6.Ab interlocutoria appellatur in scriptis.*gl interlocutoria,in c.*1.*de appell.*

17 Si intra 30.dies appellans non petierit apostolos,dicitur appellationi renunciasse. *c.cum ab eo* 6. *de appell.lib.6.& Clem.*2.*de appell.*

18 Appellans tertiò non auditur,quia pręsumitur, quod toties iustè condemnatus sit, & non grauetur. *gl.tertiò in can.si autem.& ibi gl.*1.2. *q.* 6. Imò nec appellans secundò quandoquè auditur *can.si inter,& ibi gl.fi.6.quæst.*4.

19 Appellatio hodiè admittitur non solum quando causa appellationis est probabilis, sed etiam quando est dubia. *gl. dubitari in cap.sacro. de sent. excom.*

20 Appellatio subsequens sententias censuræ, non suspẽdit illas.*c is cui.*20. *& fi.de sent.excom. lib.6.*

21 Appellatione pendente nihil innouandum est, nisi appellans suspectus sit, vel depopulator. *gl.* 1. *in can.licet. quæst.6.*

Reliqua in verbo: Apostoli.Iudex.Obediẽtia.Recusatio.

ARBITER.

1 NOn potest Religiosus esse arbiter, nisi cōcurrentibus Prælati licentia, & vtilitate Monasterij *Sanch.6.in Decal.lib.* 13.*n.*55.*Grat.discept. for.to.*1.*c.*123.*num.*1.

2 Arbiter est quasi Iudex, & eligitur à partibus, vt procedat iuris ordine seruato. Arbitrator verò est amicabilis compositor, qui non tenetur seruare iuris ordinem, sed pro bono pacis potest auferre de iure vnius, & dare alteri. *Vide Sanch.ibid. & Peyr. de Præl. quæst.*3.*cap.*5.*num.*20.

Reliqua in verbo Iudex.

ARMA.

1 MOnachi intra septa Monasterij sine licentia suorum Abbatum arma tenentes, excommunicationem incurrunt ipso facto. *Clem.ne in agro de statu Monac. Miranda in Man.tom.* 2. *quæst.* 35.*art.*18.

Fallit si habeant arma extra Monasterium, vel ad Monasterium veniant cum armis, non animo ea tenendi. *gl.tenentes in Clem.cit. Tolet. in sum. lib.* 1.*cap.* 36. *à num.* 6.

2 Armorum nomine intelliguntur tam arma defensiua, vt galeæ, loricæ, & cæt. quam offensiua, vt gladij, lanceæ, sclopi, &c. *Suar.tom.*5.*de censur.disp.*23.*sec.* 5.*Silu.in sum.v.excommunicatio.*9.*num* 73.*& Graff.in*

decis.lib.4.cap.21. Item intelliguntur fustes,& lapides. & ferrum, & omne, quod arcu, & manu mittitur. *gl. pen.in ca.3.de homic. Vide gl.arma in extrau. copiosus, Io.XXII.*

3 Adest decretum Sac. Cong. quo Regularibus sub pęna excommunicationis, & alijs ipso facto incurrendis, prohibetur tenere arma prohibita in statu Mediolanensi. *Nald.in sum.v.Religiosus.n.50. Peyr. to. 2.priuil.in const 4.Clem.VIII.num.9* Ad incurrendam autem dictam excommunicationem (quę quidem reseruata est Sacræ Cong.) requiritur dolus malitia, vel præsumptio. *Vide Lezan.tom.1.cap.10.num. 33. & v. Arma num.4.*

4 Prohibitum est etiam Regularibus tenere arma à Principibus secularibus prohibita in suis Regnis, aut statibus, quo ad vim directiuam tamen, sed non quo ad coactiuam. id est peccant sic facientes, sed non possunt puniri à potestatibus secularibus. *Layman lib. 4.trac.9.cap.4.num.7.& Lezan.num.5.*

ASSESSOR.

1 Potest Religiosus esse Assessor seu instructor Iudicis pro causę decisione, de licentia tamen sui Prælati, & cum vtilitate Monasterij. *Sanch.6.in decal.c.13.n.85.Lambert. de iur.patron.lib. 2.p.1.q.4.art.7.& Peyr.de Præl.q.3.cap.5.num.21.*

2 Assessor.vt suspectus recusari potest. *cap.statutum.§.assessorem.& ibi gl.suspectum.de rescript.lib.6.*

ASSI-

ASSISTENS.

1 TEnetur detegere Præsidi, seu Generali defectus publicos eorum, qui ad dignitates, & officia Ordinis proponuntur, ne admittantur indigni. Immò etiam defectus occultos non emendatos. *Lezan.tom.2.c.13.num.21.*

2 Licet non teneatur subscribere nisi propriè sententiæ; quando tamen maior pars Assistentium aliquid decreuit, potest & ipse cum alijs subscribere. *Rodriq.tom.2.q.45.art.10 & Portell. in dub. Regul. v. Definitores seu Consiliarij.num.4.*

3 Tenetur iuxta propriam conscientiam respondere, etiamsi existimet nihil se effecturum suam sententiam proferendo *Rodriq.ibid.art.4 & 6.*

4 Si Assistentes habent votum decisiuum, nequeunt Generales sententias graues ferre sine maioris partis consensu *Rodriq.ibid.art.2.* Quod si habent solum consultiuum, sententia Generalium lata sine eorum consilio erit valida: Sed dicti Generales peccabunt *Lezan.ibid.num.23.*



BACVLVS PASTORALIS.

1 VSus Baculi Pastoralis concessus est aliquibus Abbatibus Regularibus, de quibus *Barbos. in collect. Bull. v. Baculus, & Nouar. in Luccr. v. eod.* Quò quidem priuilegio vti nō possunt alij Prælati Mendicantium. *Lezan. v. Baculus n. 3.*

2 Non possunt prædicti Abbates eo vti in processionibus, nec antè se illum deferre, nisi hoc sit expressum in ipsorum priuilegijs. *Gauant. in Man. Episc. v. Abbas. num. 9. & Nouar. loco cit.*

3 Præsente Episcopo, debet Abbas dimittere Baculum, sicut & alia insignia pontificalia, sibi ex priuilegio concessa, nisi aliud in priuilegio concedatur. *Tambur. de iur. Abb. tom. 1. disp. 20. quæst. 2.*

4 Si Abbas habens ius Pontificalium in suo Monasterio inuitetur ad aliud Monasterium exemptum, potest vti Baculo. *Lapus alleg. 19 & Tamb. ibid. num 5.*

BALDACHINVM.

1 ET si vsus Baldachini concessus est aliquibus Abbatibus Regularibus, vt videre est apud *Gauant. in Man. v. Baldachin. vbi refert plures declarationes S. Cōg.* Nón tamē conceditur alijs Prælatis Regularibus etiam habentibus generalem communicationem priuilegiorum aliarum Religionum *Lezan. v. Baldachin. num. 2.*

2 Potest Episcopus in Ecclesijs Regularium, quando Pontificalia exercet, vel in Pontificalibus adest, erigere sibi Baldachinum. *Sac. Congr.* 10. *Iunij.* 1603. *apud Quarant. v. Priuil. Regul.*

3 A Regularibus adhiberi potest in processionibus, in quibus deferuntur Sanctorum reliquiæ, vel imagines. *Piscar. in prax. cærem. lib.* 2. *sect.* 10. *cap.* 4. 13. & 17.

Reliqua in verbo Episcopus Processio.

BANNITVS.

1 PRohibitum est Regularibus à Sacra Cōgr. sub pæna priuationis officiorum, retinere quoscumque Bannitos. *Lezan v. Bannitus. num.* 2.

2 Potest tamen Superior Regularis, per aliquot dies retinere in suo Conuentu Bannitum, qui non dolo, sed casu commisit aliquod delictum, propter quod præscriptus est. *Peyr. tom.* 2. *priuil. in const.* 4. *Clem. VIII. num.* 8.

3 Si Banniti confugiant ad Ecclesiam, vt Ecclesiastica immunitate gaudeant, non autem titulo ibi hospitandi, & manendi, recipi possunt; Cum hoc, vt si commiserunt delicta, de quib. *Greg.* XIV. *in Bulla, Cum aliàs*, tradi debeant Curiæ seculari, si ab ea fuerint requisiti. Si verò delicta illa non commiserunt, nihilominus eiciendi sunt, iuxta litteras Sac. Congr. de quibus *Lezan ibid. num.* 8.

4 Bannitus, qui impunè occidi potest, reputari debet, ac si esset in articulo mortis, vnde potest absol-

tij ab omnibus peccatis,& censuris etiam reseruatis, sicut alij in articulo mortis constituti. *Nald.v.Absolutio à cens.num.5.& Dian.p.5.tract.3.resol.64.* Considerandæ tamen sunt circumstantiæ loci, temporis, & personæ, vt iudicetur an verè sit in articulo mortis *Lezan.ibid.num.14.*

BAPTIZARE.

1 NOn licet Religiosis baptizare nisi in casu necessitatis, vel de licentia Parochi *c. placuit.il 2.16.quest.1.*

2 Nec item possunt esse Patrini, seu leuare aliquem de fonte. *c. liceat. de consecr.dist.4. Nau. de stat. Monach.lib.3.cons.5.Graff.1.p.decis.lib.3.c.5.num.136.* Quod tamen limitat *Diana 3.p.trac.4.res.21.& 26.* ad solos Monachos. Illud iuxta communem sententiam certum est, Regulares Cardinales, vel Episcopos posse esse Patrinos. *Rodriq q.q.Regul.tom.2.quæst.58.art.3.Sanch.lib.6.in decal.cap 6.num.24. & 34. & Dian p.5.tract.2.resol.67.*

3 Casu, quo Religiosus aliquem de fonte leuaret, siuè licitè, siuè illicite, contraheret cognationem spiritualem. *Cornexo de Matr.tract.6.disp.7.dub.16.& Barbos de off.& potest episcopi. Alleg.30.num.36.*

4 Professus dubitans de validitate sui baptismi, post iteratum sub conditione baptismum, cogendus est ad ratificandam professionem. *Caren.de off. S.Inq. p.2.tit.3.§.10.num.59.citans Sanch. de matrim.lib.9. dis.33.num.6.* In dubijs enim melior est conditio pos-

ſidentis; Vnde Religio, quæ eſt in poſſeſſione dicti profeſſi, poteſt illum retinere quouſque plenè conſtet ipſum non eſt baptizatum.

Reliqua in verbo Patrinus.

BELLVM.

1 POſſunt Religioſi bellum iuſtum alijs ſuadere. *S. Thom. 2. 2. q. 40. art. 2. ad 3. Valent. tom. 3. diſp. 3. q. 16. punct. 1. & Laym. lib. 2. trac. 3. c. 12. num. 1.* Nec propterea incurrunt irregularitatem *Bonac. de cenſ. diſp. 7. q. 4. punc. 4. n. 5.*

2 Poſſunt item de ſuorum Superiorum licentia, bello iuſto aſſiſtere pro confeſſionibus audiendis, pro dando pugnantibus ſpirituale conſilium, & exhortando ad fortiter pugnandum. *Suar. tom. 5. de cenſ. diſp. 47. ſect. 6. num. 7. & Valent. loc. cit.* Nec ſimiliter irregularitatem incurrunt. *Cornexo de irreg. diſ. 11. dub. 2.*

3 Non poſſunt verò hortari, aut ſuadere ad aliquem in particulari occidendum, aut mutilandum, ſed ſolum in genere; & oppoſitum facientes ſunt irregulares. *Leza. v. bellum. num 8. vbi citat. Enriq. lib. 14. cap. 12. num. 4. Auilam de cenſ. diſp. 6. ſec. 3. dub. 2. & Laym. loc. cit. num. 19.*

4 Religioſi quicumque etiam Conuerſi peccant mortaliter pugnantes in bello licet iuſto. *Can. eos, qui 20. q. 3. Mol. tom. 1. de iuſt. diſp. 108. §. Secundum eſt.* Sique in eodem bello occidant vel mutilent, ſunt irregulares. *c. clericum. & c. de his clericis diſt. 50. c. petitio tua. de homic.* Sunt tamen aliqui caſus, in quibus

abſque

absque eo quod irregularitatem incutrant, possunt occidere, quos adducit *Leza.ibid.num.* 11. *& seqq.*

5 Regulares habentes iurisdictionem temporalem, possunt dare ad pugnandum arma militibus, sique hi aliquos occidant, non fiunt illi irregulares. *Suar.ibid.num.* 11.

Reliqua in verbo Homicidio.

BENEDICERE.

1 POssunt aliqui Prelati Regulares benedicere nõ tantum Cruces, & imagines ad cultum Dei, & piorum vsum necessarias, iuxta priuilegia Summorum Pont. de quibus *Leza. v. Benedicere. num.* 11. sed etiam palmas in Dominica palmarum, Candelas in festo Purificationis B. M. & Cineres, feria quarta cinerum. *Sac. Congr. apud Nouar. in lucerna v. benedicere num.* 20 *&* 21. Insuper Arma, Naues, & Vexilla bellica. *Tambur. to.* 1 *de iur. Abb. disp.* 22. *quæs.* 5. & licet *Lezana num.* 12. non consentiat, attamen ita in praxi obseruatum vidi Venetijs, Brixiæ, & alibi.

2 Possunt item benedicere omnia Ecclesiastica ornamenta, seu paramenta, *Cassarub. in comp. v. benedicere Ecclesiast.* §. 14. *Mirand. in Manual tom.* 2. *q.* 40. *art.* 1. *Suar. to.* 4. *de Relig tract.* 8 *lib.* 2. *c.* 30. *Il defons. à vera cruce in comp. priuil. Rodriq. tom.* 1. *q.* 19. *art.* 2. *& Leza. tom.* 1. *c.* 18. *num.* 57. *& v. benedictio. num.* 8. vbi tamen dictam benedictionem limitat pro vsu tantum propriarium Ecclesiarum respectiue. *Peyr. verò de Præl. c.* 8. extendit etiam ad vsum aliarum Ecclesiarum, li-

cet cum *Suar.num.* 11.*loc.cit.* moneat prudẽter vtendum hac facultate. *Vide Gauant.commẽt.in rubr. Miss. tom.* 1.*p.* 4.*tit.* 19.*num.* 22. *& Tambur. loc. cit. quæst.* 2. Huiusmodi porrò Prælati sunt, Generalis, Prouincialis, Prior, Guardianus, & alij Prȩlati locales.

3 Non possunt Regulares in hebdomada Sanctā benedicere domos in diȩcesi existentes. *Sac. Cong.* 2. *Iulij.* 1620. *Archiep. Bonon.* Hoc enim sapit iurisdictionem propriam Parochorum.

4 Abbates, fidelibus intra eorum Ecclesia existentibus, post Matutinarum, Missarum, & Vesperarum solemnia, benedictionem solemnem elargiri possunt. *cap. Abbates de priuileg. in* 6.

Fallit si Episcopus, vel maior Ecclesiæ Prælatus sit præsens. *can. ministrare.* 16.*q.* 6. *can. cum ad celebrandas iunct. glo. de consecr. dist.* 1. *Ioan. Andr. in addit. ad glo. d. cap. Abbates.* Nisi tamen ex speciali priuilegio id eis sit indultum, vt est Abbas Sanctæ Mariæ Pacis Romȩ Canon. Regul. Later. qui ex priuilegio Sixti IV. prædictam benedictionem, etiam præsente Cardinali, & Legato à latere, Potest elargiri.

5 Possunt insuper Abbates tam accedendo ad Altare ad Pontificalem Missam celebrandam, habitu domestico, quam ab eo recedendo, post eiusdem Missæ celebrationem, vel transeuntes per Ecclesiam, benedictionem populo elargiri. Si enim priuilegia illis concedunt benedictionem celebriorem, minorem etiam videntur concedere. *Tambur. disp.* 21. *quæst.* 8.

Reliqua in verbo Abbas. Concionator.

BENEFACTORES.

1 VEris Benefactoribus, & deuotis Ordinum concedendæ ſunt litteræ fraternitatis, ſeu aggregationis,ſeu participationis bonorum operum,quæ in Religione fiunt *Peyr.de Præl.q.3 cap.6.n. 13.vbi varia genera benefactorum explicat.*

2 Communiter recipiuntur benefactores Ordinum ad participationem bonorum quo ad vim meritoriam ipſorum.*Peyr.ib.num.12.vbi citat Palud.in 4. diſt.45.q.2.art.2 Suar.tom.4.in 3.p.diſp.55. Sect.5.n. 11.12.Filluc.tom.1.tract.8.cap.4.num.95.& Rodriq. tom.1 quæſt.32.art.3.*

3 Eiſdem indulgentijs quibus gaudet Ordo noſter D.Hieronymi(plenaria remiſſione excepta)gaudent Benefactores duodecim, qui per ſingulos Priores noſtros pro tempore exiſtentes,cum Capituli ſui cõſilio,& aſſenſu,eligi poſſunt, ac ſi eſſent noſtri profeſſi. Et vno,vel pluribus illorum defunctis, alium,vel alios eorum loco poſſunt eligere in perpetuum. *Sixtus IV.vt eſt in c. 85. noſtrorum priuil.*

4 Eiſdem pariter indulgentijs, quibus præfatus Ordo noſter gaudet, etiam plenarijs remiſſionibus, gaudent ſeptuaginta ſpecialiores Benefactores vna cum Vxoribus ſuis,ac ſi eſſent profeſſi Ordinis noſtri, in quolibet noſtræ Religionis loco, qui electi fuerint per Præpoſitum Generalem,& Viſitatores.Et aliquo dictorũ benefactorũ decedẽte,alius ad ſimiles indulgẽtias eligi poteſt.*Idẽ Sixtus IV.in c.86.eorumd.priuil.*

5 Pro animabus benefactorum habentium prædictas litteras communicationis possunt Fratres illius Conuentus, cuius sunt Benefactores celebrare Missam, quę eos liberet à pœnis Purgatorij. *Peyr. de Prel. q 3. c. 6. num. 15. vbi refert concessionem Clem. VIII.*

Reliqua in verbo Bona Spirituali Opera.

BENEFICIVM.

1 Licet Canonicis Regularibus concessum sit ab Innoc: III *c. quod Dei timorem*, secularia beneficia curata obtinere, dummodo, si commodè fieri possit, socium Regularem secum habeant. *Silu. v. Religio 4. quæst. 3. & 4.* Hodie tamen absque Papæ dispensatione promouendi non sunt *Miranda in Man. tom. 1. q. 32. art. 5. & Laym. lib. 4. trac. 2. cap. 4. num 2.* Id quod potiori iure dicitur de alijs Regularibus, etiam quoad beneficia simplicia. *Sãch. lib. 7. in decal. cap. 29. num. 71. Graff 2. p. decis. lib. 3. cap. 20. num. 19. Suar. tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 3. cap. 19. num. 1* Beneficia enim secularia sunt Regularibus incompatibilia. *Clem. 1. de suppl negl. Præl.*

2 Ex vi tamen professionis non redduntur Religiosi incapaces ad obtinenda beneficia secularia, etiam curata. *Less. lib. 2. de iust. cap. 41. dub. 12.* Vnde Patres Soc. Iesu, per professionem post biennium nõ amittunt beneficia, & pensiones *Sanch. ibid. c. 4. nu. 7. & c. 27. num. 32. & c. 29. num. 10.*

3 Omnem beneficiũ censetur seculare, nisi regulare probetur *Mascard. de probat. concl. 172.* Probatur

verò

verò, vel ex litteris fundationis, vel ex cõtinua 40. annorũ possessione. *Nauar lib. 3. cons. 3. de præben. edit. 2. & Azor. to. 2. lib. 3. cap. 26. q. 1. Vide Ceph. cons. 338.*

4 Per professionem in Religione approbatam vacant quæcunque beneficia antea habita. *c. beneficium. de Regul. in 6. Sanch. loc. cit. num. 2.* Et quidem siue beneficia sint maiora, siue minora, cum indistinctè loquatur textus in *d. c. beneficium, vbi Barbos. num. 2.*

5 Beneficium ingredientis Religionem infra annum probationis alteri non debet conferri, nisi ad id ipsius ingredientis accesserit consensus; vel nisi infra annum probationis fecerit professionem expressam, vel tacitam; vel intrans voluit omninò mutare vitam, & dimittere seculum, & de hoc constet. *c. beneficium. ibid.* Debet verò huiusmodi beneficio, infra annum probationis, prouideri de Vicario, qui deseruiat in diuinis assignata ei congrua portione, vnde viuat. *Ibidem. vide Trident. sess. 25. de Regul. c. 15. & Peyr. de Præl. q. 3. cap. 1. num. 48.*

Amplia etiamsi nouitiatus pluribus annis duraret. Barbos. in d. c. Beneficium. num. 5.

6 Non fit concursus in Beneficijs Regularium, quæ Regularibus conferri solent. *Gauant. in Man. v. benefic. Paroch. prou. num. 39.*

7 Quamuis beneficia secularia Regularibus non concedantur; attamen milites Regulares S. Iacobi de Spatha, & alij non emittentes tria vota substantialia sunt capaces quorumcumque beneficiorum secularium. *Barbos. in collect. v. beneficium. 1.*

8 Beneficia Regularia conferrre pro toto Ordi-

ne pertinet ad Generalem, pro tota Prouincia ad Prouincialem,& pro loco particulari ad Superiorem localem,vel ſimul cum Conuentu, vel ſeorſum iuxta ſtatuta Religionis,præmiſſo tamen examine, & approbatione Epiſcopi. *Lez.v.beneficium.num.* 12.

9 Duo beneficia regularia etiam eiuſdem Ordinis,ac Monaſterij,non poſſunt eidem conferri *Rebuff. in prax.benefic. tit. de diſpenſ. cum Regul. facta. num.* 8. *Rodriq.to.*1.*q* 34.*a.*9.*& Sanch li.*7.*Moral.c.*29. *n.*78.

10 Beneficia conſueta gubernari per Monachos vnius Monaſterij,non poſſunt committi alijs Monachis per inferiorem à Papa. *c. cum ſingula.* §. *prohibemus de præben lib.*6.

11 Beneficia de Menſa Religioſorum non poſſunt Prælati conferre. *Clem.*1. §. *præſentatos de exceſſ. Prælat.*

12 Beneficia ſimplicia, quæ ſunt membra Religionis non poſſunt viſitari ab Ordinaris *Armendariz in addit.ad recopil.leg.Barb.in collect. v. Regul.*1.

13 Beneficiati Regulares, in ijs quæ beneficium concernunt, ſubijciuntur Epiſcopo: in reliquis ſuis Prælatis. *Leza.v.beneficium n.* 19. *vide Trident. ſeſſ.*14. *de reform.cap.*10.

14 Beneficiati Regulares liberam habent redditu-um,beneficialium,oblationum, & ſtipendiorum adminiſtrationem:nullum tamen dominium ſuper illa,vt habent beneficiati ſeculares. *Leza.ibid.*

15 Obtinens beneficium,ſi ſit cenſura aliqua,vel irregularitate,quantumuis occulta, innodatus, tenetur vel procurare nouam collationem beneficij, vel abſo-

absolutionē à censura, seu dispensationem in irregularitate, & secretò iterum acceptare beneficiū, quod ex vi prioris prouisionis conualescit. *Sanch. tom. 1. op. mor lib. 2 cap. 2. dub. 10. num. 16. & Dian. p. 5. tract. 9. resol.* 101.

16 In collatione beneficij dari solet absolutio à censuris, vt tollantur obstacula ad effectum tantum validitatis collationis iuxta clausulam, *Teq. Absoluentes, &c. De qua Barbos. clausul.* 179. Cuius tamen absolutionis beneficio non gaudet, qui per annum in excommunicatione fuit insordescens. *Valer. in diff. vtr. for. v. excommunicatio. diff. 4. num. 4. citans Rebuff. in prax. in form. & declarat. nouæ prouis. num. 10 Nauar. in c. ita quorundam. de Iudeis. notab. 11. in gl. vlt. n. 14. Suar. tom. 5. disp. 17. sec. 1. num. 10. & disp. 15. sec. 8. n. 9. & Felin. in c. cum illorum de sent. excom.*

Reliqua in verbo Canonici Regulares. Nouitius.

BIGAMIA.

1 PEr professionem in Religione non tollitur. *Suar. de cens. disp. 49. sect. 6. num. 16.*

2 Prælati Regulares, qui possunt cum subditis suis dispensare in quibusdam irregularitatibus, non possunt dispensare in ea, quæ propter bigamiam cōtrahitur. *Lezan. v. Bigamia. n.* 5. Hæc enim communiter excipitur in priuilegijs Regularium, vt videre est in nostris c. 81. Contrarium vide apud *Enriq. lib. 12. cap. 6. num* 11.

3 Possunt tamen dicti Prælati, qui iurisdictionem ha-

habent quasi Episcopalem, dispensare cum suis subditis in irregularitate orta ex bigammia pure similitudinaria, quando scilicet quis post votum solemne castitatis, vxorē duxit. *Peyr. tom. 1. priuil. Minim. in Con st 3. Iulij. 11. Suar. loc. cit. & Rodriq. tom. 1. q. 42. art. 2.*
Reliqua in verbo Irregularitas.

BIGAMVS.

1 Bigamus nō dispensatus in irregularitate, si velit fieri Religiosus, non debet admitti nisi ad statum Conuersorum. *Peyr. de Prel. quæst. 2. cap. 5. §. 8. vbi citat Campanil. in diu. iur. rubr. 11. c. 6. n. 32. Suar. tom. 5. in 3. p. disp. 49. sect. 6. num. 16. Azor. p. 2. lib. 6 cap. 4. q. 10. Didac. in Clem. si furiosus. p. 1. §. 2. n. 6. Sanch. 7. de Matr. disp. 86. num. 4.* Posse tamen ad statum Clericorum admitti Bigamum nobilem, & virtuosum, & à Prælato dispensari quoad Ordines minores, & vt Choro, & Ecclesiæ cum alijs Clericis inseruiat, docet *Peyr. ibid.*

2 Bigamus non dispensatus non potest admitti ad dignitates; benè tamen ad officia manualia Religionis. *Peyr. ibid. n. 99. cum Palud. in 4. dist. 27. q. 4. art. 5. & Sayr. lib. 6. de cens. c. 6. n. 14.*

BONA SPIRITVALIA.

1 Possunt Prælati Religionum applicare alijs extra Religionem bona suorum subditorum, & illis tribuere litteras seù patentes talis commu-

municationis.*Leza.to.1.c.18.n 67.& v. bona Regularium num.2*.vbi refert priuilegia Sum.Pont. *Suar.tom. 4.in 3.p.disp.55.sec.5.n.5.& Valent.2.2.disp.7. q.20. punct.3.§ sed facile,& § & si autem Vide D.Th addit.ad 3.p.q 26.art.1.in 4.dist 20.quæst.1.art.4 & opusc.6.de Symb Apost.v Sanct.commun. Mirand. tom.2. Man. q. 50.art.1. Filliuc. tom.1. tract.8. cap. 4. Sorb. in comp. v.Indulg. Ang. Tabien. Syluest. Pisan. & Peyr. in formul. litt. P.cap.1.*

Reliqua in verbo Benefactores.Opera.

BONA TEMPORALIA.

1 Bona ingressi Religionem, & professi deuoluuntur ad Conuentum,& non ad consanguineos.*Calder.cons.46.de testam.*

2 Bona Regularium extra Ordinem degentium, si tamen hi ad Religionem reuertantur, ad Religionem pertinent.*Peyr.tom.2 priuil. Minim.in Const. Pij V.§.22.nu.22.& Lezan.tom.2 c.1.n.40.*Quod si extra Religionem moriantur, bona eorum sunt Cameræ Apostolicæ.*Greg.XIII. in motu proprio, Officij nostri, &c.Nauar.cons 15.num.14.& 80.de Regul.Azor.lib.8. c.3.q.15.& Sanch.7.in Decal.c.33.nu.61. Vide gl. languidis.in c.1.de infantib.exposit.*

3 Acquisita à Religiosis ex illicita negotiatione, aut alias contra Sac.can.spectant tamquam spolia ad Cameram Apostolicam.*Pius IV.in bulla, quæ incipit, Decens.esse,2.tom.bullar.pag.29.*

Fallit primò in bonis acquisitis à Religioso contra

suam

sua in Regulam, vel Constitutiones. *Suar. tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 3. c. 2. n. 22.*

Secundò in bonis acquisitis à Fratre Laico, vel Cõuerso. Quia Pontifex in supradicta bulla loquitur solum de Cler. *Idem num. 24.*

Tertiò in bonis militum Hospitalis S. Ioãnis, vt patet ex bulla, quæ incipit, *Romani interest.*

4 Bona, quæ Religiosi proprio labore, industria, aut donatione acquirunt, possunt ipsis concedi ad vsus necessarios, & honestos; in illis tamen Monasterijs, in quibus non prouidetur Religiosis de necessarijs ad vitam, & decentiam status ipsorum. *Valent to. 3. disp. 10. q. 4. punct. 3. & Graff. p. p. lib. 3. c. 5. num. 55.*

5 Bona relicta regulari intuitu suæ personæ non possunt ab ipso retineri absque Superioris Licentia. *Calder. cons. 4. de consuet.*

6 Bona Religiosi, qui propter fraudem, dolum, & cupiditatem Prælati inhiantis ad ipsa, emisit professionem, pertinent ad hæredes, non ad Religionem. *c. fi. 20 q. 3. Nauar. com. 2. num. 31. de Regul. Azor. tom. 1. institut. lib. 12 c. 20. didac. 4. decret. 2. p cap. 28. §. 1. & Sanch. 7 in decal. c. 34 num. vlt.*

7 Bonorum Monasterij certi redditus annui taxari possunt Religiosis, quando his non prouidetur de necessarijs simpliciter ad vitam, & decentiam status ipsorum, & aliter substentari non possunt. *Nauar. com. 3. num. 26. 27. & 32. de Regul. Sanch. ibid cap. 22. num. 14. & Graff. dec. lib 3 de Regul. c. 5. n. 55. vbi citat celebres Doctores.* In quo casu etiam administratio bonorum seu possessionis Monasterij, Religiosis conceditur.

tur.*Graff.ibid.num.53.& Leza.tom.1.c.6.num.22. Vide v.locatio num.4.*

8 Bona Monasterij administrare ad Prælatum localem pertinet.*c nullam.19.quæst.2.Nauar.com.3.de Regul.n.4.Peyr.de Præl.q.1.cap.4.num.77.* Nisi tamen decreta Clem. VIII. de reform. Regul. sint in viridi obseruantia iuxta dicta v Administratio.n.2.*Vide Leza.tom.1 cap.17.num.74 Ricc.in collectan.decis 3054.* vbi dictum decretum latissimè declarat.

9 Bona difficilis recuperationis, seu incerta, vel incognita, vendi possunt sine licentia Sacræ Cong.eo pacto, vt emptor suis expensis, & periculo ea recuperet.*Nald.in sum.v.bona.n.9.& Gauant.in Man. Episc.v. Alienatio num.42.*

10 Bona immobilia possidere licitum est Monasterijs tam virorum, quam Mulierum, etiam Mendicantium, exceptis Monasterijs Fratrum S. Francisci Cappucinorum, & eorum, qui Minores de obseruantia dicuntur.*Trident.sess.25.de Regul.cap.3.* An autem consuetudine induci possit, vt dicti Minores possideāt licitè bona immobilia in communi, ait *Sanch.7. mor. c.25.num.16.Fulgos. cons.105.Cephal.cons.98.num.4. Quæsada in suis q.q.varijs c.22 num.16. & alij.*

11 Bona Regularis Cardinalis, Episcopi, vel Abbatis, post eius mortem pertinent ad Ecclesiam, cui erat præfectus.*D.Th.2.2.q.188.a. 8.Sot.10. de iust. q. vlt.à vlt.ad 3.Less.2.de iust.c.41.dub 11.n.92.& Azor tom.1.lib.12.cap.10.quæst.6.*

12 Acquisita ab Episcopo Regulari ante assumptionem ad Episcopatum spectant ad Religionem.*c.*

Statu-

*ſtatutum eſt.*18.*q.*1.*Clem.IV. Ordini Prædicat. & Alexander.IV.Minoribus.D.Antonin.tract. de ſuſpenſ.c.*4.*num.*20.*Suar.tom.*4.*de Relig.tract.*8.*lib.*3.*cap.*16.*num.*22.*& Caſſarub.in comp.priuil.v.Epiſcopus.n.*2.

13 Bona etiam Epiſcopi Regularis titularis cõpetunt Religioni.*Sot.loc.cit.& Sà v.Religio.nu.*52.*vide Suar.ibid.c.*17.*num.*5.*At Barbos.de poteſt. Epiſ. allegat.*114.vult competere Sum.Pontifici.

14 Si Religioſos fiat Prælatus alterius Religionis, bona, quæ acquirit ratione Prælatiæ, quam gerit, aut Religionis, cuius Religioſos gubernat, pertinent ad eandem Religionem.*Sanch.*7.*in Decal.cap.*32.*nu. vlt.* Quæ verò acquirit alio titulo, ad Religionem vnde eſt euectus *Sanch.ibid.*

15 Bona etiam, quę acquirit Religioſus factus Parochus extra Religionem non pertinent ad Religionem, ſed ad Eccleſiam, cui ſeruit. *Nauar. lib.* 3.*conſ.in* 1.*edit. tit. de Regul. conſ.*70.*num.*6.*In* 2.*tit. de ſtat. Monach. conſ.*13.*num.* 6.*& Rodriq. tom.* 2.*queſt.*47.*art.*7.

16 Pro adminiſtrandis bonis Monaſteriorum Monialium ſubiectarum Epiſcopis, poſſunt ipſi Epiſcopi Adminiſtratores ponere Sic Superiores Regulares, reſpectu Monialium ſibi ſubiectarum *Tambur.de iur. Abbatiſs.diſp.*14.*quæſt.*2.*num.* 1.*& Leza.v. Adminiſtratio num.*3.

17 Bona Religioſi relicta hæredi, ſi hic viuente Religioſo moriatur, iure caduci pertinent ad Monaſterium. *Valer. v. hæreditas vbi citat Bart.in auth. ſi qua mulier. C. de Sacroſanct. Eccl. num.* 10. *Abbatem.*

tem. Felin. Gom. Leop. & alios. Vide v. hæres. num.4. Reliqua in verbo Administratio. Prælatus.

BREVIA.

1 Confessarij Regulares qui communicant in priuilegijs cum Iesuitis, si sint approbati ab Ordinario, licet non graduati possunt accipere, aperire, & exequi breuia Sacræ Penitentiariæ, quæ communiter Magistris Sacræ Theologię, vel in iure canonico Doctoribus destinantur. *Sorb. in comp. v. Confessores in fine. Sanch. lib. 8. de Matrim. disp. 34. n. 11. & Leza. tom. 1. cap. 19. n. 38.* Qui tamen obseruat non esse tutum potiri hac facultate, etiam per viam communicationis, illas Religiones, quarum Religiosi gradus Doctoratus admittunt.

BREVIARIVM.

1 Tenetur quilibet Religiosus sub mortali recitare horas Canonicas iuxta Breuiarium pro suo ordine approbatum: *Leza v. Breuiarium n. 3.*

2 Habentes tamen particulare breuiarium, extra Chorum vti possunt Bræuiario Romano, nisi particularibus statutis sit hoc prohibitum. *Sanch. oper. mor. to. 2. lib. 7 c. 2. dub. 23. & Diana. p 2. tract. 12. res. 10. p. 3. trac. 2. resol. 135. & p. 7. tract. 11. resol. 8.*

3 Religiosus extra Conuentum recitans officium cum Religioso alterius Ordinis, potest huius breuiario vti. *Rodriq. in comp. resol. 24. num. 34. & re-*

sol.

ſol. 145. vbi refert conceſſionem Innoc. IV.

4 Obligatus ad dicendum officium per Breuiarium Romanum, non peccat ſi vna, aut altera vice illud recitet per Breuiarum v. g. Dominicanum. *Diana p. 2. cit.*

5 Non obſtante quacumque prohibitione non vtendi alio breuiario, niſi proprio, ſi hoc careat Religioſus, poteſt officium recitare per quodcumque aliud Breuiarium. *Leza. vt ſupra. num. 6.*

6 Prælatus Regularis in aliquo caſu poteſt diſpenſare, vt dicatur aliquod officium non contentum in breuiario, rationabili cauſa ſubſiſtente *Suar. tom. 2. de Relig. lib. 4. de hor. canon. c. 11. num. 6. & Dian. reſol. 36. Vide tamen decretum Sac. Cong. rit. die 8. Aprilis 1628. Gauant. in Rubr. Breuiar. tom. 2. ſect. 1. cap. 5. tit. 2. num. 9. & 10. & Barboſ. de off. & poteſt. Paroch. cap. 10 num. 13.*

7 Religioſus beneficiatus debet ſe accommodare Breuiario Eccleſiæ, cui inſeruit. *Leza v. Breuiarium. n. 11.*

8 Carentia voluntaria breuiarij non excuſat à peccato ſi non recitetur officium ſaltem aliquo modo, ideſt aut ſecundum maiorem partem memoriter, vel vna cum alio *Silueſt. v. hora. q. 4. Sot lib. 10. de iuſt. q. 5. art. 3.* Quod ſi tantum minorem partem officij ſciat, & abſque culpa breuiario careat, ad nihil tenetur. *Leza. num. 9. vbi cit. Sanch. opuſ. mor. cit. dub. 46. & 47. Vide Malder. 2. 2. tract. 10. cap. 2. dub. 5.*

9 Regulares excepti in bulla Pij V. omiſſo proprio breuiario, potuerũt admittere Romanũ, pſallendo

iuxta

iuxta illius formam in Choro. *Suar. tom. 2 de Relig lib. 4. de Orat. c. 11. n. 4. & Rodriq. to. 1. quæst. 42. art. 13.* vt colligitur ex ipsa bulla Pij V. sed semel eo acceptato nō posset amplius illud relinquere, reassumendo proprium nisi de licentia Papæ quia per illā acceptationem renunciarunt priuilegio exceptionis. *Suar. ibid.*

Vide v. officium diuinum.

BVLLAE CRVCIATAE.

1 POssunt Regulares, seclusa prohibitione suorum Prelatorum, accipere bullam cruciatæ, & vti priuilegijs ipsius. *Sorb. in addit. ad comp. priuil. Mend. v. Cruciata, & Ludouic. à Cruce in exposit. bull. cruciatæ disp. 1. cap. 1. dub. 9.*

2 Accipientes verò bullam contra rationabile Prælati præceptum, peccant non modo contra Obedientiam, sed etiam contra paupertatem, expendentes in hoc pecuniam. *Casarub. in comp. priuil. Mend. v. Cruciata. §. ad hoc autem.* In quo casu tamen gaudent priuilegijs bullæ. *Lez. v. Bul. cruc num. 3.*

3 Regulares de licentia suorum Superiorum ad bellum cruciatæ euntes, & in eo verbum Dei prædicantes, seu misteria pia, & ecclesiastica exercentes, lucrantur indulgentiam plenariā, illam scilicet, quæ solita est concedi pro expeditione Terræ Sanctæ, & anno iubilei. *Rodriq. in exposit. bul. cruc.* §. 2. & 3. & 4. Nō sūt verò soluti ab obligatione ieiunij, ad quod ex voto, vel præcepto Ecclesię tenetur. *Rodriq. dicto.* §. 4.

4 Sub concessione, quæ habetur in bulla cruciatę edēdi oua, & lacticinia ad libitum in Quadragesima,

non comprehenduntur Regulares. *Enriq. lib. 7.c.13. num.10.& Oriz.in Sum.cap.19.num.8.*

Fallit in Nouitijs. *Dian p.1.tract.11.resol.15.* Et in Sexagenarijs, & Equitibus Ordinum militarium.

5 Nec fruuntur Regulares priuilegio dictæ bullę eligendi Confessorem, qui absoluat ab omnibus casibus reseruatis. *Ita in bul. Vrb. VIII. vide Eminen. de Lugo. de Sacram.pœnit.disp.20.sect.9.*

Fallit tamen in Nouitijs *Lezā.tom.1.cap.24.num.7.*

6 Regularis in Confessarium electus ab habente bullam cruciatæ, debet esse approbatus ab Ordinario loci. *Sac.Cong.apud Leza tom.1.cap. 18.n.19.& v. bul.cru.n.20.* Vnde non sufficit quod sit approbatus à suo Prælato. *Nugnus.3.p.tom.2.q.8.a.5.disp.3.concl.4.*

7 Regularis expositus ad confessiones virorum tantum, non potest à Superiore puniri si per bullam, aut Iubileum excipiat confessiones fœminarum, quia operatur iuxta opinionem probabilem, quod hoc possit facere. *Dian.3.p.trac.2.resol 93.* Illa enim restrictio est ad bene esse hoc est, de honestate.

8 Regularis semel ab Ordinario approbatus, sẽper est eligibilis per Bullam. Ita in Bulla plumbea, vt refert *Dian.1.p.tract.11.resol.12.* Est etiam eligibilis Prælatus Regularis, licet non approbatus ab Ordinario cum habeat curam animarum, & veniat nomine Parochi. Parochus autem à Trident. absolutè approbatur. *Boss.de Iubil sec.3.cas.2.§.2.n.53.contra Suar.3.p.tom.4.disp.28.sect.8.num.2.* Intellige tamen de Prælato habente diœcesim.

9 Regulares habentes Bullam non possunt absolui

solui à reseruatis suis Superioribus à Confessario sui Ordinis,& hoc in terminis Const. Vrb. VIII. in qua declarat Regulares quòad absolutionem, à reseruatis, ordinariæ suorũ Superiorũ dispositioni esse subiectos. *Lud. à Cruce in exposit. Bull. disp.* 1 *c.* 1 *. dub.* 12 *. n.* 2.

10 Regularium priuilegia non suspenduntur per suspensionem contentam in Bulla Cruciatæ, omnium gratiarum, priuilegiorum, &c. sed tantum ea, quæ retardare possunt expeditionem Bullę. *Lez. tom.* 2. *cap.* 1 *. num.* 59 *. & tom.* 3 *. v. Bull. Cruc. num.* 38.

11 Nec suspenditur facultas, quam habent Superiores Regularium dandi litteras confraternitatis suis benefactoribus, de quibus *v. Benefactores. Ludou. à Cruc. c.* 9 *. dub.* 2 *. num.* 17 *. & Dian. resol.* 87.

12 Per suspensionem indulgentiarum, quæ fit anno Sancto non suspenditur Bulla Cruciatæ pro locis, in quibus publicatur, seu indulgentiæ per illam concessæ. *Dian p.* 1 *. tract.* 11 *. resol.* 97 *. vbi refert declarationes Clem. VIII. & Vrb. VIII. citatque Portell. Bonac. Sanch. Rodriq. Sal. Villalobos, & alios.*

13 Virtute bullæ Cruciatæ commutari possunt omnia vota, præter Castitatis Religionis, & Peregrinationis vltra marinæ, seu quæ est Hierusalem, quæ sita est vltra nostra maria. *Fernand. p.* 3 *. c.* 9 *. sect.* 2 *. §.* 17 *num.* 7. Quomodo autem fieri debeat dicta commutatio, *vide Ledesm. tom.* 2 *. tract.* 10 *. cap.* 8 *. Sanch. in sum. tom.* 1 *. lib.* 4 *. cap.* 54 *. num.* 38 *. & Suar. tom.* 2 *. de Relig. lib* 6 *. cap.* 19 *. num.* 18.

Reliqua in verbo Confessarius Regularium.

CÆREMONIÆ.

1 NOn possunt Regulares inconsulta Sacra Cong.Rit. communes, & veteres ritus suarum Ecclesiarum, immutare, nouosque instituere. *Lez.v.Sac.Congr.num.4.*

2 Cæremonias ab Ecclesia institutas omittere, aut mutare est peccatum contra Religionis virtutem ex genere suo mortale, quamuis ob materiæ paruitatem, veniale esse possit. *Laym.lib.5.tract.2.cap.8.n.4.* Maiorque est obligatio obseruandi ea, quæ præcipiuntur in cæremonialibus, quam, quæ per alias constitutiones. Lez.*tom.1.cap.8.num.32.*

3 Cœremoniarum Magister necessarius est in qualibet bene ordinata Religione. *Peyr. in formul. lit.M.cap.1.num.2.*

CALIX.

1 STante declaratione Sac.Congr. anno 1632. quod Abbates, & alij Prælati Regulares habentes priuilegia benedicendi res sacras, non vtantur ijs, nisi in rebus, in quibus sacra vnctio nō adhibetur, nō possunt dicti Prælati, benedicere Calices, & Patenas. Le*za.v.Calix.num.3.*

2 In remotissimis tamen Indiæ partibus possunt Patres Soc.Iesu consecrare Calices, sicut, & Altaria, in Episcoporum absentia. Lez *num.4.vbi citat Fagund. in 1.Eccl.præcep.lib.3.cap.21.num.14.*

Reliqua in verbo consecrare.

CAM-

CAMPANA.

1 PVlſare Campanas die Sabbati Sancti antequam Campana Cathedralis, vel Matricis, Eccleſiæ pulſauerit, eſt Religioſis prohibitum ex Conc.Later. & Leone.X. *Laert.Cherub. to.* 1.*bull.* 150. *Gauant.com.in rubr.miſſ.p.*4.*tit.* 10. *& in man. v. Campanæ num.*1.*&*.2.

Fallit quo ad Campanas minores, quæ ſunt intra eccleſiam, quæ ante campanam Cathedralis pulſari poſſunt: quæ vero ſunt in campanili expectent ſignum Cathedralis, vt decet. *Piſcar. in prax. cerem. lib.*3.*ſect.*8.*cap.*5.*num* 6.

2 In alijs diebus non poſſunt ab Ordinarijs impediri Regulares quin pulſent Campanas ad Matutinum, horas, & miſſam, antequam pulſetur Campana maioris Eccleſiæ. *Sac. Cong.apud Quarant. in ſum. Bull.v. Cõfeſſor.pag.*235.*& Barb.de off.Paroc.c.*11.*n.*21.

3 Neque Abbates, neque alij Prælati Regulares poſſunt benedicere Campanas, etiam pro vſu ſuarum Eccleſiarum. *Lez.v.benedicere.num.*14.

Reliqua in verbo Conſecrare.

CANONICA PORTIO.

1 CAnonica portio parochialis (hæc eſt quæ debetur de omnib. quæ obueniunt ratione funeris, & de legatis, factis Eccleſiæ, ad quam quis eligit ſepulturam) non debet ſolui à Regularibus pro-

pter eorum priuilegia, de quibus *Cæsarub. in comp. v. Can port. Lap. de Can. port. quæst. 4. num. 10. Federic. de Sen cons. 96 & Lezan. tom. 1. cap. 3. nu. 12. & tom. 3. v. Can port. num. 6. vbi accumulat plures DD.*

2 Si Ecclesiæ, vel Monasteria exempta habent Capellas, vel populum non exemptum, tenentur dictam portionem soluere. *Lezan. ibid.*

Reliqua in verbo Quarta.

CANONICI REGVLARES.

1 NOn admittuntur ad curam Parochialem, neq. ad concursum sine dispensatione. Papæ *Gauant. in Man. v. Canon. Regul. num. 3. vbi refert declarationem Sac. Cong.*

2 Non possunt esse Canonici in Ecclesia secula. *DD. repr. gl. 1. in cap. Deus, qui. De vita, & honest.*

3 In odiosis non veniunt appellatione Monachorum, benè tamen in fauorabilibus. *Tambur. tom. 1. disp. 20. quæst. 3. vbi citat Abb. Siculum. Vide D. Th. in lib. cont. impugn. Relig. art. 20.*

4 Canonicus Regularis dicens sibi esse aliquid proprium, vel suum, peccat mortaliter. *can. non dicatis. 12. quæst. 2.*

5 Qui non resignauit proprium in morte non debet in Cœmeterio sepeliri, & si de facto fuerit sepultus, inde debet exhumari, si sine scandalo fieri potest. *cap. 4. de stat. Monac.*

6 Canonicus Regularis potest fieri Monachus, si Religio ad quam transit sit strictior sua: aliàs non *c. sane de Regul.*

In

7 In processionibus publicis possunt Canonici Regulares vti Rochetto, & superpelliceo. *Sac. Cong. rit. 28. Augusti 1628.*

8 In Episcopos promoti, tam in capella Papæ, quam extra vtuntur habitibus, & coloribus, quibus alij Clerici seculares promoti in Episcopos. *Leo X. 1. Septembris.* 1519. Sique fiant Cardinales, vtuntur habitu Rubeo. *Tambur. loc cit. num.* 42.

9 Canonicorum Regularium Lateranensium Abbates possunt in processionibus suarum Ecclesiarum, diebus solemnibus, baculum pastoralem extra easdem Ecclesias, deferre. *Tamb. disp.* 21. *quæst.* 3. *vbi refert priuilegium Vrb. III.*

10 Canonicorum Regularium Lateranensium, & Monachorum sancti Benedicti antiquum litigium super præcedentia, fuit per sententiam definitiuam sopitum in fauorem Canonicorum à Pio IV. *Tambur. tom.* 1. *disp.* 25. *quæst.* 1. *num.* 294. *vbi per extensum refert bullam dicti Pontificis.*

Reliq. in verbo Beneficium. Monachus. Præcedentia.

CAPELLANVS.

1 REligiosus licet Capellanus Sedis Apostolicæ, adhuc manet subiectus suis Superioribus, ac si prædictæ Sedis Capellanus non esset. *Greg. XI. anno* 1373. *in bulla, Per Romani Pont.* Id quod à fortiori dicitur de Capellanis Regum, & Principum. *Flau. Cherub. in comp. bull. tom.* 1.

2 Fratres, ecclesijs extra Ordinem inseruientes

vt Capellani, Cameram, vocemque actiuam, & passiuam non habeant. *Sorb. in comp. priuil. tit. exempti fratres. n. 6 vbi adducit bullam Sixti V. vide Castell. de canon elect. cap. 5. num. 41.*

CAPITVLVM.

1 Capitulum non venit appellatione personarum, seu Prelatorum. *c. graue nimis de præben. & c. 2 §. laici. de reb. Eccl. non alien. lib 6. Nald. in sum verb Capitulum. num. 1.*

2 Si maior pars Capituli deliquit, & propterea est sua auctoritate priuata, tũc tota Capituli potestas residet in minori. *Panormit in cap. 1. de his, quæ fiunt. Rodriq. tom. 1. q. q. Regul. quæst. 41. art. 1. & Silu. in Sum. v. Capitulum. num. 1.*

3 Capituli minor pars resistere potest maiori parti facienti aliquid à iure reprobatũ, & potest protestari. *Ricc. prax. aur. resol. 249. tom. 1. p. 2.*

4 Capituli appellatione cõprehenditur etiã Cõgregatio Regulariũ *c. cupientes. §. ad hęc. de elect. lib. 6.*

5 In Capituli actibus non sufficit habere saniorem partem, sed copulatiue requiritur maior, & sanior. *cap. cum expediat. eod. c. 1. de his quæ fiunt à maior. & cap. de his, quæ vi metusue.*

6 Capituli duæ partes si faciant aliquid, totum Capitulum videtur facere. *gl. maiorem. in c. scriptum. 40. de elect.*

Limita, nisi id quod est factum tangat omnes de Capitulo singulariter. & non tantum collegialiter *Reg quod omnes. 29. ibi gl. 1. de regul. iur. in 6.*

In

7 In Capitulis generalibus adest omnimoda potestas faciendi statuta in spiritualibus,& tēporalibus pro conseruatione regulæ. *Innoc. VII. Mart. V. Eug. IV.& Leo X. apud Rodriq.tom.1.q.41.art.2.* Quæ quidem statuta illicò omnes obligant, & censentur confirmata à Sede Apostolica. *Iul II. apud.Rodriq. ibid.*

8 Non potest verò Capitulum generale, statuta, Regulam non concernentia, præcipere. *Vasq. 1.2. disp.154.c.4.num.25.Mirand.in Man.tom. 1.q. 26.art. 10.& Leza.to.1.cap.4.num. 13. vbi addit exceptionem ex Less.2.de iust.cap.41.dub.9.num.77.* Nec potest facere statuta contra ius commune, vel sac. canon. *Nauar.lib.3.cons. de Regul. cons. 26. num. 4. Panorm. in c. quod super his.de maior. & obed. & c. institutionis. 25. quæst.2.& Io: Andr. c. fi. de appell. in 6. num. 9. & c.fi.de off.Archipresb.num.7.*

9 Potest quidem constitutiones iuris communis declarare,& innouare,& vbi pæna deficit eam apponere,hoc enim non est ius commune subuertere, sed illud adiuuare. *cap. 1. de nou. oper. nunciat. Peyr. in Constit. Pyr.* §. 4.

10 Capitula generalia, & prouincialia possunt obseruantiam statutorum, sub pæna excommunicationis latæ sententiæ, vel ferendæ, præcipere. *Suar. tom.5. in 3.p.disp.2.sec.2.num. 9. & Auil.de cens.p. 2. disp.1.cap.3.dub.1.*

11 Statutis factis in Capitulis generalibus patere debent etiam ipsi Generales, cum sint subditi Capituli Generalis.*Suar.to.4.de Relig.tract.8.lib.2.cap.18. num.18. Leza.tom.2.cap.12.num.6.*

Capi-

12 Capitulum generale potest regulam iam collapsam, seu relaxatam, ad pristinum statum restituere, obligando subditos ad obseruantiam illius sic restitutę. *Silu. v. Religio. 6. q 6. Cordub. in exposit. regulæ D. Franc. c. 10. quæst 2. punct. 6. & Peyr. de subd. qu. 1. §. 3.*

13 Non potest alterare, immutare, vel supplere aliquid in electionibus factis per modum Scrutinij, etiam prætextu cuiuscumque priuilegij, nisi in eo fiat expressa mentio. cap. Quia propter de elect. *Tabur. de iur. Abb. tom. 1. disp. 5. quęst. 5. numer. 6. & Lezan. v. Capitulum. num. 4.*

14 Capitulum generale, sicut potest Generalem eligere: ita & deponere, punire, illius auctoritatem minuere, vel augere. *Suar. tom. 4. cit lib. 10. cap. 4. & Leza tom. 2 cap. 12. num. 7.*

51 Debent capitula generalia sæpius celebrari, puta de triennio in triennium, *Bertach. p. 1. repert. v. Capitulum sub num. 70. vbi citat. Clem. 1. §. fi. de stat. Monach. & Card. in Clem. 1. in fin. de excess. Prælat. Rodriq. tom. 3. quęst. 47. art. 2. & 3. &* Lezan. *loco cit. num. 13. vbi id probat ex Concil. Later & Trident.*

16 In quocumque generali Capitulo debent admoneri subditi de iniuncta nobis obseruantia, & executione literarum Apostolicarum, Constitutionum, & decretorum, ad Sanctum Officium Inquisitionis pertinentium. *Vrb. VIII. 24. Aprilis* 1633.

17 Spectat ad Capitulum generale eligere Sex Patres ex grauioribus Religionis, de quorum consilio, & assensu eijciantur incorrigibiles è Religione. *Vrb. VIII. in decr. de Apost. & eiect.*

Qui

18 Qui intersunt Capitulis generalibus, siue sint capitulares, siue non, & hi, siue Sacerdotes, siue Clerici, siuè etiam Nouitij, siuè Laici siuè Oblati, possunt absolui à Confessoribus specialiter deputatis à Capitulo generali, non solùm durante ipso Capitulo, sed etiam viginti diebus immediatè post, ab omnibus casibus, & censuris etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, & dispensari super omnibus irregularitatibus, ex quacumque causa prouenientibus. *Rodriq. tom.1.q.q.Regul.q:41.art.4.& tom.4.sum cap.9.n.1.ex priuilegio Eug.IV.& Sixti IV.*

Limita in irregularitatibus procedentibus ex homicidio voluntariò, mutilatione membrorum, & bigamia. *Rodriq.ibid.*

19 Capitulum generale habet potestatem eligẽdi Priores in singulis Monasterijs. *Bertachin. 1.p. repert.v. Capitulum sub num. 40. vbi citat Alex. consil. 106.2.p.* Standum tamen particularibus Religionum statutis. In nostro Ordine Fesulano sic obseruatur iuxta priuilegium *Eug. IV. vt est.in c.31. nostrorum priuil.*

20 Capitulũ prouinciale debet in qualibet prouincia constituere ad minus tres Patres graues, & peritos, quorum officium sit examinare Prædicatores, Lectores, Confessores, ac etiam promouẽdos ad quoscumque ordines, priusquam à Prælatis approbentur ad præfata munera obeunda. *Peyr. in formul. lit. C.c. 15. vbi citat Const.10.Vrb.VIII.§.54.*

21 Quodlibet Capitulum siuè Generale, siuè prouinciale, siuè locale potest exercere omnes actus iurisdictionis, quos possunt Prælati ipsorum Capitulo-

rum respectiuè, siuè iure ordinario, siuè ex priuilegio; nisi tamen sint actiones personales prouenientes à potestate Ordinis. *Lezan.v.Capitulum.num.5.*

22 Capitulum Conuentus potest fieri ex duobus, vel tribus tantum fratribus. *glos. in cap.1.10.q.1.v.vbi Congregatio. Bertach.v.Collegium.num.70.*

Limita, nisi aliter cautum sit particularibus Religionum statutis.

23 Capitulum Conuentus sine sui Prioris consensu nō potest cōtrahere, vel aliud facere. *Io. Andr.c. cū omnes.de cōst.& Paul.de Castro in l.1.§.in filij.ff.ad Treb.*

24 Capitulum locale non potest ferre excommunicationem. *D.Th.in addit.ad 3.p.q.22.Nauar. in man. c.27.num.6.Suar.tom.4.de Relig.tract.1.lib.2.c.9.n.6.* Cum enim non habeat auctoritatem extra Conuentum, sequeretur quod posset excōmunicare se ipsum.

25 Capitulum, seu Conuentus possunt quidem suspendi, & interdici, sed non excommunicari. *Cornex.tract.5.de suspens.disp.3.dub.1.2.3.& 4.& Laym. lib.1.tract.5.p.3.cap.2.num.3.*

26 Factum à maiori parte Capituli, in his quæ sunt communia pluribus vt singulis, etiam si essent mille, non valet, nisi omnes consentiant. *Barbos. in c. cum omnes num.6.de const.* Quando principaliter agitur de eorum præiudicio. *Barbos.ibid.*

Reliqua in verbo Electio.

CARCER.

1 DEbent monasteria Regularium habere carcerem tùm ad reorum custodiā, tùm ad

ad pænam delictorum.*c.Abbates* 18.*q.*2 *gl.& D. D.in c.si Clericos.de sent.excom.lib.6.Aderet.lib.*1.*de discipl. relig.c.*10.*num.*1.*&* 2.*& Peyr.in formul.lit. C.c.* 4. *n* 2.

2 Carcer, qui adhibetur ad afflictionem corporis, seu, in pœnam delictorum, potest esse aliquantò obscurior, arctior, & terribilior, modo ab humanitate omninò non discedat. Qui verò est ad custodiam, debet esse clarus, & non subterraneus. *Peyr.ibid.* Verùm in his attendi debent delicti mensura, qualitas personæ, & aliæ circumstantiæ. *Spathar, de mo. cor. Regul.tract.9.num.*14 *&* 15.

3 Carcer apud Religiosos est maximum dedecus, & irreparabilis iactura. *Io. Andr. in c.si Cler. de sent. excom. in 6. & Rodriq. tom. 2. q.q.Regul.quæs.* 22. *art.* 2. Intellige tamen de carcere ad pænam dato.

4 Iussus incarcerari si appellet, appellatio non suspendit incarcerationem; alias omnes carcerandi appellarent ad fugiendum carcerem. *Clar. in pract. crim.lib* 5.*§.fin quæst.*46.*num.*1.

5 Iniustè carceratus potest semper appellare etiam post decem dies à tempore capturæ, quia grauamen est continuum, & successiuũ *Baiard.ad Iul. Clar. in pract.crim.loco cit.vers.sed quid.num.*5. *&* 6 .*& Bertach.v.Carceratus sub n.*40. *vbi accumulat graues. D.D.*

6 Si carceratio sit iniusta possunt Confratres, carceratum fratrem adiuuare ad fugiendum, præbendo ei instrumenta quibus carcerem frangat, & rumpat vincula, non obstante quocumque superiori præcepto in contrarium. *Bald.in cap.ad nostram. de appell. Cardin.in Clem.*1.*§. præfate desta. Monach. Caiet.* 2. 2.

quæst.

quæst 62 art. 3. Graff. 1. p. decis. lib. 3. cap. 5. num. 126. & Spath. de mo. cor. Regul. tract. 9 ca. 17. num. 3. & 4. & 5.

7 Iussus à Superiore, vt aliquem in carcerem trudat, si de iniustitia constet, non tenetur illi obedi-tè imò grauiter peccat obediendo. *Peyr. de subd. q. 1. cap. 13. ex cap. Imperatores 11. quæst. 3. c. quando; & c. non inuenitur. 23. quæst. 3.*

8 Subditus non tenetur obedire Prælato præcipienti, vt in carcerem vadat, non assignata causa talis carcerationis. *Peyr. ibid.* Quod verum est, etiam quādo Prælatus assignat causam sed insufficientem. *ib.* insufficiens enim & iniusta causa idem sunt, quo ad carcerationem. *Vide Spath. cap. 14.*

9 Prælatus trudens subditum in durissimo carcere, in quo verisimiliter intra paucos dies est moriturus, reputatur homicida, & irregularis. *Bertach. 1. p. repert. v. carceratus. n. 20. vbi citat Cardin. in Clem. 1.*

10 Religiosus in pœnam delicti à Superiore detentus in carcere, non potest ex illo fugere, aliàs reputatur fugitiuus. *Ledesm. to. 2. Sum. ti. 8. c. 24. & Sayr. in clau. reg lib. 12. cap. 18. num. 9.*

Limita nisi certò constet pœnam illam carceris esse iniustè inflictam, aut cibus, & necessaria ad vitam, carcerato non subministrentur, aut pœna capitis, seu abscissionis alicuius membri eidem immineat. *Bannes. 2. 2. quæst. 69. art. 4. & Salon. ibid. controu. 2.*

11 Religiosus damnatus ad carcerem perpetuum potest ex eo fugere. *Bannes. ibid. contrarium tenet Rodriq. tom. 2. quæst. 22. art. 6.*

12 Peccat grauiter custos carceris quando non defert

fert fideliter carceratis illa, & sola fercula, quæ Prælatus iubet. *Peyr. loc. cit. n. 5. ex Rodriq. tom. 2. q. 43. ar. 2. Reliqua in verbo Delictum. Fugitiuus. Fur. Reus.*

CARDINALIS.

1 Religiosus creatus Cardinalis manet verus Religiosus. *Lezan. tom. 1. cap. 17. nu 1. ex gl. cap. 3. 16. quæst. 1. & c. vnico, 18. quæst. 1. & ex D. Th. 2 2, quæst. 185. art. 8.*

2 Tenetur portare habitum suę Religionis. *Suar. de Relig. tom. 4. lib. 3. cap. 19. num. 4.* Si tamen illum dimittit, non incurrit excommunicationem latam in c. Ne Clerici, vel Monachi, in 6. *Dian. p 5. trac. 2. res. 66.*

3 Nō soluitur à voto paupertatis. *Suar. loc. cit. & Manfred. de Car. d. 154. Contrarium docet Dian. res. 64.*

4 Regularis factus Cardinalis potest portare Biretum rubrum. *Greg. XIV. die 9. Iunij 1591. Laertius in 2. to. bull fol. 696.*

5 Deponens Cardinalatum nō tenetur redire ad Religionem; quia cum semel fuerit absolutus ab obedientia Prælatorum Regularium, regularibusque obseruantijs, talisque dispensatio in prædicto casu non cesset non est cur iterum subijciatur obedientiæ, & obseruantijs Religionis. *Pellizzar. in man. tr. 3. c. 5. n. 16. citans Sanch. l. 8. de matr. d. 30. n. 8.*

6 Cardinales, in suis Ecclesijs titularibus, quæ sunt Regulariū, nullū ius exercent; quia cū Religiosi sint exempti à iurisdictione Ordinariorum, nec videntur subicijci dictis Cardinalibus, qui sunt veluti

Ordinarij. *Lezan v. Cardinalis num. 9. citans Mandos ad reg. 7. cancell quæst 2. num. 10.*

Vide v. episcopus translatus.

CASTITAS.

1 QVi Castitatem simpliciter spondent iuxta regulæ præscriptum, sunt verè & propriè Religiosi; Qui verò tantum castitatem coniugalem, non ita propriè. *Mar. Alter. tom. 1. disp. 22. lib. 5. cap. 2. ex D. Th. 2. 2. quæst. 186 art. 4.*

2 Castitas religiosa nō solum excludit omnem, & quamcūque commixtionem veneream, aut alium actum exterius consumatum, sed etiam aspectum, literarum, vel munuscolorum missionem, frequentem accessum, aut locutionem cum fœminis, & cæt. *Lancillot. ingnom. vitæ relig. lib. 2. sec. 2. art. 1. resol. 2.*

3 Omnis actus venereus, qui in secularibus extra coniugium est peccatum contra castitatem, in Religioso est sacrilegium, cum ratione voti emissi opponatur virtuti Religionis. *Less. 2. de iust. cap. 41. dub. 9. num. 78.*

4 Peccatum Religiosi contra castitatem seu lapsus carnis volūtarius opere consumatus, est casus reseruabilis à Superioribus Regularibus. *Clem. VIII. in decr. de cas. reseru. Quarant. in sum. bull. v. casus reseru.*

5 Per lapsum carnis opere consumatum non intelliguntur tactus impudici, oscula, literulæ, munuscula, &c. *Caiet. 2. 2. quæst. 148. art. 5. Graff. cas. reseru. lib. 3. cap. 8. num. 8. & 22. & Dian. 3. p. trac. 2. resol. 118.*

Sed

Sedbene quæcũque volũtaria pollutio, mollities, aut actus in sua specie ad consumationem perueniens. *Vide D.Th.2.2.q.154 art.11.& Suar.tom.4. de Relig. tract.8.lib.2.cap.18 num.12.*

6 Est contra castitatis votum peccatum mortale scandali, quod committit Religiosus ratione verbi inhonesti, gestus impudici, vsus vestis lasciuę, &c. *Lezan. tom. 1.cap 5.num.5.Vide Sanch.1.l.mor.cap.6 num.9.* docentem peccatum ex se veniale, posse effici mortale ratione scandali, vt si à Religioso valde pio publicè diceretur verbum turpe veniale.

7 Abscindens sibi virilia, etiam pro obseruantia castitatis, irregularis efficitur. *can. si quis pro ægritudine dist.55.* Castitas enim religione, & non ferro, hoc est castratione, quærenda est *gl.absciderit. in cap. 3.& gl.1.in cap.4. de corp.vit.non ordin.*

8 Castitatem promittens non ex eo quod putet illam bonam, sed in detestationem Matrimonij, excommunicatur. *can.si quis vel virginitatem dist. 30.*

9 Violatio castitatis religiosæ, quo ad actus internos multiplicatur numero per actus moraliter interruptos, puta per cessationem, somnum, vel aliam occupationem impertinentem; quia sic vna voluntas non dependet ab alia ideoque censentur voluntates repetitæ *Vasq.tom.4.in 3.p.q.91.art.1.dec.5.num.11.* Contrarium docent *Canus in relect.de pænit.p.5. Io:à Cruce Homob. & alij apud Dian.* asserentes huiusmodi voluntates non esse, nisi physicè, & materialiter plures: non vero in genere moris, cum sint interruptæ absque actu contrario.

10 Inter Regulares violatio castitatis non est contra bonum publicum, nisi probabiliter timeri possit quoad illa publicetur: Vnde non posset Iudex procedere per viam inquisitionis contra Religiosum delinquentem, si contra ipsum non sit probata aliqua infamia. *Valer diff. ver. for. v. inquisitio diff. , n. 6. & Tho. à Iesu de visit. Regul, tract.. 1. c. 12. num. 61.*

11 Violatio castitatis non excusat à mortali ratione paruitatis materiæ, dummodo adsit plena aduertentia, & deliberatio; nam in re venerea non datur hæc paruitas materiæ. *Sanch. 6. mor. cap. 6. num. 12. & Baldel. l. 3 sum. d. 14. num. 3. ex D. Th. 2. 2 quæst. 154. art. 4. D. Anton. p. 2. tit. 5. cap. 1. num. 9. Silu. v. delectatio. q. 5. Less lib. 4 cap. 3. num. 59. & Azor. p. 3. lib. 3. cap. 25.*

12 Peccat contra castitatem Religiosus per aspectus turpes, & inhonestos, si sint ad captandam delectationem venereã: nõ enim dicendi sunt animos habere pudicos, qui habent oculos impudicos. *can. nec. solo 32. quæst. 5. D. Anton. loc. cit. §. 7. & Sanch. lib. 9. de matr. disp. 46. num. 23. & 29.*

Limita nisi tales aspectus sint ex ioco, aut vana curiositate, modo absit periculum vlterioris consensus in turpitudinem, aut alicuius pollutionis! *Pellizar. in man. tract. 4 cap. 3. num. 101.*

13 Peccat item contra castitatem si delectationem morosã capit de rebus venereis, dũmodo delectatio sit deliberata, & terminetur ad actũ externũ operis, nõ vero ad eius cognitionẽ, ac speculationẽ; Est enim talis delectatio de obiecto moraliter malo, & iure naturali diuino, vetito. *D. Th. 1. 2. q. 74. art. 8.*

Am-

Amplia primo ad eum,qui diceret: *Libidini satisfacerem si non essem Religiosus si non timerem Deum (intellige timore seruili) si non esset infernus, &c. Istæ enim conditiones non auferunt totam malitiam ab obiecto. Pellizz. ibid. quæst. 12, citans. Sanch. 1. lib. mor cap. 2. n. 24, 27. & 28. & fagund. lib 9. in decal. cap. 3. num. 10.*

Amplia secundo ad Religiosum, qui delectatur de copula coniugali aliàs habita in legitimo matrimonio. licet enim obiectum in se sit bonum: delectatio tamen non est bona, vtpote aduersans voto castitatis prohibentis omnem delectationem sensibilem veneream. *Vasq. 1. 2. disp. 112. n. 10. & Sanch. lib. 9. de matr. d. 44. num. 25.* Potest quidem gaudere de copula alias habita, tanquam de re præterita, cum hoc nō sit consentire in rem illicitam, sed approbare tantum actum præteritum. *Less lib. 4. c 3. num. 109.*

Amplia tertiò ad se iactantem de peccatis, aliàs contra castitatem cōmissis quia sic videtur talia peccata amplecti, & ratione illius praui affectus peccare peccato eiusdem speciei, cuius erant peccata illa, de quibus se iactabat. *Cast Pal. tr. 3. d. 2. p. 11. n. 5. Alphon. de Leon. de off. confess. recollect 12. num. 13. & Dian. p. 4. tr. 4. resol. 44.*

Limita si se iactaret de peccatis commissis, non quasi sibi complacens de illis, sed de ingenio, dexteritate, &c, dummodo abesset scandalum, ad quod tollendum necesse esset, vt displicentia, quæ esset in corde, exterius manifestaretur. *Cast. Pal. num. 3.*

14 Castitas corpore intacto non nunquam amittitur. *can nec solo. 32. quæst. 5.*

15 Pro castitate cõseruanda efficacissima sunt adhibenda remedia, de quibus. *Peyr. de subd. quæst. 3. cap. 2. per tot.*

16 Castitas seruari non dicitur, si attenditur delicatis, & lasciuis epulis *can. Ecclesiæ. dist. 35.*

Vide v. Votum.

CASVS RESERVATI.

1 VT casus reseruari possint debent esse peccata mortalia, & actus externi. *Suar. to. 4. de Relig. tract. 8. lib 2. cap. 18. num. 3. Lamans p. 1. met. c. 7. & Peyr de Præl. q. 3. cap. 2.*

2 Casus qui reseruari possunt decernũtur à Clem. VIII. in suo decr. de cas. reseru. anno 1593. *Vide. Lez. tom. 1. c. 18. num. 20. & Onuphrium. de integr. & Sacrament. cont. tract. 2. disp. 1. quæst. 1. concl. 2.*

3 Quamuis in dicto decr. Clem. VIII. præscribat numerum casum reseruabilium inter Regulares: non tamen propterea reuocat casus antiquos, aliàs per Constitutiones, & regulas particulares reseruatos. *Lezan. v. Cas. reser. n. 5. Contrarium tamen docet Peyr. to. 2. priuil. Minim. in Const. 10. Vrb. VIII. num. 12. & to. 2. de Præl. q. 3. cap. 2. num. 34. cum Beia. 3. p. cas. 16. & alijs.*

4 Capitula generalia, & prouincialia, matura discussione premissa, possũt reseruare in Religionibus alios casus graues, pro Religionis cõseruatione, & cõsciẽtię puritate. *Clẽ. VIII. in decr. cit. Suar. loc. cit. n. 15.*

5 Non solũ Generales, & prouinciales, sed etiam Prælati immediati, & locales possunt sibi casus reseruare.

uare *Suar.n.*14.*& Peyr.nu.*11.Nisi tamen secus cautum sit in constitutionibus Ordinum.

6 Licet reseruatio casuum non debeat fieri sine legitima causa. attamen, si sine ea fiat, est valida. *Suar. to.4.in.3.p.disp.29 sec.4.nu.*8 *Fagund.in 2.præcep.Eccl. lib.8.c.1.num.25.Coninch.disp.8.de Sacram.pœnit.dub. 11.n.78.& Filliuc.& Silu.* Contrarium sentiunt *Peyr. de Prel.quæst.3 cap.2.num 7.& Finel.de cas reseru cap. 4.num 4.Enriq.lib.6.cap.14.num.3.& Angel.v.Casus.* In decreto enim Clementis dicitur, quod Superiores sibi reseruent casus, prout prudenter subditorum vtilitati in Domino expedire iudicauerint.

7 Peccata non intelliguntur reseruata, nisi completa, & consumata fuerint, non verò quando Solum sunt attentata, nisi id in reseruatione expresse dicatur. Vbi enim pęna à iure imponitur pro delicto, nunquam est locus pænæ nisi delicto consumato. *Abb.in c.cum in cunctis.§ Clerici.num 2. Graff.1.p.decis. l. 1.c. 13.num.7. & Finel.loc.cit.cap.5.num.4.*

8 In dubio an casus sit reseruatus, præsumitur quod nō; Est enim reseruatio stricti iuris, quæ non extenditur vltra casum expressum *Portel. in dub. Regul. v.casus reseru.num.7.& Lezan.tom.3 eod.nu.*14.

9 Possunt Prælati Regulares reseruare sibi casus pro Nouitijs. *Peyr.de Præl.q 3.cap.1.§.7. vbi citat viuæ vocis oraculum Pauli V. Cordub. in quæst. Theol.q. 30.Cruz.de stat.Relig.lib.1.cap.6. dub.10.& Vecch. de Nouit.disp.9.dub.26.num.2.* Sic enim expedit pro recta Nouitiorum institutione.

10 Aliorum casuum censuras non posse Prælatos.

Regulares ſibi reſeruare eſt probabilius. *Sanch. 6. in decal.c.1.num 16.Eraſm.Chokier.trac.de iuriſdict. Ord. in exempt.p 4.quæſt.59.& Lezan.tom.1.c.18.num.21. vbi refert declarationem Sac.Cong 7 Iulij 1617.*

11 Licet Superioribus Regularibus determinare quibuſdã peccatis reſeruatis, ſicuti & non reſeruatis, quaſdam pœnitẽtias graues à Cõfeſſarijs imponẽdas *Clem.VIII.in decr. cit.Graff.caſ.reſeru.lib.3.c.10.n.31.*

12 Confeſſarijs in Conuentibus deſignatis abſolutio reſeruatorum debet comitti quando caſus occurrerit, in quo eam debere comitti ipſe in primis Confeſſarius iudicauerit. *Clem.VIII.ibid.*

13 Si huiuſmodi Confeſſarijs facultatem abſoluendi à reſeruatis Superior dare noluerit, poſſunt nihilominus illi pro vna vice tantum, pœnitentes abſoluere. *Clem.VIII.ibid.Nald.in Sum.v.caſus.reſeru.num.2.* facilis tamen ſit ſuperior in huiuſmodi facultate concedenda.

14 Non tenetur Prælatus etiam pro prima vice ſupradictam facultatem concedere, niſi Confeſſarius putetur idoneus pro illo munere exequendo *Suar.to. 4.in 3.p.diſp.30.ſec.4.Peyr.tom.1.priuil.in Conſt.2.Iul. II.§.24.num.59.& Lezan.tom.1.cap.19.num.37.*

15 Si pænitens pro ſecunda, aut tertia vice inciderit in reſeruatum, & Prælatus noluerit dare facultatem Confeſſario illum abſoluendi, niſi alia obſit cauſa, quam rubor, & verecundia, debet ipſe pænitens Prælato confiteri. *Lezan.ibid.*

16 Subdito habenti reſeruatum non tenetur Superior concedere facultatem, vt poſſit cõfiteri cuicumque

que voluerit. *Suar. to. 4 in 3. p. disp. 30. sec. 4. & Long. de cas. reseru. p. 1. sec. 1. art. 17. num* 10.

17 Delegati pro absolutione à reseruatis non intelliguntur habere facultatem absoluendi à censuris; Est enim reseruatio limitatio iurisdictionis, & respicit Confessarium; censura verò respicit vtrumque. Item, appellatione reseruatorum censuræ non veniunt. *Nauar. in Man c. 27. num. 261 Graff. decis. aur. lib. 1. cap. 13. num. 63. & Lezan. v. cas. reseru num. 25. Contrarium tenet Suar. tom. 5. de cens. disp. 7. sec. 4. num. 13. Portell. n* 4.

18 Si Prælatus, cui casus reseruatus est, longè distat, & vrget necessitas communicandi, vel celebrandi, tenetur pænitens cõfiteri peccata tam reseruata, quam non reseruata; in quo casu absoluitur à nòn reseruatis directè, indirectè à reseruatis; cum onere tamẽ procurandi absolutionem à reseruatis à Superiore. *Nald. in sum. v. bulla cænæ. Portell num. 22. Lezan. nu.* 24. Hoc ipsum dicitur de excommunicatione. *ibid.*

19 Si Religiosus adeat Superiorem, cui casus reseruatus est potest hic illius confessionem audire, & à reseruato, & alijsque non reseruatis absoluere. *Laym. lib. 5. tract. 6. c. 12. num.* 8. Non verò potest absoluere à reseruatis, & remittere ad alium Confessarium, vt à non reseruatis eum absoluat, quia hoc esset dimidiare confessionem. *Eminen. de Lugo de Sacram. pænit. disp. 20. sec. 6. Portell. v. cas. reseru. num. 21. & alij apud Lezan. eod.*

20 Si penitens oblitus inculpabiliter peccati reseruati, absolutus est à Superiore generaliter ab omnibus reseruatis, non manet amplius pecca-

tum oblitum reſeruatum *Lezan. ibidem.*

21 Validè item confeſſus, & oblitus reſeruati, poteſt a Confeſſario abſolui etiam, tranſacto termino præfixo. *Couaru. in cap. Alma mater de ſent excom. p. 1. §. 11. Vaſq. tom. 4. in 3. p. q. 91. art. 3. dub. 5. Portel. nu. 8. Long. de caſ. reſeru. p. 1 ſec. 1. art. 11. & Peyr. de Præl. quæſt. 3. cap. 2 num. 12.*

22 Si Religioſus commiſit peccatum reſeruatum in vno Conuentu, & ad alium tranſit, vbi tale peccatum non eſt reſeruatum, dum ibi moratur ceſſat reſeruatio, & à quocumque Confeſſario poteſt abſolui nam reſeruatio non reſpicit penitentem, ſed poteſtatem & iuriſdictionem Confeſſarij. *Suar. tom. 4. in 3. p. diſp. 30 ſec 1. num. 4. Portel. nu. 16. & Fagund. in 2. præcept. Eccleſ lib 8. cap. 8 num. 22.*

Amplia ad Religioſum euntem ad alium Conuentum, vt ſtatim regrediatur ad ſuum. *Med. in inſtruct. confeſſ. cap* 10. §. 3. Si maximè tranſitus eſt factus bona fide, & non ad illudendum reſeruationi. *Lez. v. caſ. reſeru. num.* 17. *& v. Confeſſarius num.* 19.

23 Facultas eligendi Confeſſarium virtute Iubilæi, qui à reſeruatis abſoluat, non ſuffragatur Regularibus *Nouar. in Lucern. Regul. v. Iubilæum.*

24 In generali conceſſione abſoluendi à reſeruatis non comprehenduntur caſus Bullæ Cænæ, niſi exprimantur: Nec in generali conceſſione caſuum Bullæ Cænæ comprehenditur caſus hæreſis, niſi pariter exprimatur. *Lezan. v. caſus reſeru. n.* 28.

25 Qui publicè caſum reſeruatum incurrit, nõ poteſt ab habente per delegationem caſus reſeruatos,

abſolui,

absolui, sed à Superiore per publicitatem enim, Fiscus in illum ius inacquisiuit. *Peyr. de Præl. q.3.c.2.§.1.n. 35.& Long.p.1.sect.2.art.4.*

26 Religiosus à Superiore habēs licentiam eligendi sibi Confessarium extra Ordinem, non potest ab hoc absolui à reseruatis *San. Iuan. q.9.art.1.dub.3.cit. in 2 p.sum. Dianæ, v. Præl. Regul. priuil. n* 45. In generali enim concessione non veniunt ea, quæ si specialiter peterentur, non essent concedenda.

27 Confessus bona fide, & intentione lucrandi Iubileum, & absolutus à reseruatis, si postea mutet voluntatem, & Iubilæum nō consequatur, eo quod non adimpleat requisita, adhuc manet a reseruatis absolutus. *Emin. de Lugo. de Sacram. pœnit. disp.20. sect.7.n.* 100, *Candid. tom.2. disq. Moral. disquisit.24.art.69.dub.* 45. *Nauar. lib.5. consil.19. de pœnit. edit.2. & Sanch. lib. 4. in decal. c.54. num.44.*

28 In articulo mortis quilibet simplex sacerdos potest à reseruatis absoluere. *Silu. v absolutio.1.n.10. Couar. in c Alma mater. p.1.§.11. num.8.*

Amplia etiam in præsentia proprij Sacerdotis habentis auctoritatem absoluēdi à reseruatis quia Concil. Trid. indistinctè loquitur *Finel. de cas. reseru. cap.8. num 3. Sà v. Absol. num.3. Vgol de potest. Epis. c.36.§.8. num.5 Barbos. in addit ad allegat.25.p.2. de potest Epis. Nauar. lib.5. cons de pœnit. cons. 23. num. 2 Reginal. in prax. lib.1. num.61. Long. de cas. reseru. p. 1. sect.2.a.16. num.6. & Peyr. de Præl. q.3.c.2.n.13.* Tunc enim cessat omnis reseruatio. Cumque hoc sit in fauorem pænitentis, non est cur per articulum mortis, articulum

neces-

necessitatis sacerdotis intelligamus. Contrarium tamen docent alij.

Reliqua in verbo Absolutio.

CENSVRA.

1 POtestas ferendi censuras competit Prælatis Regularibus, non solum de iure Ecclesiastico, sed etiam diuino, & naturali. *Sotus in 4. dist. 22. q. 2 art. 1. & Peyr. de Præl, quæst. 3. cap. 4. num. 3.*

2 Prælati Regulares, quando ferunt censuram per modum legis, statuti, aut præcepti, non requiritur aliqua præuia monitio, preter impositionem ipsius censuræ. *Suar. tom. 5. in 3. p. disp. 3. sect. 10. num. 15. Coninck. de cens. disp. 13. dub. 9. num. 77. Sayr. de cens. lib. 1. c. 12. n. 6. Angel. v. Excommunicatio. 2. §. 1. & Silu. eod. 1. num. 13.* Secus verò, si censura sit per sententiam; tunc enim ad monitionem præuiam tenentur. *Peyr. in formul. lit. C. c. 5. per tot.*

3 Prædicta monitio, non est necesse, quod fiat in scriptis, sed sufficit vt coram testibus. *Silu. loc cit. num. 12. & Peyr. num. 4.*

4 Non tenētur Prelati regulares proferre censuras in scriptis. *Rodriq. tom. 2. quæst. 59. art. 3. Auil. de cens. p. 2. cap. 5. disp. 1. dub. 8. & Tambur. de iur. Abb. tom. 2. disp. 14. quæst. 1. num. 2.*

5 Possunt Prælati Regulares, extra proprium territorium ferre censuras, cum habeant iurisdictionem in suos subditos vbicumque fuerint. *Silu. v. Excommunicatio. 2. num. 15. & Lezan tom. 1. cap. 4. num. 37.*

Ad

6 Ad censuram non debet procedi, nisi cum necesse sit, vt quia non paretur monitioni. *Clem. 1. de pœn.& remiss.*

7 Censuræ, & Ecclesiastica interdicta emanata à Sede Apostolica, vel ab Ordinarijs, publicari, & seruari debent à Regularibus in eorum Ecclesijs, *Trident. sess.25.de Regul.c.12.*

8 Si casus esset, quod in aliqua Religione Conuersi essent Prælati, sicut non sunt capaces iurisdictionis Ecclesiasticæ, sic neque possent ferre censuras, neque ab illis absoluere. *Lez.tom.2.cap.8.num.18.* Secus verò, si huiusmodi Prælati saltem essent Clerici in Minoribus, vel prima Tonsura constituti *ibid.*

9 Non possunt Confessarij Regulares, sub pretextu suorum priuilegiorum, absoluere à censuris Sedi Apostolicæ, & Episcopis reseruatis. *Sac. Cong. 17. Ianuar. 1617. Peyr.tom. 1.priuil. Minim.in const. 1.Iulij II. §.32.num.63 Barbos.de off.Paroch.c.19.num.vult.Quarant.in sum.bullar.v.cas.reseru.& Mirand.tom. 1. Man. quæst.46.art.2.*

10 Possunt Regulares, extra Sacramentum Penitentiæ, absoluere à censuris. *Dian.4.p.tract.4.resol.8.*

Reliqua in verbo Excommunicatio. Interdictum.

C E N S V S.

1 Impositio, seu venditio census pro solutione æris alieni prohibita est Regularibus, *Sac.Congr.apud Gauât.in Man.Episc.v.Alienatio n.40.*

2 Census non solum perpetui sed etiam vitalitij,

qui-

quibus annui Ecclesiæ redditus, vel pars aliqua eorum, cōstituto pretio, venditur, alienationis prohibitæ nomine comprehendi censetur. *Sac. Cong. de mandato Vrb VIII. 1624. quam refert Lezan. v. Alienatio. num. 4. & Laym. lib. 3. tract. 4. cap. 10. num. 2.*

3 Possunt tamen Regulares, sicut & alij Ecclesiastici emere, v. g. vineam, vel domum millè scutis impositis ad censum super ipsam vineam, vel domum. Sic enim Ecclesia non tàm alienat, quam acquirit bonum illud stabile tali onere affectum. *Lezan. nu. 5.*

4 Census, seu redditus annuos possunt retinere Religiosi particulares de licentia sui Prælati, & quidem non solum de iure antiquo, sed etiam post Concilium Trid. *Peyr. de subd. quæst 2. cap. 2. §. 1. vbi citat. Nauar. com. 2. de Regul. num. 15. & 18. & com. 1. num. 15. & lib. 3. consil. de stat. Monach cons. 14. num. 6. Sà. v. Religio num. 48 Sanch 7. in decal. c 22. num. 11. & Ledesm. de stat. Relig. in com. cap. 4. concl. 3. dub. 13. Vide infra v. Redditus.*

Reliqua in verbo Alienatio.

CESSATIO A DIVINIS.

1 CEssatio à Diuinis æquiparatur interdicto. *Bertach. v. Cessatio, vbi citat Clement. 1. de sent. excom.*

Limita tamen, quod non æquiparatur quoad incurrendam irregularitatem, si violetur. *ibid. & Bonac. de cens. disp. 6 punct. 1. num. 9.*

2 Religiosi non obseruantes cessationem generalem,

lem, subiacent excommunicationi. *Lezan. v. Cessatio à diuin. n 6. vbi citat. Clem.* 1. *de sent. excom. Silu. v. Cessatio. q. 5. & Suar. tom. 5. de cens. disp. 39. num. 36.*

CHORVS.

1 LAici non debent stare in Choro, vbi stant Religiosi. *Pius. V. in Bulla, quam citat Bariol. lit. L. Vide caput.* 1. *de vit. & honest. Cler.*

2 Vsus Chori non est de substantia Reliogionis, vt patet in Societ. Iesu. Neque est medium necessarium ad acquirendam perfectionem cum possit aliqua Religio habere finem accomodatum acquisitioni perfectionis, ad quem vsus Chori non sit medium proportionatum, imo impediat principales functiones quæ sunt in animarum salute procuranda. *Suar. tom.* 4. *de Relig. tr.* 10. *l.* 1. *cap.* 8. *num.* 7. *& Less. lib.* 2. *cap.* 41. *num.* 23.

3 In Ecclesia Regularium in qua est consuetudo recitandi officium in Choro, talis obligatio est sub mortali quo ad singulos de Conuentu in communi, sed non quo ad singulos in particulari. *Caiet. v. Horæ canonicæ.*

Limita nisi in Religione adsit aliquod preceptum, vel consuetudo in contrarium. *Pellizzar. in man. tract.* 5. *cap.* 8. *num.* 7.

4 Satisfaciunt Regulares seruitio Choro, si Diuinum officium recitent in Sacristia, ex iusta causa, dummodo illa, solum communi pariete ab ecclesia diuidatur, in quam pateat aditus per eandē portam;

Sic enim habet praxis tolerata à Prælatis, etiam in Ecclesijs collegiatis. *Bordon.resol.30.num.21.*

5 Regulares submissa voce recitantes in Choro Diuinum officium, non explent debitum Chori seruitium. *Sanch.l.7.conf.mor. c 2.d. 8, num.3. ex D. Th & Nauar. & Suar.tom.2.de Relig.l.4. de orat.c 12, num.8.* Nisi tamen iusta de causa, ab hoc excusentur pro aliqua vice.

6 Aliquem Religiosorum numerum in monasterio requiri puta trium, vel quatuor ad minimum, vt ad publicam in Choro officij recitationem, ipsi teneantur, docent DD. *Nald.in annot.pract.ad dist.5. c. non mediocriter, Bordon.resol.30, num.8. & alij.*

7 Nullus Religiosus à seruitio Chori est immunis prætextu cuiuscunque priuilegij, vel superioritatis, etiam Generalatus, nisi pro tempore, quo quis in proprij officij munere actu fuerit occupatus. *Clemens VIII.in decret.pro reform.Regul.& Vrb.VIII.tom.4. bullar n.26.inter.Constitut.huius Pont.*

CITATIO.

1 IN quocunque iudicio regulari necessaria est citatio partis, cum sit principium, & fundamentum ordinis iudiciarij. *gloss. nō conuenti in cap.Ecclesia.de constitut. Immò est de iure diuino, can. pen. in prior.2. quæst.1.* Quod verum est etiam in causa appellationis. *c. Ecclesia cit.* Et in causis summarijs. *Clem.sæpè.§ 1.& ibi Cardin.de verb.signif. & Barbos. num. 32.* Alias omissio citationis inducit nullitatem senten-

tiæ

tiæ ipſo iure *Vant. de nullit. ex defect. cit. num.* 10. *&* *Ricc. collect. dec.* 1470.

2 Benè quidem prætermitti poſſunt citationum interualla,& dilationes,quia sũt apices iuris,ad quas Regulares non tenentur, iuxta indultum Bonifacij VIII. *Spath de mo. cor. Reg. tract. 9. cap.* 1.

3 Citatio partis non requiritur in notorijs. *cap. venerabilem verſic. ſunt enim. iunct. verſ. in prior. ibi cum citata. de elect. Vide tamen Peyr. in formul. lit. C. cap.* 10. *num.* 2. *&* *Barbos. in c. cum olim. n* 3. *de ſent & re iudic.*

4 In citatione oportet,quod exprimatur perſona citans,& quæ citatur,& ad cuius petitionem citatur. *c. cum bonæ. de ætate, & qualit.* Itẽ cauſa propter,quam citatur. *c. contumacia. de Hæret. lib* 6.

5 Sufficit verò vt in ea exprimatur delictum in genere nec requiritur ſpecificacio loci, & temporis, vel ſpeciei delicti. *ibid.*

6 Citatio quandoquè fit per litteras, & ſic creditur litteris Iudicis. *can.* 1. 4. *q.* 5. Quod maxime verum eſt apud Regulares. *Peyr. loc. cit. num.* 5.

7 Citatio non arctat citatum,niſi à die receptæ citationis;Ipſi verò dies receptæ citationis non computantur inter dies aſſignatos in citatione. *can.* 1. *cit.*

8 Non valet citatio, ſi non aſſignetur terminus competens citatio ad comparendum, ſicut enim citatio eſt de iure naturæ:ita etiam competens tempus ad reſpondendum. *can.* 1. 5 *q.* 2. *Portell. v. Citatio. n.* 37. Idem dicitur,ſi quis citetur ad locum ſibi non tutum. *c. ex parte. de appell.*

9 In Citatione facienda in cauſa criminali non eſt

ne-

necesse quod inseratur tenor libelli 41. *c.licet.de accus.*

10 Citatio dicitur legitima, si sit trina, vel vnica peremptoria. *Bertab.v.Citatio.vbi citat Card. in Clem. 2. §.notorium.de re iud. Vide gl. 1 in c.ex litteris de constit.*

11 Citatio non presumitur nisi probetur. *gl. & Abb. in c.bonæ 1. de elect.*

Fallit in eo, qui comparuit, vel Procuratorem misit. *ibid.*

12 Contra citatum à iure procedi potest tanquam contra contumacem, si non compareat *cap. 1. §.quod si de appellat. lib. 6.* Nūquam tamen habetur pro contumaci & confesso, nisi illi terminus peremptorius assignetur cū cōminatione delicti confessi *Peyr. n. 5. cit.*

13 Citatus non tenetur personaliter comparere, nisi citatio fuerit personalis. *c.cū causā de iurā. calumn.*

Vide v. sententia.

CLAVSTRVM.

1 Claustrum quibusdam est sicut aqua piscibus, alijs verò carcer. *gl. Suaui. in Clem ne in agro. §.quia. De stat. Monach.*

2 Claustri abusiones quibus tota Religionis massa corrumpitur sunt duodecim, scilicet: Prælatus negligens, Discipulus inobediens, Iuuenis otiosus, Senex obstinatus, Monachus curialis, Monachus causidicus, Habitus pretiosus, Cibus exquisitus, Rumor in Claustro, Lis in Capitulo, Dissolutio in Choro, Irreuerentia circa Altare. *ibidem.*

3 Regularis extra claustra degens conueniri debet

bet coram Ordinario, in causis, quas assignat Concil. Trident. sess. 7. c. 4. *Rodriq. tom. 1. q. 65. art. 13. §. secundò est notandum. & Barbos. de off. & potest. Epis. alleg. 106. num. 43.*

4 Quod si extra claustra delinquat puniendus est iuxta modum præscriptum ab eodem *Trident. sess. 25. cap. 14.*

5 Regulares extra claustra, & obedientiam viuentes, ab Episcopis non permittantur prædicare. *Trident. sess. 5. cap. 4.*

6 Non nisi ex grauissima causa, à Sede Apostolica approbanda, possunt Prælati Regulares concedere suis Religiosis licentiam commorandi extra claustra pro obsequio, seu seruitio Personarum extra Religionem viuentium. *Clem. VIII. in decr. pro refor. Regul. confirmatis ab Vrb. VIII. Barth. à S. Fausto in thes. Relig. lib. 6. q. 162. & Lez. to. 5. fol. mihi 71. & 72.*

Reliqua in verbo Episcopus. Monasterium. Ordinarius.

CLAVSVRA.

1 Religiosi omnes, quicumque illi sint, obligantur ad habēdum aliquod genus clausuræ in claustris, & Monasterijs suorum Ordinum. *c. placuit. il 2. 16. quæst. 1.*

2 Prælati Regulares non possunt inducere clausuram perpetuam. *Lezan. v. clausura. num. 2.*

3 Terminus clausuræ Religiosorum comprehendit totum circuitum Monasterij, includendo etiam in illo viridaria, hortos, & alia loca illi adnexa, quæ mu-

ris Monasterij, seu septis cinguntur, ita vt mulieres in illa ingredi nequeant, quin excommunicationem incurrant. *Sac. Cong. 13. Septemb. 1583. Vicario Laudæ. Sorb in comp. priuil. Mend v. Clausura. Nauar cons. 66. de Regul. Peyr de Præl. quæst. 3. cap. 2. §. 1. num. 39. Nouar. in lucer v. Clausura. num. 2.*

4 Monasterium, in quo nondum positus est Religiosorum Conuentus, sed tantum aliqui Religiosi deputati fabricæ, non est obligatum clausuræ. *Gauant. in man. v. Regul. vir. Monast. num. 10. Quarant. in sum. bull. v. Monast.*

5 Designare terminos clausuræ, extra quos non possint, sine licentia exire Religiosi, pertinet ad ipsorum Prælatos. *Nald. in sum. v. Claus. num 1.*

6 Religiosus è Monasterio, sine licentia sui Superioris egrediens, grauiter peccat, & sæpè etiam mortaliter, nisi paruitas materiæ excuset. *Lezan. to. 1. cap. 16. num. 2.*

7 Egressio nocturna furtiua è Monasterio, est casus reseruabilis a Superioribus Regularibus. *Clem. VIII. in decret. de cas. reseruat. Suar. tom. 4. de Relig. trac 8. lib. 1. c. 6. num. 7.*

8 Ad egrediendum è Monasterio sufficit aliquando licentia implicita, & interpretatiua. *Suar. ib. n. 11.*

9 Licentiæ generales exeundi è Monasterio nulli debent concedi. *Clem VIII. in decr pro reform. Regul.*

10 Religiosi non possunt admittere intra eorum clausuram fæminas cuiuscumque status est conditionis existant. *Confet. in priuil. Ord. Mend. fol. 147. Azor. to. 1. instit. lib. 13. c. 8. & Nauar. in sum c. 27. nu. 105.*

Limita

Limita primò quod ad puellas paruulas *Rodriq. in excom.mot.propr.Pij V.num.12.Sanch. lib. 6. in decal.cap. 17.num.4.*

Limita secundo quo ad Imperatrices, aut Reginas, saltem quando intrant Monasteria non occultè, sed magno comitatu, & bono fine. *Rodriq.to. 1. quæst. Regul.q.48.art.1.& Sanch. loc.cit.num. 5.* vbi ampliat etiam ad filias Imperatricum, & Reginarum.

Limita tertiò si Monachus graui morbo laboret, & infirmitas per solam fæminam curari possit: Monachus verò non possit extrahi foras. *Rodriq. quæst. 46.art.7.& Sanch nu.30.*

Limita demùm pro eo tempore, pro quo in Claustris Religiosorum, missæ, & alia diuina officia celebrantur, processiones fiunt, vel cadauera fidelium ibi sepeliuntur. *Leza tom.1.c.10.num.12.*

11 Pœnæ, quas Religiosi incurrunt admittentes fœminas in sua Monasteria, sunt, Priuatio officiorum, quæ tunc obtinet, & inhabilitas in posterum ad illa, & alia omnia, & Suspensio à diuinis ipso facto, sine alia declaratione. *Pius V in suo Motu propr.cit.Greg. XIII.addidit excommunicationem Pontifici reseruatam. Rodriq tom.1.q.48.art.1.& Sanch.num.33.* à qua tamen absolui possunt Religiosi per bullam cruciatæ. *Merol.tom-1.disp.1.cap.2. diff.10.num.527.* Quantum verò spectat ad priuationem officiorum, in hac dispensare possunt Generales, & Prouinciales. *Rodriq.ibid.art.7.*

12 Sacristiæ, ad quas non est aditus per claustra Monasterij, sed per Ecclesiam, non sunt subiectæ

clausuræ. *Bonac. de claus. quæst. 5. punct. 1.*

13 Si de claustrorum finibus, est dubitatio, per loci Ordinarium, & Superiores Regularium, explicetur. *Gauant. in Manual. v. Regul. Monast num. 12.*

Reliqua in verbo Monasterium.

CLERICVS.

1 Clerici nomine veniunt in fauorabilibus Regulares vtriusque sexus, etiam Nouitij. *Silu. v. Clericus, & Bonac. de leg. disp. 10. quæst. 2 punct. 1. §. 2.*

Amplia etiam quo ad odiosa aliquando; Vnde suspensio lata generaliter in Clericos, si sit ab habente auctoritatem supra Regulares, hos etiam comprehendit. *Suar. tom. 5. in 3. p. disp. 28. sec. 2. num. 8. & 9. & Cornex. tom. 2. in 3. p. tract. 5. de suspens. disp 3. dub. 1.*

2 Clericorum appellatione non comprehenduntur Monachi, & è conuerso *cap. 1. de iuram. calumn. can. accusatoribus. 3. q. 5. & c. 1. ne Clerici, vel Monachi.*

3 Clerici seculares non possunt beneficiari in Monasterio, saltem vt faciant vnum Collegium cum Monachis. *c. ea quę. §. præcipimus. de stat. Monach.*

Reliqua in verbo Percussio.

CLERICI REGVLARES.

1 Non comprehenduntur nomine Monachorum saltem, quo ad pœnalia, & odiosa. *Lezan. tom. 2. c. 4 num. 4. vbi citat. can 6. 16. quæst. 1.*

Idem

Idem dicitur de nomine Fratrum. *Suar. to. 4. de Relig. trac. 9. lib* 1 *c. 7. num.* 10.

2 Benè quidem veniunt nomine Religiosorum, & Regularium, cum verè tales sint. *Lezan. ibid.*

3 Præter tria vota substantialia Religionis obligantur quidam illorum ad specialia quædam vota, quæ emittunt. *Suar. loc. cit. tract.* 10. *lib. 6. cap* 4. *num.* 4. *Sanch 6. in decal. c.* 18. *n.* 1. *Ludou Lopez p. p. instruct. c.* 56. *Rodriq. tom.* 2. *sum. c. 9. n.* 5. *& to.* 1. *q. q. Regul. q.* 19. *art.* 7. *& nouissimè Pellizzar. in man. Regul. tract.* 4. *cap.* 5. *per plures sect.*

COLONVS.

1 COlonus Religiosorum non tenetur soluere decimas pro eius parte colonica. Priuilegia, enim exemptionis sunt realia, non personalia. *Tambur. de iur. Abb. tom.* 1. *disp.* 15. *quæst.* 21. *num.* 9. *Dian.* 3. *p. trac.* 1. *resol.* 23. *& Leza. v. Gabella n.* 14. *vbi id probat ex const Sum. Pont & declar Sac. Cong.*

COMMISSARIVS.

1 SI Commissarij tales sunt per electionem vel constitutiones Ordinum, habent auctoritatem ordinariam, ideoque alios possunt subdelegare. *Lezan. tom.* 2. *c.* 13. *num.* 16. Nec eorum auctoritas expirat morte Generalis. *Rodriq. tom.* 1. *q. q. Regul. q.* 9. *art.* 1. *& Portell. in. dub. Regul. v. Generalis.* Secus verò si habent auctoritatem tantum delegatam. *ibid.*

2 Prælati omnes, iurisdictionem ordinariam habentes, vt Generales, Prouinciales, Priores, Guardiani, &c. possunt Commissarios instituere. *Leza. v. Commiss. num.* 7. Qui licet, stricto modo, Prælati dici nequeant, aliquo tamen modo tales dicuntur. *Abb. in cap. decernimus, de iudic. num.* 16. *& cap. tua nos. de Cleric. ægrot. num.* 2.

COMMVNICARE:

Vide v. Eucharistia.

COMMVNICATIO PRIVILEGIORVM.

1 PRiuilegio communicunicationis, seu participatione priuilegiorum aliarum Religionum, gaudent Mendicantes, ita vt concessa vni Religioni, etiam alijs sint communia. *Rodriq. tom.* 1. *q. q. Regul. q.* 55. *art.* 1. *Confet. in sum. priuil. maris magni. c.* 5. *Mirand. in man. to.* 2. *quæst.* 46. *per tot. & Lezan. tom.* 1. *cap.* 3. *num.* 17. *& tom.* 2. *cap.* 1. *nu.* 52. *vbi refert priuilegia Sum. Pont.*

2 Communicatio hæc intelligitur etiam de priuilegijs concedendis alijs Religionibus, pro tempore futuris. *Mirand. ibid. art.* 5.

3 In communicatione priuilegiorum non tam vsus, quam ius vtendi, debet attendi; ita vt Religiones gaudentes communicatione, possint vti priuilegio concesso alteri Religioni, quo tamen ipsa propter aliquam causam non vtitur *Silu. v. priuil. quæst.* 21.

Si

4 Si priuilegium repugnat obſeruantiæ alterius Ordinis,non poteſt ab eo participari. *Rodriq. art.22. & Portell.in dub.Regul.v.commun.priuil.num.8.*

5 Per communicationem fiunt priuilegia ita propria Religionis cui communicãtur,ac tam independentia ab alia, ac ſi ipſi eſſent ſpecialiter conceſſa. *Portel..n.24.Cordub. in annot. ad priuil. mend.v. Commun.priuil.§.tandem. & Lezan.tom. 2. cap.1. num.54.*

6 Non communicantur alijs priuilegia particularibus Religioſis,vt perſonis priuatis, indulta. *Rodriq.tom.1.quæſt.55.art. 18. Mirand.tom.2.quæſt.46. art.1.Io: à Cruce de ſtat.Relig lib.2.cap.4 dub. vnic.& Portell.num.21.*

7 Communicantur verò alijs priuilegia conceſſa vni ratione officij,ſi in illis procedit eadem,vel ſimilis ratio,puta Generalatus,Prouincialatus,&c.*Lezan.n. 53.& Portell. num 21.quia ſunt conceſſa,non perſonæ, ſed officio.*

8 Communicatur vni domui, vel Conuentui alicuius Religionis, priuilegium conceſſum etiam alijs domibus eiuſdem Religionis. *Rodriq.art.9.& 18. & Portell.num.6.& v.priuil.num.20.*

Limita tamen, ſi in alijs Conuentibus, ſeu domibus,non militat eadem,vel ſimilis,ſeu æquiualens ratio, propter quam Pontifex priuilegium conceſſit. *Lezan.num.53.*

9 Communicatio priuilegiorum Mendicantium intelligitur reſpectiuè ad Religionem,cui communicatur,ita vt quæ conceduntur pro Generalibus, Prouincialibus,&c. intelligantur communicata illis, qui,

& si non eodem nomine, eodem tamen munere funguntur. Sic etiam Priuilegia concessa pro festiuitatibus Sanctorum vnius Ordinis, censentur etiam concessa pro festiuitatibus Sanctorum alterius Ordinis. *Casarub. in Comp. priuil. Mend. v. Festiuitas. num.* 14. *Rodriq. art.* 10. *& Lez. num.* 55.

10 Communicatur Superiori priuilegium Prælato inferiori concessum. *Suar. tom.* 4. *de Relig tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 2. *& Lezan. tom.* 1. *cap.* 18. *num.* 3.

11 Priuilegia Ordinum non Mendicantium communicatur etiam Mendicantibus. *Mirand. tom.* 2. *quæst.* 45 *art.* 3. *& Lezan. tom.* 2. *cap.* 1. *num.* 61. *vbi refert. priuil. Pontif.*

12 Priuilegia Mēdicantiū extendūtur ad alios Regulares nō mēdicātes. *Pius V. anno* 1567. 16. *Augusti.*

Reliqua in verbo Exemptio. exemptus. Priuilegium.

COMMVNITAS.

1 COmmunitas Ecclesiæ non facit quin Prælatus possit exercere pontificalia in eadem Ecclesia, si aliundè ea exercendi, ius habet. *Tambur. tom.* 1. *disp.* 21. *q.* 2. *num.* 10.

2 Quod communitati datur, nemini datur, nec est singulorum. *c. Episcopus. §. qui manumittitur.* 12. *quæst.* 2. *Sanch. tom.* 2. *in præcept. decal lib.* 7. *c.* 2. *num.* 55.

3 Communitas dicitur mater discordiæ. *can. illud & ibi gl.* 1. *dist.* 70 *gl Religio. in c.* 1. *ne Sede vacante. gl. in mutuam in can. nullus.* 17. *q.* 4.

4 Communitas tenetur legibus à se latis. *Azor. tom.*

tom.1.institut.lib.5.cap.11. Hoc ipsum dicitur de Præfecto Communitatis. *ibid.*

5 Commune, quod est omnibus, vt singulis, ab omnibus debet approbari. Commune, quod est omnibus, vt Collegio, sufficit quod approbetur à maiori parte. *reg. quod omnes. 29. & ibi gl. 1. de regul. iur. in 6. vide v. Capitulum, num. 26.*

COMMVTATIO.

1 Commutare possunt Prælati Regulares vota omnia simplicia suorum subditorum. *Mirand. tom. 2. man. q. 32. art. 3 Molfes. tom. 1. sum. tract. 11. c. 15. num. 199 Ledesm. tom. 2. sum. tract. 10. c. 8. Sanch. 4. in decal c. 49. num. 28. Reginal. in prax. lib. 18. n. 351. & Less lib. 2. de iust c. 4. dub. 11, num. 94.*

Reliqua in verbo Votum.

COMPROMISSVM.

1 Capituli maior pars nō potest facere compromissum, si aliquis discordet. *Bertach. v. Capitulum sub num. 70. vbi adducit cap. Quia propter. de lect. reg. quod omnes. 29 & ibi glos. 1. de regul. iur. in 6.*

Reliq. in v. Capitulum. Communitas.

CONCIONATOR.

1 Regulares, Concionatoris munus exercentes absque Superiorum suorum licentia, non

non solum peccant mortaliter, sed excommunicationi etiam sunt obnoxij. *Lezan tom. 1. c. 20. n. 1. Peyr. de subd. q 1. c. 22. §. vlt. Zerol. in prax. v. Prædicatio. n. 2. p 1 & Reginald. in prax. lib. 18. num. 119 Vide Trident. sess 5. cap. 2.*

2 Prælati qui subditos non examinatos de vita, moribus, & scientia, aut non idoneos repertos, permittunt prædicare, mortaliter peccant. *Peyr. ibid. & Lezan ibid vbi citat decreta Clem VIII. & Vrb. VIII.*

3 Regulares, dũmodò prima tonsura sint insigniti, si aliàs sint a Superioribus approbati, possunt vbique prædicare. *Cherub. tom. 2. bull. in Const. 95. Greg. XIII. Campan. in decis. iur. rubr. 12. c. 13. num. 12. Leza. v. Concionator num. 5. vbi adducit plura priuilegia Pontificum.*

4 In concionibus ad populum vti debent Euangelijs, & Epistolis, quę leguntur à Clero secularis eius Ecclesiæ, vbi degunt. *Sacr. congr. Conc apud Quarant. in summ. bull. v Priuileg. Regul.*

5 Semel præsentati, & approbati ab Episcopis, non possunt ab eisdem iterum compelli, vt præsententur: bene tamen à successoribus. *Mirand. in man. to. 1. q. 50. a. 9. Sorb. in annot. ad comp. v. Prædicatores, & Sà. v. Prædicare.*

6 Ad prædicandum extra suas Ecclesias, præter examen, & licentiam suorum Superiorum, requirunt etiam licentiam Episcopi. Vt verò in suis Ecclesijs prędicare pòssint, sufficit Episcopi benedictio petita, licet negata. *Mirand. art. 2 Peyr loc. cit. Gauant. in man. v. Concio sacr. n. 6. 1. & seqq. & Rodr to. 3. q. 32. a. 1.*

Re-

7 Regulares, qui absque Episcopi licentia prædicauerint in Ecclesijs, quæ non sunt suorum Ordinum, non debent ab Episcopo, sed á suis Superioribus puniri. *Sac. Congr. anno* 1602. *Flau. Cherub in comp. bull. tom. 2 in bull. 41 Pij V. Gregorius tamen XV. decreuit anno. 1622. vt possint etiam puniri ab Episcopo.*

8 Possunt Religiosi prædicare in locis publicis, seu vijs, & plateis. *Suar. tom. 4. de Relig. lib. 9. c. 1 à num. 25.* Etquidem, etiam sine licentia Episcoporum, dummodo Episcopi non contradicant. *Rodriq. tom. 3. q. q. Regul. q. 32. art. 5. Mirand. tom. 1. quæst. 30. art. 4. & Lezan. tom. 1. cap. 20. num. 5.*

9 Potest Parochus, bis, vel ter, dare licentiam Regulari docto, graui, & noto, licet ab Episcopo non approbato, vt prædicet in sua Parochia. *Enriq. lib. 7. de Indulg. cap. 28. num. 8. Rodriq. art. 1. Nauar. in sum. c. 25. & Dian. 4. p. trac. 4. resol. 22.*

10 Potest etiam Regularis semel admissus ab Episcopo in Conciocinatorem, cum iter, terra, aut mari agit, vbique, non contradicentibus Parochis, prædicare. *Peyr. loc. cit.*

11 Regulares prædicare possunt in suis Ecclesijs tempore Aduentus, Quadragesimæ, & infra annum, quando prædicatur in Ecclesia parochiali, petita tamen benedictione ab Episcopo *Sac. Cong 2. Iulij 1620. Archiep Bonon.*

12 Non possunt impediri, quo minus prædicent eadem hora, qua prædicat Episcopus. *Suar. loc. cit. n. 30. & Lezan n 6. vbi aduertit videndam esse quamdam declarationem Sacræ Cong. de qua Gauant. n. 5.* Possunt

quidem prohiberi, ne concionentur certo die, vt totus populus conueniat ad Cathedralem. *Sac. Cong. Episc.* 17.*Nouemb.* 1592.*& Gauant n.*51.

13 Non debent commendare pauperes in proprijs Ecclesijs, sine licentia Episcopi, Monastérijs eorum exceptis, & compelli possunt ad obediendū. *Sac. Cōg. 8. Maij 1602. Episc. Sauonę apud Bariol. v. Prędicatores.*

14 Debent in concionibus abstinere à quæstionibus difficilioribus, & subtilioribus, & quæ ad ædificationem non faciunt, & ex quibus nulla fit pietatis accessio. *Trident. in decr. de Purg. sess.* 25.

15 Proponentes in suis concionibus falsas propositiones, & scandalosas, Inquisitorum iurisdictioni summittuntur *Extrau. in Apostolici. Pauli III.* Et ab Episcopis interdicuntur quo ad officium prædicandi. *Quarant. in sum. bull. v. Exemptio, & Lezan. tom. 1. cap* 10 *num.* 9.

16 Si Episcopi exigant à Concionatoribus, vt fidei professionem faciant, eam facere tenentur *Sorb. in comp. v. profess fid. Portell. in dub. Regul. eod. & Rodriq. tom 2. quæst.* 2. *art.* 1.

17 Concionatores Regulares possunt iustè accipere mercedem pro concionibus. *Sot. 9. de iust q. 6. a. 2. & Gauant. in man. v. conc sac. num.* 56.

18 Non possunt publicare indulgentias non publicatas per Ordinarios locorum. *Trid. sess 21. c. 9.*

19 Audientes conciones Fratrum Minorum, & consequenter aliorum Mendicantium cum illis communicationem priuilegiorum habentium, lucrantur indulgentias quindecim annorum ex Greg. IX. centum

tum dierum, ex Alexandum. IV. centum triginta, & octo annorum, & ducentorum & duorum dierum pro ferijs 2. 4. & 6. Quadragesimæ, ex eod. Alex. IV. & aliorum Sum. Pont. priuileg. *Lez. v. Concionator. n. 14.*

20 Audientes etiam sermones annuales in Ecclesijs Fratrum Prædicatorum, & sic aliorum Mendicantium habentium prædictam communicationem, lucrantur indulgentias centum dierum ex Honor. III. Bonifac. VIII. Alex. IV. Greg IX. Innoc. IV. Vrb. V. & Alex V. ac ducentorum dierum ex Benedict XI. *Casarub. in comp. priuil. Mend. v. indulg. quas lucr. audien. ver. Dei.*

21 Prædicantes, vel sermocinantes in Ecclesijs, seu Monasterijs Ordinis nostri D. Hieronymi, possunt dies centum indulgentiæ audientibus concedere. *Mart. V. in cap. 53. & Sixtus IV. in cap. 120 nostrorum priuilegiorum.*

22 Pro modernis Concionatoribus vide *c. ego solis. dist. 9.* contra adulterantes verbum Dei, & corrumpentes sentẽtias. S.S. P.P. vel eos male interpretãtes.

CONFESSARIVS.

1 OMnia, & singula priuilegia quibusuis Religionibus, & Societatibus concessa audiendi confessiones secularium, absque præuio examine Ordinarij, hodiè vacant. *Vrb. VIII. in bulla edita 1628 quæ habetur tom. 4. bullar. Bonac. de Sacram. pænit. disp 5. q. 7. punct. 4. §. 1. num. 12. & Lezan. tom. 1. c. 19. num. 2.* Quod verum est, non solum de Lectoribus,

&

& Magiſtris Sac. Theologiæ, ſed etiam de Prælatis Regularibus *Lezan. num. 6*

2 Sacerdos Regularis confeſſiones audiens, abſq; Ordinarij facultate, committit crimen depoſitione dignum. *c. placuit de pænit. diſt. 6. vbi Nauar. & Rodriq. tom 2. quæſt 37. art. 1.*

3 Confeſſarius Regularis, ſemel ab Ordinario liberè approbatus, non poteſt ab audiendis confeſſionibus, ab eodem ſuſpendi, niſi ex noua cauſa, eaque ad confeſſiones pertinente, vel ob non ſeruatum interdictum, ab eodem Ordinario poſitum *Lezan. nu. 9.* 9 Non enim poteſt talis Confeſſarius priuari iure acquiſito, cum ab Epiſcopo non habeat niſi approbationem, à Papa verò licentiam audiendi confeſſiones. *Peyr. tom. 1. priuil. in conſt. 2. Sixti IV. num. 44. & in addit. cap. 2. num. 2. & colligitur ex Trid. ſeſſ. 23. de reform. cap. 15.*

4 Non poſſunt omnes Confeſſarij vnius Conuentus, ſimul, ab Ordinarijs priuari facultate audiendi confeſſiones. *Sac. Cong. 20. Nouemb. 1615. Peyr. tom. 1. priuil. Minim. in conſt. 2. Sixti IV. §. 2. n 45.*

5 Si Epiſcopus, abſquè legitima cauſa, ſeu ex odio & mala voluntate, nolit dare licentiam Regularibus ſibi præſentatis, audiendi confeſſiones, poſſunt hi nihilominus, ſecularium confeſſiones audire *Nauar. in man. c. 27. num. 264. Mirand. in man tom. 1. q. 45. art. 6. Lezin tom. 1. c. 19. n. 3. & Dian. 4. p. trac. 4. reſol. 24. & 5. p trac. 13. reſol. 45.*

6 Approbatio confeſſariorum Regularium poteſt ab Ordinarijs, iuſta de cauſa, reſtringi, & limitari

ad certum tempus,locum,& personas. *Suar tom.* 4. *in 3.p disp.*28.*sect.*7.*dub.*6.*Nauar.in man.c.*4.*n.*4.Si verò causa talis restrictionis non sit legitima, nihil valet. *Mirand.a.*10.*vbi adducit declarationem Sac. Cong.*

7 Approbatio Confessariorum Regularium non expirat per mortem concedentis. *Nauar. in c.placuit. de pœnit.dub* 6.*num.*161 *& Suar.lib.*8.*de leg.c.* 32.*num.* 9.*& tom.*4. *in* 3.*p.disp.*26.*sec.*3.*num.*9.

Fallit si sit concessa ad beneplacitum. *c. gratiosè de rescript. in* 6.

8 Huiusmodi approbatio, non est necesse, quod detur in scriptis.*Bonac.de Sacram pœnit.disp.*5.*quæst* 7. *punct.*4.§.1.*num.*32.*& Lezan.n.*10.

9 Nomine Confessoris approbati ab Ordinario, de quo mentio est in bullis,& Iubilæis, respectu secularium,intelligitur,ille, qui approbatus est ab Ordinario loci,seu diæcesis,vbi administranda est confessio.*Sac.Cong.Archiep.Valent.Leza.num* 19. *& Bonac. n.*21.Respectu verò Regularium, intelligitur ille,qui approbatus est à Superiore suo Regulari. *Vincent. Filluc.tom.*1 *trac.*8.*cap.*10.

10 Regularis approbatus ab Ordinario pro viris tantum,potest eligi à feminis,virtute Iubilæi, vel bullæ.*Enriq.lib.*6.*de pœnit c.*6.*num.*8.*& lib.*7.*c.*12.*Bonac. num.*22.*& Dian.tract.*2.*de dub Regul.resol.*93.*& tract. de bull.cruc.resol.*9.Imò posse etiam extra Iubilæum, docent plures DD.Cum illa differentia sexus sit tantum de honestate.

11 Si Regulares approbati ab Episcopis ad audiēdas confessiones secularium,eas audiant contra suo-

urm

rum Superiorum voluntatem, peccant. *Nauar. in c.1. de pœnit disp.6.num.* 73. Validè tamen absoluunt. *Lezan.num.*12. In quo casu tamen non possunt vti facultatibus, quæ ipsis competunt ex vi priuilegiorum suorum Ordinum. *Suar.to.4.de Relig.tract.* 10 *lib.9.c.2.n* 3. *Rodr.to.1.q.60.a.3.& Dian.p.1.trac.11.resol.*13.

12 Quod Regulares approbati ab Episcopis ad audiendas confessiones secularium, possint à suis Superioribus rationabili de causa reprobari, suspendi, & arctari, docent. *Sot.in* 4 *dist.*18 *qu.*4.*art.* 3. *Graff. tom.* 1.*lib.*5.*de pænit.& remiss.conf.*4.*nu.*18.*Palud. in* 4.*dist.*18.*quæst.*4.*art.*3.*concl.*10.

13 Confessarij Regulares, si sint publicè excommunicati, vel suspensi per sententiam, vel notorietatem facti, nec licitè, nec validè absoluunt. *Lezan.num.*13. Secus verò si censuræ sint occultæ *ibid.*

14 Presentatio Confessariorum Regularium facta in vno Episcopatu, non sufficit pro alijs Episcopatibus *Collect.priuil.Mend. in suo comp. v. absol. quoad sæcul. Suar.tom.*4.*ad* 3.*p.disp.* 28.*sect.*7. *& Lezan. tom.*1. *cap.*19.*num.*4.*vbi adducit Concil.Trid.*

15 Approbatus ab vno Episcopo, potest à successore iterum examinari, & approbari, vel reprobari, non tamen ab eodem. *Lezan. num.* 7. *vbi adducit Extrauag.Pij V.& declarationem.Sac.Cong.*

16 Regularis iussus à Superiore, vt audiat confessiones, si omninò certus est de sua insufficientia, tenetur non obedire, & si obedit peccat mortaliter. *Silu. v. Confessor. num.* 3. *Nauar. in sum. cap.*4.*num.*9. *& Suar. in* 3 *p. tom.* 4. *disp.* 28.*sec.*2. *num.*7.

Con-

17 Confessarij Regulares, quicumque sint, non possunt in domibus laicorum confessiones, nisi ex causa grauis infirmitatis, audire. In quo casu statim Parochum admonere tenentur, & fidem auditæ confessionis, pro medico adueniente, relinquere. *Lezan. tom. 1. c. 19. n. 31. & 32. & Quarant. in sum. bull. v. Priu. Regul.*

18 Confessarij Regulares ab Episcopo non approbati possunt audire confessiones sæcularium, qui sunt commensales, & verè de familia sui Conuentus, non autem eorum, qui deseruiunt tantum. *Bariol. lit. C. vbi adducit. Sacram Cong. Conc.*

19 Approbatus ab Ordinario, potest huius subditorum confessiones audire etiam extrà propriam diæcesim, quia actus voluntariæ iurisdictionis vbique possunt exerceri in suos subditos. *Sanch. de Matrim. tom. 1. lib. 3. disp. 34. Rodr. tom. 1. quæst. 60. artic. 5. Sà v. Confessio. Silu. eod. Nauar. cons. 20. de temp. ord. Peyr. de subd. quæst. 1. cap. 21. § 2.*

Limita nisi extra diœcesim domicilium sumpserint. *Peyr. ibid. & Lezan. num. 5.*

20 Contra dicentes, confessos Regularibus ab Episcopo approbatis, teneri iterum eadem peccata Parocho confiteri, vt adimpleant præceptum Innocentij III. in *c. omnis vtriusque sexus* procedere possunt inquisitores. *Sixtus IV. quem refert. Io: à Cruc. de stat. Relig lib. 2. cap. 6. dub. 1. concl. 3. Vide Io: Medin. de Confess. trac. 2. q. 29. Panorm. in c. omnis vtriusque sexus de penit. & remiss. num. 15. & 21. Beia. cas cons. Bon. p. 4. cas. 4. Nauar. in Man. ca. 27. n 263. Suar. tom. 4. de pænit. disp. 26. sec. 1. num. 9. 10. & 11.*

21 Confessarij Regulares existentes in diœcesibus, vbi sunt approbati, possunt omnium secularium quarumcumque diœcesum, confessiones audire. *Lezan. n. 11. vbi adducit plura priuilegia Pontificum.*

22 Regulares audientes confessiones, non possunt compelli ad induendum super pelliceum cum stola. *Bariol. lit. C. vbi refert. declarationem Sac. Cong. 8. Nouembris* 1588.

23 Confessarius omnis, qui in peccato mortali existens, confitentem absoluit, mortaliter peccat. *gl. iudicandus. in can. 1. § sacerdos de pænit. dist. 6.*

24 Potest Confessarius Regularis, tuta conscientia, recipere elemosinas sibi sponte oblatas. *Azor. instit. mor. p. 3. lib. 12. cap. 3. & 4. Silu. v. Simonia. Ricc. prax. aur. resol. 25. tom. 1. p. 2. Bariol. lit. C. vbi citat. Sac. Cong. Conc. & Peyr. de subd. q. 1. c. 21. §. 2. Vide D. Th. 2. 2. q.* 100. *art. 2. quodlib. 2. ar. 12. & quodlib. 8. art. 11.*

Reliqua in v. Absolutio.

CONFESSARIVS REGVLARIVM.

1 QVod quis possit sibi eligere Confessarium, absque Superioris licentia, nō potest consuetudine introduci. *c. 2. de pænit. & remiss. lib. 6.* quia electio Confessarij concernit personas tantum priuilegiatas. *gl. in d. c. 2. verb. nata il p.*

2 Superiores Regulares debent in singulis domibus, deputare duos, tres, aut plures Confessarios, pro subditorum numero maiori, vel minori: isq. docti sint, prudentes, ac caritate prediti *Clem VIII. in decr.*

de cas.reser.innouato à Sac. Cong.21.Septemb. 1624.

3 Non possunt Regulares Confessarij audire confessiones aliorum Regularium, siue suæ, siue alterius Religionis, nisi ipsi Regulares, qui volunt audiri, habeant licentiam suorum Prælatorum. *Silu.v.Confessor. 2.n.6.& Armill.v.Absolutio.n.23.*

4 Non licet Superioribus Regularibus confessiones suorum subditorum audire, nisi quando peccatum aliquod reseruatum admiserint, aut ipsi subditi, spontè, id ab eis petierint. *Clem.VIII. in decr.cit.*

5 Ad audiendas Religiosorum confessiones non requiritur approbatio Episcopi. *Nauar.in. Man. c.4.& Lezan tom.1.c.18.n.27.*

6 Religiosi itinerantes possunt confiteri cuilibet Confessario siuè Regulari, siue Seculari, licet ab Ordinario non approbato, dummodo adsit licentia proprij Prælati. *Mirand.in Man.2.to.quæst.33.art.6. Cassarub.v.Absol.ord.quo ad Fra.§.23.& 35. Cordub. super regul.S.Franc.cap.7.quæst.3.punct.1.Suar.de pænit.disp. 28.sec.4.& Sà v.Confessor.num.6.*

7 Religiosus hospes in aliquo Conuentu, si habet à Proprio Prælato facultatem confitendi cui voluerit, poterit in eo sic confiteri. *Suar.tom.4.de Relig.trac. 8.lib.2.cap.17.num.2 & 3.*

8 Confessarius Regularis, ab Episcopo approbatus, non potest Religiosorum confessiones audire, nisi ab ipsorum Prælatis habuerit licentiam. *Suar. ibid. cap.17.num.vlt Nauar.in Man. cap.4.num.1. & Lezan. tom. 1. cap. 18. num. 26.*

Amplia quo ad Confessores habentes etiam iuris-

dictionem à Papa *Suar ibid.* Excipit verò *Peyr.tom.1. priuil.in const.2 Iulij II.num.62.* Pænitentiarios Papæ, cum hi sint quasi Ministri,& Vicarij Papæ, ipsumque repræsentent in foro pænitentiali.

9 Prælati Religionum exemptarum possunt, sicut possunt Episcopi,& Cardinales sibi Confessorem eligere quemcumque Sacerdotem aliàs idoneum siuè secularem,siue Regularem alterius Religionis. *Leza. to.1.c.18.n.81.& Dian p.3 trac.2.de dub.Reg res 1.& 3.*

10 Non possunt Regulares virtute bullæ cruciatæ, sibi pro libito,confessorem eligere. *Lezan.tom.1.cap. 19.num.29.vbi adducit declarationem.Clem.VIII.*

11 Superior Regularis potest exponere suis subditis confessarium secularem ex nō approbatis ab Episcopo. *Fagund.in 2.præcep.lib.7.c.2.num.4.citans.Suar. tom.4.pænit.disp.28.sect.4.num.5.*

Reliqua in v. Absolutio. Bulla cruciatæ. Iubileum.

CONFESSARIVS MONIALIVM.

1 CONfessarius Monialium Regularibus subiectarum,debet approbari ab Ordinario loci. *Greg.XV.apud Bariol.lit.C.Peyr.in formul.eod.c.15. num.4.& Lezan.in sum.tom.4.c.1.num.10.* Qui tamen obseruat valere hoc decretum vbi viget,& non est suspensum,vt est in Regnis Hispaniarum.

2 Regularis ab Episcopo generaliter approbatus ad excipiendas secularium confessiones, non censetur approbatus ad confessiones, Monialium, sed ad hoc indiget speciali approbatione. *Peyr.ibid.*

3 Approbatus ad excipiendas confessiones Monialium vnius Monasterij, non potest audire confessiones monialium, alterius, licet sint eiusdem Ordinis. *Ib.* Excipe tempus Iubilæi. *Idẽ.to.3.Priuil.c.4.n.4.*

4 Confessor extraordinarius, pro vna vice approbatus ad excipiendas Monialium Confessiones, non potest, has, pluries, in vim dictæ approbationis audire sed toties approbari debet, quoties casus approbationis contingit. *Peyr.ibid.*

5 Potest ab Episcopo deputari Monialibus subiectis Regularibus Confessor extraordinarius, licet sit alterius Ordinis. *Barbos. de potest. Epis.p.2.alleg.25.nu.48.* Addit tamen. *Peyr. in formul. loc. cit. nu. 6.* id intelligendum esse si Moniales consentiant. Cum enim hoc sit priuilegium, non debet in inuitum conferri.

6 Confessarij ordinarij Monialium triennio ad summum durent. *Sac. Cong. Episc. 4. Iulij* 1594.

Amplia etiam ad Confessarios Monialium subiectarum Regularibus. *ead. 15. Februar.* 1593.

7 Habẽtes curã animarũ munere Cõfessarij ordinarij Monialiũ fũgi nõ possunt. *Sac. Cõg.* 10. *Apr.* 1615.

8 Offeratur bis, aut ter in anno Monialibus Confessarius extraordinarius. *Trid. sess. 25 c.10.*

9 In habitatione Confessarij contigua Monasterio, nõ sint rotæ, crates, aut ianuę, per quas intretur in Ecclesiam. *Sac. Cong. 13. Septemb.* 1583. Neque lecti habeantur ibi. *ead. 7. Mart.* 1617.

10 Confessario audiente Monialis infirmæ confessionem, cellæ ianua aperta remaneat, & ambę comitatrices ad eiusdem cellæ ianuam morentur, ita vt &

Confessarius, & infirma, ab eis commodè cerni possint. *ead. 13. Septemb. 1583.*

11 Confessarius Monialium administrans illis Sacramentum extremę vnctionis, potest remanere ad confortandum illas ad benè moriendum, seu ad commendandum Deo ipsarum animas. *Tambur. tom. 1. disp. 24 quæst. 2. num 6. & Peyr. tom. 2. priuil. minim. in Const. 6. Pij V. num. 30.*

12 Confessarius tantum, & non Parochus, habet ius in sepulturam Monialium. *Sac. Cong. 7. Ianuar. 1603.*

13 Possunt Moniales dare suo Confessario aliquid vltra assignatum stipendium. *Barthol. à S. Faust. in Thesa. Relig. lib. 8. q 227. & Tambur. disp 9. quæst. 8.*

14 Socius Confessarij Monialium ministraturi Sacramenta infirmis, ingredi potest, & debet cum illo Monasterium. *Tambur. disp. 24. quæst. 3. n. 3. & Leza. v. Clausura n. 26. vbi adducit declarationem Sac. Cong.*

Reliq. in v. Iubileum.

CONFESSIO.

1 Confessio facta Religioso, nō est de necessitate iterum facienda proprio sacerdoti, seu Curato. *gl. singul. in extrauag. Sedes Apostolica. de off. deleg. inter com.* Immò contrarium asserere, sapit hæresim. *Nau. in man. c. 27, num. 263. ad med. & Zerol. prax. Sacram. Pœnit. cap. 15. quæst. 8.* quia negat in Pontifice potestatem concedendi facultatem Religiosis audiendi confessiones Secularium.

1 IN quacumque electione, necessaria est confirmatio Superioris. *c. auaritiæ de elect. lib.6. Silu.v.Confirmatio.Suar.tom.4.de Relig.tract.8.lib.2.c.* 5. Nisi tamen aliter cautum sit per particulares Ordinum constitutiones, vt est in electione Generalium plurium Religionum.

2 Ante confirmationem acquiritur electo per electionem solum ius ad Prælaturam, non autem exercitium. *c.nosti & c.qualiter extra. eod. Nauar. com. 2. de Regul.num.65.*

3 Tenetur confirmator examinare personas tam eligentium, quam electi, & formam electionis, etiamsi nihil electo obijciatur. *Nauar. lib. 1.conf. de elect. conf.2.num.2. Cucchus.lib. 1.inst.canon.tit.9. de elect.n. 1.Hostiens. lib. 1. de elect.num. 27. & Peyr. de Subd. quæst.1.cap.31.§.11.*

4 Quando confirmatori proponūtur duo vel tres, tenetur confirmator digniorem confirmare. *Ledesm. p.2.sum trac.7.c.2 concl.7.Salon.22.q 63.a.2.controu. 3.Rodriq.in sum.tom.1.c.106.concl 11. Armil.v.eletio. num.2.& Aragon.2.2.quæst.63. art.2.col. 13. concl.5.* Confirmator enim tunc se habet vt Elector.

5 Nunquam licet Confirmatori confirmare indignum. *Sanch.tom.1.conf.mor. lib.1.c.1. dub. 6.Ledesm. loc cit.& Lezan.to.2.c.12.num.39.*

9 Si Electores elegerunt dignum digniori prætermisso, tenetur Confirmator electum confirmare. *Ledesm.Salon.& Rodriq.loc.cit Caiet.in sum.v.Electio.*

& Couar.in regula peccatum p.2.§.7.num.4.Sanch.tom. 1.consil.mor.lib.2.cap.1.dub.6.num.3.

7 Si electio est ipso iure nulla, talis erit etiam illius confirmatio *Graff.tom.2. consil. lib. 1. de elect. cons. 2. num.3.& Peyr.loc. cit.*

8 Nulla est confirmatio facta post appellationem ad Sedem Apostolicam, ex legitima causa interpositam. *Cucch.lib.1.inst.canon.tit 9.de elect.*

9 Confirmator sciens per scientiam in confessione habitam, electum esse indignum, adhuc debet illum confirmare. *Hostiens.loc.cit.§.à quo, & qualit.confirm.num.* 27. quia non potest vti tali scientia ad externum regimen iuxta dicenda *v. Prælatus. num.* 18.

Reliqua in verbo Electio.

CONFRATERNITAS.

1 PRælati Regulares in instituendis, & aggregandis Confraternitatibus suorum Ordinum, debēt obseruare cōditiones assignatas à Clem. VIII. in bulla, *Quæcūque à Sede Apostolica, anno* 1604. *& est apud Quarant.in sum.v.Confraternitates, & Cherub.tom.3.bull.const.*115.*Clem.VIII.*

2 Non possunt Regulares instituere Confraternitates cum vsu Saccorum sine Ordinario loci. *Gauant. in man.Epis.v.Confraternit.n.2.vbi refert decretum Sac. Cong.6. Decemb.*1616.

3 In singulis locis, etiam Regularibus vna tantum eiusdem generis Confraternitas institui potest. *Clem.VIII in bull.cit.*

Potest

4 Poteſt Epiſcopus viſitare Confraternitates Laicorum erectas in Eccleſijs Regularium, non obſtante quacumque contraria conſuetudine *Sac. Cong. Epiſ. 17. Iulij 1615*. Non tamen capellas earum in eisdem Eccleſijs. *Barboſ. alleg. 75. num. 13.*

5 Confraternitates, etiam exiſtentes intra Eccleſias Regulariũ, ſi habẽt redditus Eccleſiaſticos, tenẽtur contribuere pro Seminario. *Barboſ. alleg. 77. n. 10.*

6 Non poſſunt compelli ab Epiſcopo, aut cenſuris adſtringi, vt accedant ad proceſſiones. *Quarant. in ſum. bull. v. Precedentia, & Leza. tom. 1. c. 18. nu. 88.*

7 In oratorijs Confratrum miſſa non celebretur antè Miſſam Parocchialem. *Sac Cong. 14. Maij 1585.*

8 Confraternitates in Eccleſijs noſtris erectæ, & earum confratres, eiſdem gaudent indulgentijs, quibus Fratres noſtri Ordinis D. Hieronimi, ac ſi eſſent noſtri profeſſi. *Alex. IV. vt eſt in c. 129. noſtrorũ priu.*

9 Confraternitates dicũtur loca pia. *Ricc. in prax. for. eccl. tom. 3. reſol. 92. citans Specul. in tit. de inſtrum. edit. §. nũc aliqua. n. 62. & alios DD. celebres.* Vnde relictum Confraternitatibus, videtur relictum ad pios vſus, & piam cauſam, & propterea ceſſare debet Trebellianica. *Paul. de Caſtr. conſ. 167. apud Ricc. ibid. n. 4. vbi plures D.D. accumulat.*

10 In bonis etiam immobilibus Confraternitatum, non requiruntur ſolemnitates circa alienationes à iure requiſitas in diſtractionibus, quæ fiunt de bonis Eccleſiæ; quia ſunt merè laicalia. *Steph. Grat. diſcep. for. tom. 2. cap. 400. num. 22. & 23. citans Menoch. conſ. 635. num. 7.*

CONGREGATIO CARDINALIVM.

1 TEnentur Religiosi, ex vi voti obedientiæ emissi in professione obedire Sacræ Congregationi Cardinalium super Regulares, quia hæc fuit specialiter à Sixto V. instituta pro Regularium regimine. *Thom. à Iesu tract. 3. de visit. Regul. c. 17. n. 7. & Leza. tom. 1. c. 4. num. 31.*

2 Declarationes Sacræ Congregationis factæ cõsulto Sanctissimo, & præsentatæ in forma authentica, obligant in vtroque foro, & secundum illas est iudicandum. *Peyr. de subd. q. 1. c. 25. vbi citat Salas de leg. trac. 14. disp. 21. corrol. 6.*

3 Declarationes quæ ferè communiter exeunt à Sacra congregatione, inconsulto Sanctissimo, non habent vim legis, nec obligant ad eas sequendas in vtroque foro. *Salas ibid. disp. 22. Suar. 4. de leg. cap. 5. nu. 4. & Peyr. loc. cit.*

4 Declarationibus tam impressis, & imprimendis, quam manuscriptis, nulla fides in iudicio, vel extra, à quoquam adhibeatur, nisi solito sigillo Emin. Card. Præfecti ac Secretarij eiusdem. Sac. Cong. pro tempore existentium, munitæ fuerint. *Sac. Cong. de mandato Vrb. VIII 2. Aug. 1631. apud Barbos. in collect. v. Congreg. pro interp. Conc. Trid.*

CONSCIENTIA.

1 COnscientiæ suæ relinquitur quando quis est incorrigibilis, & correctio non potest

test fieri sine scandalo.*can. deniquè* §. *de ipsa dist.*4.

2 De conscientia alicuius cum quæritur, statur eius iuramento, præcipuè si est bonæ famæ. *gl. si est ita. in cap. ex litteris de homic.*

3 Conscientia regulari debet, non absolute à voluntate, sed à voluntate illuminata, & ducta ab intellectu seu ratione. *Sayr. in clau. reg. lib.* 1. *c.* 2. *&* 3. *Malder.* 1. 2. *quæst.* 19. *art.* 5. *&* 6. *tract. de conscientia disp.* 82. *cum seqq. Cordub in quæst. Theol lib.* 3. *quæst.* 1. *Rodriq. in sum. tom.* 1. *cap.* 71.

4 Contra conscientiam nullus debet venire; aliàs peccat mortaliter. *c. per tuas.* 35. *& ibi gl.* 2. *de simon.* Fallit in conscientia leui, & temeraria, quam quis debet deponere ad consilium Prælati. *c. inquisitioni.* 44. *de sent. excommun.*

5 Credulitas differt à certa scientia: in ea enim sunt plures gradus plus vel minus probabiles. *Bart. in l. à Diuo ff. de re iudicat.* Ideo distinguendum est, vtrum talis habeat conscientiam huiusmodi ex credulitate leui, & temeraria, an probabili, & directa. *Viuian. in d. c. inquisitioni.*

CONSECRARE.

1 NOn possunt Prelati Regulares consecrare calices, patenas, aut aras pro missis celebrandis. *Suar. to.* 4 *de Relig. trac.* 8. *li* 2. *c. vlt à nu.* 2. *Mirand in man. to.* 2. *q.* 40. *a.* 4 *& Lez. tom.* 1. *c.* 18. *num.* 58. Quod maximè verum est stante declaratione Sacrę Cong. de qua v. Calix. nisi tamen, post illam confirma-

firmata sint priuilegia concessa Abbatibus Regularibus, de quibus *Tambur. tom. 1. disp. 23. quest. 1.*

Reliq. in v. Calix Campana.

CONSERVATOR.

1 PLures Regulares habent facultatem nominandi, & designandi Conseruatores, qui eos defendat, neque permittant per quoscumque indebite molestari. *Rodriq tom 1. q. q. Regul. q. 65. a. 3. Cassarub. in comp. priuil. Mend. v. Conseru. Ord. num. 1. & Lezan. tom. 2. cap. 10. num. 3. 4. & 5. vbi adducit priuilegia Sum. Pont.*

2 Religiones non habentes Conseruatores, si habent communicationem priuilegiorum cum alijs, Conseruatores habentibus, possunt illos eligere. *Barbos. in collect. bull. v. Conseru.*

3 Conseruatores à Regularibus eligēdi sunt spatio vnius mensis, aliàs intelliguntur subiecti Ordinarijs locorum. *Greg. XIII. Vide Passarell. in notand priuil. mend. de Conseruat. 32 à fol.* 400. Quod si intra præfixum terminum non elegerint, adhuc possunt, quando eis libuerit, illos eligere. *Barbos. loc. cit. v. Regulares.*

4 Tenentur Conseruatores electi à Regularibus tale munus acceptare ex speciali mandato. Sum. Pont *Peyr. tom. 1. priuil. minim. in const. 4. Iulij II. n. 30. & Rodriq. tom. 1. q. 65. art. 4.*

5 Conseruatores semel electi, debent durare ad minus per quinquennium. *Peyr. in formul. lit. C. cap. 20.* Durante verò quinquennio, amoueri, aut mutari nequeunt

queunt nisi ex legitima causa, quæ à Sede Apostolica, aut locorum Ordinarijs approbanda erit. *Greg. XV. in const. de Conseruat. quæ est apud Peyr. tom. 2. priuil. inter constitutiones huius Pont. §. 2. n. 19.*

6 In litteris conseruatorijs apponatur clausula (pro futuro dumtaxat quinquennio); alioqui quo ad negotia saltem cæpta, perpetuò durabit iurisdictio. *Peyr. loc. cit. vbi citat Mandoss. de signat. grat. tit. conseruatoria. vers. addi deberet & Chokier. de exemp. p. 1. q. 39. num. 18. & p. 2. q. 6. n. 7.*

7 Regulares Conseruatorem eligẽtes præter formam constitutionum Bonif. VIII. & Greg. XV. sunt ipso iure priuati voce actiua, ac passiua, ita vt à nemine, præterquam à Summo Pontifice, ad eam restitui valeant. Conuentus autem per annum Conseruatore careat, ita vt eius causę interea, coram Ordinario loci dũtaxat cognoscãtur, ac definiantur. *Ita in præd. const.*

8 Non omnes Canonici, sed tantum Ecclesiæ Cathedralis, possunt esse Regularium conseruatores. *Ricc. prax. aur. resol. 349.* Si tamen habeant alias conditiones requisitas *à Bonifac. VIII. in const. statutum. & à Greg. XV in const. anni* 1621 *Vide Barbos. de off. & potest. Epis. alleg. 106. num. 12.*

9 Conseruatores debent esse Iudices Synodales. *Greg. XV. in pręd. const. Vide Peyr loc. cit.*

10 Vt quis sit Conseruatòr, requiritur vt actù habeat dignitates requisitas; Si enim illas dimiserit, non est idoneus ad hoc munus, *Massob. de Synod. diæces. cap. 4. dub. 13. & Peyr. tom. 2. priuil. Minima. in const. 5. Greg. XV. §. 2 num. 20.*

Re-

11 Regulares non possunt eligere in Conseruatorem, Priorem, vel Guardianum, vel alium quemuis Regulari dignitate fulgentem *Sac. Cong. apud Lezan. n.14.& Barbos. de off & potest Episc. alleg. 106. num. 15.*

Fallit in Abbate Oliuetano, cui a Sacra Cong. concessum est, vt in Conseruatorem possit eligi, si Episcopus in Synodo eum deputauit Iudicem synodalem. *Barbos. in collect. v. Abb. Oliuet 6. & v. Conseruator.*

12 Designato vno Conseruatore pro vna causa non potest pro ea alius nominari, sinè graui ratione de nouo vrgente. *Rodriq. tom. 1. q. 65. art. 5. & Nauar. lib. 1. consil. de off. Iud. deleg.*

13 Conseruator est delegatus Papæ. *cap. 1. 2. & fi. de Iud. del. in 6* Vnde Papæ iurisdictione vtitur, non propria. *l. solet. ff. de iurisdict. om. Iud.* & consequenter quo ad hoc est superior ordinario, potestque Ordinarium punire, si illi nō obediat in ijs, quæ ad eius iuridictionem spectant. *c. sanè. & cap. pastoralis. de Iud. del.* Ex priuilegijs tamen quorumdam Regularium, sunt Iudices Ordinarij. *Vide Lezan. to. 2. c. 10. n. 25.*

14 Possunt Conseruatores procedere in manifestis iniurijs, & violentijs, iuxta præscriptum constitutionis Greg. XV. ad defensionem quorumcumque bonorum mobilium, vel immobilium, iurium, seu possessionum Regularium sibi ad defensionem commissorum. Item etiam priuilegiorum, & indultorum. *Lez. nu. 67. & 68. vbi sefert priuilegia Pont.* Potestque in offensores ferre excommunicationem. *Azor. tom. 2. lib. 5. c. 34. quæst. 7. & Barbos. de off. & potest. Episc. all. 106. num. 34.*

Con-

15 Conseruatores,in causis, in quibus Regulares sunt Actores,nullam prorsus iurisdictionem habent, sed tantum in quibus fuerint Rei. *Greg. XV. in cit. const.Vide tamen Portell v.Conseruat.num.7.Rodriq. in comp.resol.33.num.12.& Ceuall.de cogn per viam.viol. p.2.quæst.20.num.16.*

16 Et si possũt in criminalibus trahi Regulares Rei coram suis Conseruatoribus, id tamen non expedit, nec est vsu receptum.*Lezan.v.caus indic.Regul.n.12.*

17 Regulares eo quod non agant Coram Conseruatoribus,quando possunt,sibi nullo modo præiudicant.*Feder.de sen.cons.14.num.5.& Lauret.de Franch. in controu. Epis. & Regul. super constitut. Greg. XV. pag. 178.*

18 Licet possent olim Conseruatores extra Ciuitates,& diæceses contra delinquentes procedere,dummodò non vltra tres dietas;hodiè tamen correctum est hoc per ius nouum Bonifac.VIII. & Greg.XV.ita vt non nisi intra vnam dietam procedere possint(dieta est iter vnius diei.)*Sorb.in comp.priuil.v.Conseruat. Ord.§.item Conseruator.Portel.eod n.5.Peyr.tom.2.priuil.in const.5.Greg.XV.qu. 65.num.48.& § 6.num.57. & Lezan n.64.Vide gloss in c.2 de off.deleg.in 6.*

19 Cõseruator potest recusari,vt suspectus, si causa,de qua agitur talis sit, in quà valeat reum grauare.*Barb.de off.& potest.Epis alleg.106.n.32.* Secus verò si Conseruator agat in notorijs, tunc enim non admittitur recusatio.*glos.1.in c eod.*

20 Potest à sententia Conseruatoris appellari. *Barbos.alleg.105.n.33.*Appellandum est autem ad solum

lum Papam. *Tusc.v.Conseruat concl.760 n.6.& Monet. de Conseruat c.9.n.180.*

21 Non sufficit vnus Conseruator pro multis diæcesibus. *Lezan.tom.2.cap.10 num. 7. vbi refert decisionem Sac. Congr.*

22 Si Conseruatores in suo officio excesserint suos limites, per annum ab officio Conseruatoris suspensi sint. *Greg.XV. in præd. const.* Anno autem transacto, statim cessat dicta suspensio. *Lezan.num.70.*

23 Pars, quæ procurauit, quod Iudices Conseruatorés excedant limites suæ auctoritatis, incurrit sententiam excommunicationis, effectu tamen sequuto, à qua non potest absolui, nisi satisfacta parte. *Greg. XV.ibid.& Lezan.num.71.*

24 Non debent à Conuersatore accipi munera; debent verò vitari expensæ *Bonif.VIII.in const.quæ incipit.Hac constitutione.*

25 Conseruatores quorundam Regularium, & eorum, qui cum ipsis participiant in priuilegijs, possunt Subcóseruatores instituere, qui tamen habere debent conditiones pro Conseruatoribus requisitas. *Peyr.to. 2.priu.in const.5.Greg.XV.num.5.Rodriq.tom.1. quæst. 65.art.10.& Lez.num.26.*

26 Conseruator est particeps omnium ieiuniorum, orationum, sacrificiorum, & quorumcumque aliorum bonorum, quæ in Religione fiunt. *Sorb.in comp.priuil. Mend.v. Conseru.Ord. & Lezan. num. 78. vbi adducit priuilegia Pont.*

CONSILIARIVS.

Vide v. Assistens.

CONSTITVTIO.

1 COnstitutio,in qua cauetur,quod statim obliget,vel ex nunc,tunc statim post publicationem,non expectato lapsu duorum mensium, ligat,non quo ad hoc,vt ignorantes cōtrafacientes sint obligati ad culpam, sed quo ad hoc,vt contra factum non valeat.*Clem.2.& ibi gl.ex nunc.de hęret.*

2 Constitutio nō punit ignorantes contrauenientes,sed scientes tantum. Intellige ignorantes ignorantia facti probabili,& non affectata. *Clem.1. & ibi gl scienter de consang & affin.* Allegans verò constitutionis ignorantiam,ad hanc probandam admittitur. *gl.fin.in c.2.de const.*

3 Constitutio,respicit futura tantum, non præterita,ne antè prohibitionem ignorātes patiantur.*c.2. & ibi gl.futuris de const.*Nisi tamen nominatim in constitutione de præteritis caueatur.*c.fi. & ibi gl fi. eod.* vel nisi per iura antiqua erat id ipsum statutum.*gl. promouendis.in c.Cum in cunctis §. inferiora. de elect.c. pe.de consecr.Eccles.gl de cætero. in c.2. de concess. præb. Clem.dispendiosam de iud.can.sic quidam.* 10.*q.*1.

4 Constitutio,ad hoc, vt liget contrauenientes sufficit,quod solemniter edatur, aut publicè promulgetur: non est autem necesse, vt cuilibet sigillatim

nuncietur.*c.*1*.& ibi gl.*2*.de exceſſ.Prælat.* Debet verò acceptari ſaltem à maiori parte,& ad praxim reduci, vt dicunt DD. communiter.

5 Poſſunt in Religionibus condi conſtitutiones obligantes Religioſos in conſcientia ad earum obſeruantiam.*Vaſq.1.2.diſp.* 153*.cap* 1*.& Lez.tom.*1*.c.*8.

6 Poteſtas condendi conſtitutiones, regulariter ſpectat ad Generalem cum Capitulo Generali, pro tota Religione,ad Prouincialem cum Capitulo Prouinciali,pro tota prouincia.*S.Tho.* 1. 2. *q.*90*.artic.*1. *Sanch.*6*.in decal.c.*2*.num.*17*.& Vaſq.loc.cit.*

7 Conſtitutiones,vt obligent in conſcientia, debent eſſe de rebus concernentibus explicitè, vel implicitè Regulam. *D.Th. quodlib.*10*.art.*10*.& Cordub. in expoſit.regul.D.Franc.c.*10*.q.*2.Vndè ſi contineant peculiares aſperitates,magnas corporis afflictiones, vigilias,aut diuturnas orationes,quę ſint ſupra regulam,non obligant.Cum enim Religioſi vouerint obedientiam ſecundum regulam, non poſſunt ad maiora obligari, etiam à Capitulo Generali Ordinis. *Vaſq. diſp.*154*.c.*4 *n.*25*.Sanch.& Lezan.loc.cit.*

8 Poſſunt quidem fieri conſtitutiones obligantes Religioſos ad opera mortificationis,ſeu auſteritates, ob publicam neceſſitatem,puta bellum, peſtem, &c. Hæc enim non ſunt omninò ſupra regulam, ſed aliquo modo ipſam concernunt. *Leſſ.*2*, de iuſtit. cap.* 41. *dub.*9*,num.*77*.& Cord.loc.cit.*

9 Non poſſunt fieri conſtitutiones cōtra ius commune.*Peyr.tom.*1*.priuil.in conſt.Pyrrh.*§.4. *& Portell. in dub.Regul.v.Statutum.num.*9. Poſſunt tamen Prælati

lati Religionum, constitutiones iuris communis declarare, & vbi pœna deficit, eam apponere *Peyir.ibid.*

10 Quoties constitutio præcipit aliquid sub pœna excommunicationis, suspensionis, interdicti, vel irregularitatis, trasgressio illius est mortalis. Istæ enim pœnæ cum sint grauissimæ, non imponuntur nisi propter culpam mortalem. *Suar.tom 5.in 3.p.disp.4. sect.4.num.7.Salon.2.2.q.77.art.1.Enriq.lib.13.de excommun.cap.17.n.2.Vasq.1.2.disp.158.c.5.& Lez.to.1.c.8.num.15.* Qui tamen excipit suspensionem vel interdictum, quando essent alicuius actus particularis, & ad breue tempus.

11 Inter alias Ordinum constitutiones debent redigi decreta Clem.VIII.pro reform.Regul.innouata à Sac Cõgr.iussu Vrb.VIII.Quæ quidem decreta non inducunt aliam obligationem ad sui obseruantiam, quam constitutiones Religionum. *Lezan.num 26.*

12 Non tenentur Regulares constitutionibus synodalibus, seu Episcopalibus solum concernentibus reformationem Clericorum. *Peyr.tom. 1.priuil. minim. in const.2.Iulij II.num.67.& Dian.tract.7.de leg.res.11.*

13 Quod si constitutiones synodales concernant actiones communes totius populi, & obseruantiæ regulari non derogent, vt sunt quædam ieiunia, festa, & huiusmodi, ligant etiam Religiosos, non quidem debito obedientiæ, sed iure naturali. Cum enim sint partes, & membra illius populi, tenentur toti corpori se conformare. *Vasq.1.2.disp.167.num.33.& Sanch.4.in decal.c.15.num.1.*

Reliqua in v.Capitulum.Lex.

1 Consuetudo, vt valeat, debet esse rationabilis, & nō cōtra vtilitatē ecclesiæ. *c. 1. de cōsuet.* alias diceretur corruptela *Viuiā ibi.* Nec cōtra Ecclesiasticā disciplinā *c. cū inter. eod.* quia disrūperetur neruus ecclesiasticę disciplinę. *Viuiā. in d. c. cū inter*

2 Cōsuetudo, quæ nō est cōtra ius, inducitur spatio decē annorū; sed contra ius requiritur spatiū quadraginta annorum. *glos. fin. in can. consuetudo. dist. 12. Nauar. in man. c. 21. n 13. & Rodr. to. 1. q. q. Reg. q. 68. ar. 1.*

3 Consuetudo vetusta, quę sine peccato, & scandalo seruari potest, est seruanda. *gl. fi. in can. si consuetudinem. dist. 8.*

4 Consuetudinem Ecclesiæ Metropolitanæ debent obseruare omnes Eccesiæ, nisi sint Monasteria. *gl. 1. in summa dist. 12.*

5 Consuetudo contra Canones dicitur abusus. *Clem. 2. de pænit. & remiss.*

6 Consuetudinibus secularium non tenentur Religiosi. *Sanch. in op. mor. to. 2. lib. 5. cap. 1. dub. 21. n. 2. & Dian. p. 5 tract. 4 resol. 15.*

7 Cōsuetudo legitimè præscripta cēsetur quasi quędā lex, aut cōstitutio: vnde potest tollere legē contrariā, aut statutū quod erat in Religione. *Rodr. to. 1. q. 69. art. 1. & Mirand. 2. tom. Man. quæst. 28. per tot.*

CONTEMPTVS.

1 Contemptus in eo consistit, vt quis violet legem, quia non vult subijci ipsi, aut Superio-

periori præcipienti. *c Cupientes §. quod si per viginti. de elect. lib. 6. & can. nullus. dist. 55 S. Th. 2. 2 q. 186. art. 9. ad 3. & Caiet. in sum. v. Contemptus.* Vnde contemnere aliud est, & aliud nõ parere *c. quis autẽ, & ibi gl. dist.* 10.

2 Inter contemnere, & negligere quandoque est differentia, & quandoque non *gl. contempserint. in c. cupientes. cit.*

3 Peccare ex contemptu contra præceptum Superioris in quacumque re leui, est mortale. *D. Th. loc. cit. & Caiet. ibid. D. Anton 3. p. tit. 16. cap. 1. §. 9. Less. 2. de iust. c. 7. dub. 1. num. 2 & Vasqu. 1. 2 disp. 158. c. 4. n.* 37. Est enim contra votum, quo Religiosus promisit subijci vitę regulari.

4 Contemptus vnius plus nocet, quam contradictio plurium, in his, quæ in Capitulo, vel Collegio geruntur. *gl. in can. factus est. 7. q. 1.*

CONTRACTVS.

1 Contractum alicuius momenti non potest facere Prælatus absque consensu Conuentus. *c. quod quibusdam. de fideiuss. Peyr. de Præl q. 3. ca. 5.*

2 Ex contractu Superioris non excedentis limites suæ administrationis, tenetur Monasterium *Angel. v. Monaster. Silu. v. Religio 8. quæst. 3. & Sanch. 7. in decal. cap. 31. num.* 10. & 13.

3 Contractus à Religioso initus nullam inducit obligationem quousque per Superioris tacitam, vel expressam licentiam, approbetur. *Reginal. in prax. lib. 25. num. 159. & Peyr. loc. cit. num. 6.*

4 Ratione contractus initi absque licentia Prælati non potest Monachos conueniri. *D. Anton. 3. p. tit. 16. c. 6. §. 7. & Sanch. 6. in decal. c. 12. num. 2.*

5 Non tenetur Monasterium, ex contractu Religiosi professi, nisi illi sit aliqua administratio commissa, vel nisi ex dicto contractu aliquid emolumenti Monasterium recipiat. *Rosell. v. Monachus. §. 7. & 10. Tab. cod. §. 10. & 13. Silu. v. Religio. 8. q. 3. Pisan. eod. §. vtrum ex contractu. & Armill. eod. à n. 12.*

6 Contrehentes cum Religioso non habente facultatem à suo Prælato, non obligantur contractu, nisi post Prælati approbationem, ipsi quoque ratificent. Nam contrahentium par debet esse conditio. *Didac. in reg. peccatum. p. 2. §. 4. num. 4. Sot lib. 4. de iust. quæst. 5. art. 2. & Cened. de paupert. dub. 24. num. 31.* Contrarium docent alij existimantes contractum cum Monacho posse claudicare, cum ipse non habeat obligationem passiuam, licet habeat actiuam. *Vide Sanch. 7. in decl. cap. 31. num. 63. & Aegid. de contract. cap. 4. num. 4.*

CONTVMAX.

1 Contumacibus, si non obesset contemptus, & inobedientia, nihil obedientia prodesse videretur humilib. *c. 1. §. nos igitur. de postul. Prel.* Vnde iuxta canonicas sanctiones, quædam sunt culpæ, in quibus culpa est relaxare vindictã. *Viuiã. in d. c. 1.*

2 In contumacia, persistentibus, Prælati debent se ostẽdere seueros. *gl. rebel. in c. precipimus de stat. Monac.*

Con-

3 Contumacia nuda in non comparendo est excommunicatione digna.*c.2. vt lite non contestata. & can.* 1.4.*q* 5.Quandoque etiam punitur contumax pena suspensionis.*c.cum bonæ. de ętat. & qualit.* Sed ob contumaciam solam in non veniendo ad iudicium, non potest quis priuari dignitate sua.*can.multum.*3.*q.* 6.*Vide Foller.in pract crim.c.*10.*num.*59.

4 Vt contumax punitur recedens à iudicio sine licentia Iudicis.*c.2.de confess.lib.6*.Si tamen durat in contumacia per tempus.*c.contumacia.7. de hæret.lib.* 6.Idem dicitur de eo, qui illicenciatus recedit, antequam sit id, pro quo agitur, expeditum, non legitimo constituto Procuratore. *c. constitutus de Procurat.Foller.ibid.num.8.*

5 Contumax potest dici, malitiosè se absentans, etiam non citatus.*c.inter quatuor.de maior.& obed.*

6 Excusatur à contumacia impeditus ex iusta causa.*c cupientes.§.quod si.de elect.in 6.*

7 Contumax appellans non auditur *gl.* 1.*in cap.* 1.*de rescript.*

8 Contumax habetur pro confessio. *cap.*2. *de confess.lib.6.*

Reliqua in verbo Citatio.

CONTVMELIA.

1 TEnetur Prælatus cogere contumeliantem vt à contumeliato etiam genuflexus veniam petat, & honorem, illi per contumeliam ablatum, restituat.*Caiet.2.2.q.73. art 3. Silu. v. contumel.*

quæst.4.Valent.to.4.disp.5.q.16.p.1.columna.3.& Corrad.p.1.cas.quæst.73. Quæ tamen veniæ petitio intelligitur inter pares; nam in disparibus, sufficit restitutio honoris. *Peyr.de Prал.q 2.c.3.§.16.*

Reliqua in v.Iniuria.

CONVENTVS.

1 Conuentus appellatione comprehenditur Congregatio Regularium. *c.si Religiosus.27.§.quia vero de elect.in 6.*

2 Signum receptionis Conuentus, est plantatio Crucis. *Peyr.in formul.append.5.n.2.pag.525.*

3 Non dicitur acquiri nouus Conuentus, quando fit mutatio in eadem ciuitate, vel Oppido, de vno ad alium locum. *Rodriq.to.2.q.q.Regul.quæst.49.art.9. & Dian.trac.2.de dub.Regul.resol.136.*

4 Possunt Generales Religionum de consensu Capituli Generalis mutare Conuentus de locis non sanis ad Saniores, absque licentia Episcopi. *Mirand. to.1.q.33.art.2.ex priuilegio Sixti IV.& Sixti V.*

Reliqua in v.Domus Regularis.Monasterium.

CONVERSA.

1 Conuersæ Moniales ad quæstuandum mitti possunt, si aliter Moniales sustentari nequeant, dummodo ad minus quadragesimum ætatis agnum excedant, non sint pulchræ, nec aliquo modo extra Monasterij clausuram pernoctent, nisi in casu necessitatis, & tunc, in ædibus tantum proximorum consanguineorum; aut aliarum piarum Matronarum.

Sac.

*Sac Cong apud Barbos.in collect.bull.v.Conuersæ,& Lez. in sum.tom.*1. *cap.*8.*num.*29.

CONVERSVS.

1 Conuersi dicuntur, qui habitu mutato, & professione emissa obsequijs humilibus Monasteriorũ, extra Chorũ sũt addicti. *Abb.in c.non est.de reg.Rodr.to.*3.*qq.Reg.q* 21.*a.*1.*& Sãch* 6. *in decal. c.*7.

2 Sunt veri Religiosi, ideoque gaudent priuilegio fori & canonis.*c.Parochianos.de sent.excom. & c.ex tenore eod.Rodriq.tom.*3.*q.*69.*art.*8.*& quæst.*52.*art* 7 *& quæst.* 21.*art.*4.*& Lezan.to.*2 *c.*8.*num.*2.*6 &* 7. Gaudent etiam priuilegijs suarum Religionum.*Lezan.nu.* 20.*vbi adducit priuilegia Summ.Pont.*

3 Nõ possunt recipi ad habitũ Religionis antè viginti annos suæ ætatis, & nisi saltem præcipua Doctrinæ Christianæ capita nouerint.*Clem. VIII. in decr.de reform.Regul.*19.*Martij.*1603. Nec nisi in Conuentibus assignatis à Sede Apostolica pro Nouitiatibus.*Clem. VIII. ibid.* Quod tamen valet tantum in Italia, & Insulis adiacentibus. *Lezan. num.* 24.*&* 25.

4 Non admittantur ad professionem, nisi vigesimum primum annum excesserint, & ij tantum qui non solum religiosæ perfectionis capaces, sed ad laborem quoque corporalem sunt apti. *Clem. VIII.ib.*

5 Qui ad Cõuersorũ habitũ recepti fuerint, nõ possũt fieri Clerici, etiã durante anno probationis *ibid.*

6 Religiosus Clericus, iussu, & auctoritate suorum Superiorum, potest ad Cõuersorum Ordinem transire, dummodo non sit in Sacris. *Azor.to.*1.*instit.lib.*10.

cap.

cap 6.qu. 7.Ledes.2.p sum trac.9.c.4.Sot.10.de iust. q.9. art.3.Peyr.de subd.q.1.cap.24 & Lezan.c.22.num.25. Vbi adducit causas propter quas possit Clericus fieri Cõuersus. In quo casu nõ tenetur ad officiũ diuinum Clericorũ.*Sot.loc.cit.& Aragon.2.2.q.83.a.12.dub.4.*

7 Possunt Conuersi ad alias Religiones transire, sicut & alij Religiosi, seruatis tamẽ seruãdis, de quibus. v. Transitus.*Suar.to.4.de Relig.trac.8.lib.3.ca.10.n.1.*

8 Si extra Obedientiam Ordinis Conuersus degat, & ad Sacerdotium promoueatur, postquam reuersus fuerit, omni honore Clericali priuari debet, & ad pristinum statum reduci. *Leo X. apud Passarell.in comp.priuil.pag.329 Rodriq.to.1.q.42.art. 19.& Cassarub.in comp.v.Laici fratres num.4.*

9 Tenẽtur Conuersi ad certas orationes, iuxta institutum Regulę, & constitutionum suorum Ordinum *Lezan.nu.23.* Non tamen sub mortali.*Sot.10.de iust.q. 5.art 3.& Suar.tom.2.de Relig.lib.4.c.17.*

10 Conuersus, ex indulto Papæ, transiens ad statum Clericorũ, nõ tenetur iterare Nouitiatũ.*Peyr.de Præl. q.3.c.1.§.5.Vide Nauar.lib.3.cõsil.de Regul.cõs.28.n.3.*

11 Non possunt Conuersi admitti ad Prælatias, seu dignitates Religionis, nec esse Discreti, aut Socij pro Capitulis Generalibus, vel Prouincialibus, nec illa munera exercere, quibus annexum est habere vocem actiuam, aut passiuam, pro electionibus Prælatorum. *Rodriq.tom.1.quæst.15.art.2.& Lezan.tom.2.cap.8. num 18.& 19.Vide Trid.sess.21.cap 4.*

12 Posſũt quidẽ habere in Religionib. officia manualia, vt Procurat. Sacristię, Oeconomi, &c. *Lez.n.20.*

To-

13 Tolerari etiam potest consuetudo legitime prę-scripta, quod Conuersi vocentur, & habeant vocem in electionibus Officialium Conuentus, puta Procuratoris, Syndici, &c. *Lezan.num.* 19.

14 Si casu aliquo Conuersus assumeretur ad Prælatiã, nõ posset exercere actum veræ iurisdictionis spiritualis, vt imponere censuras, dispensare in votis, aut illa cõmutare, &c. benè tamen posset imponere subditis præcepta obligantia ad culpam, cogere ad obseruantiam regulæ, punire transgressores, irritare vota, &c. *Suar.tom.4.de Relig.tract.8.lib.2.cap.3.n 20.& Cornex.tom.2.in 3.p tract.5.de excom.disp 2.dub.5.*

15 Conuersi ordinis nostri possunt, licet homicidæ fuerint, & Bigami ad Missas dicendas, Præsbiters celebrantibus, ministrare, Calices, & Vestes Sacras tractare, & superpelliceum lineum induere. *Mart. V. in cap.57.nostrorum priuil. Vide Confet.in collect. lit. Apost.inter priuilegia Sixti IV.num.9.*

Reliqua in verbo. Censura. Elector. Laicus.

CORREPTIO.

1 REligiosi Prælati omittentes, ex negligentia, aut timore, corripere suos subditos, peccant mortaliter. *Sà v.Correptio. num.2. Lezan.tom.1.c.18.num.* 15. Et contra iustitiam. *Bann.2.2. qu. 33. art.3.dub.1.concl.vlt.* Quod verum est, etiam, si esset periculũ vitæ. *Sot.de secr.teg.memb.2.q.2. & Valent.to.3.dis.3.q.10.p.2.* Sũtq; de hoc in die iudicij rationẽ reddituri. *Can.quod ad nos.dist.47. Vide Trid.sess.6.de ref.c.3.& sess.14.eod c.4.& gl.1.in c.pe.de reg iur. in antiq.*

Cor-

2 Correptio fraterna, quoad Prælatos, est præceptum: quo ad subditos est consilium. *gl. in can. si peccauerit. 2. quæst. 1.*

3 Correptio canonica, secūdum veritatem Euangelicam, occulta ad omnes pertinet: sed manifesta, ad Prælatos, & alios habentes potestatem. *glos quisque. in cap. cum ex iniuncto de hæret.*

4 Tenetur Prælatus de facto subditi, nisi eum correxerit. *gloss. 1. in cap fin. de Regul.*

5 A correctione legitima appellari non potest, nisi modus excedatur. *c. 3. & ibi gl. fin. de appellat. Vide v. Appellatio num. 2.*

6 In correctione delictorum, lenitas cum seueritate miscenda est, *can. disciplina. dist. 45.* Secus est potius inductiua obstinationis, quam emendationis. *can. cum beatus. ead. dist.*

7 Quando non est locus correptioni, recurrendum est ad denunciationem. *Spath. de mod. corrig. Reg. trac. 6. cap. 3. num. 3. & 4.*

8 Etiam subditi, quando necesse fuerit, debent suorum Prælatorum defectus corripere. *D. Th. 2. 2. q. 33. art. 4. vbi Caiet. Valent. tom 3. disp 3. q. 10. p. 4. Rodr. tom. 2. quæst. 8. art. 2. Angl. in flor. p. 2. q. de correct. Frat. Suar. de fide, spe. & carit. tract. 3. disp. 8. sec. 5. & Peyr. de subd. quæst 1. c. 28. §. 6. vbi explicat quomodo dicta correptio sit facienda.*

9 Excusatur à peccato mortali Prælatus Regularis non corrigens, seu puniens subditum, quando timet prudēter ex hoc posse sequi rumores, seditiones, & recursus ad tribunalia extranea. *Caiet. 2. 2. qu. 62.*

art.3.ad 3. Sanch.tom.1.in conſ.mor.lib.3 cap.vnic.dub. 19.& Peyr.de Præl.q.1.c.7.num.19.

CRIMEN.

Vide Verbo, Delictum.

CVRATVS.

1 CVratus Regularis, in ijs quæ ad curam, & Sacramētorū adminiſtrationē pertinent, ſubeſt immediatè iuriſdictioni, viſitationi, & correctioni Epiſcopi, in cuius diœceſi exiſtit. *Trid ſeſſ.25.c.11.*

Limita primò in illo Monaſterio, in quo Generalis alicuius Religionis Regularium ſedem principalem ordinariam habet. *Trid. ibid. & Sac. Cong. apud Peyr. tom 1. priuil. in conſt. 2. Sixti V. §.11. num.30.*

Limita ſecundo in Monaſterijs in quibus Superiores Regulares iuriſdictionem Epiſcopalem, & tēporalē in Parochos, & Parochianos exercent. *Trid. ibid.*

2 Quoties Religioſi ad curam animarū exercendam deputantur, ſunt ab Epiſcopo examinādi, & approbādi. *Trid. ib. & Barboſ. in collect. bull. v. Abb. §. vlt.*

3 Tenentur Curati Regulares intereſſe, cum alijs Curatis congregationis caſuum conſcientiæ. *Sac. Cōg. 13. Octob. 1592. Gauant. in man. v. Clerici Conuentus. n. 2. & v. Paroch munera. num. 27.*

4 Tenetur etiam adeſſe benedictioni fontis baptiſmalis in Sabbatho Sancto, ſi tenentur alij. *Sac. Cong. 12. Decemb. 1595. apud Gauant. ibid. num. 29.*

Reliqua in verbo Parochus.

DEBI-

DEBITVM.

1 OBnoxij ad debita ſoluenda, vel reddenda ratiocinia, non poſſunt fieri Religioſi. *Sixtus V. in bull. contra Facinor. confirmata a Clem. VIII. 19. Martij 1603. Nauar conſ. 1. de Regul. n. 7. & conſ. 26. n. 1. & Sanch. in decal. p 1. lib. 4. c. 19.*

Limita primò in eò, qui debitor eſt ex ſola promiſſione liberali, vel debitis incertis. *Vecch. diſp. 2. dub. 13. num. 15.*

Limita ſecundo in debitore, qui abſque ſua culpa, ad impotentiam ſoluendi peruenit. *Vecch. ibid.*

Limita tertio, in eo, qui ſeculo manens, nullam habet ſpem melioris fortunæ, vt poſſit debita ſoluere. *Leſſ. lib 2. c. 41. dub. 3. num 32. Sanch. in ſum. tom. 1. lib. 4. c. 19. num. 26. & Suar. de Relig. to. 3. lib. 5 c. 7. num. 2.*

2 Si obſtrictus debitis voueat ſe Religionem ingreſſurum intra certum tempus, differenda eſt voti executio, quouſque debita ſint ſoluta. *Nauar com. 1. de Regul. num. 8. Sanch. lib. 4. mor. c. 19. n. 11.* Votum enim non debet eſſe vinculum iniuſtitiæ. *Vide D. Antonin. p 2. tit. 11. c. 2. §. 1.*

Amplia, etiam ſi debita contracta ſint poſt votum. *Sanch. ibidem.*

3 Debitis obſtrictus, ſi contra Creditorum facultatem, Religionem profiteatur, adhuc manet creditoribus obligatus *Innoc. rubr. de oblig. ad ratioc. & Azor. to. 1. lib. 12. c. 1. q. 5.* Poſterior enim promiſſio profeſſionis religioſæ, non poteſt præiudicare naturali obli-

obligationi satisfaciendi debitis contractis.

4 Si debita sint non exigui momenti, & Religiosus non possit satisfacere, nisi egrediendo Monasterium, cum ipse probabili satisfaciendi, per prouisionem. v.g. alicuius beneficij, tenetur id facere. *Laym. lib. 3. de iust. trac. 2. c. 12. vbi accumulat plures Doctores.*

5 Debita contracta à Nouitijs ante professionem, soluenda sunt à Monasterio, si hoc succedit in bona ipsorum; habita tamen dictorum bonorum ratione. *Molin. tom. 1, de iust. disp. 140. Lezan. tom. 1. c. 24. num. 38. & Rosell. in sum. v. Abbas.*

6 Debitum contractum à professo de licentia Superiorum, soluendum est à Monasterio, quia est quasi debitum Monasterij. *Sanch. 7 in Decal. cap. 31. & Lezan. tom. 1. cap. 2. num. 18.*

7 Debitum ortum ex delicto Religiosi professi, etiam si sit Prelatus non debet solui à Monasterio nisi quatenus ex tali delicto, aliquid vtilitatis ipsi Monasterio obuenerit, vel in illud Monasterium consenserit. *Nauar. com. 62 de Regul. & Molin loc. cit.*

8 Debita sui prædecessoris tenetur Prælatus soluere, si contracta fuerint in vtilitatem Ecclesiæ. *c. 1. & ibi gl. 1. de solut.*

DECIMAE.

1 Religiosi exempti sunt à solutione decimarum, tum ex iure communi. *c. decimas. 16. q. 1.* tum ex multis priuilegijs de quibus *Cassarub. in comp v Decimæ. & Mirand. in man. to. 2. q. 49. art 12.*

&

& 13. Attendenda tamen eſt conſuetudo Patriæ, & Religionum. *Lezan.tom.1.c.3.n.15.vbi adducit bullam Sixti IV. Dum attenta. pro Carmel. Specul. Ord. fol. 85. Vide Tambur de iur. Abb. tom. 1. diſp. 15 q. 18. à nu. 8. & Nouar. in lucer v. Decimæ.*

2 Contra priuilegium non ſoluendi decimas, per quadraginta annos præſcribitur. *c. accidentibus. 15. de priuileg.*

3 Non perducuntur tamen huiuſmodi priuilegia exemptionis alicui Monaſterio, per non vſum eorum in ipſo, ſi in alijs Monaſterijs eiuſdem Ordinis, cui ſunt conceſſa, fuerint in vſu, *Tambur. num 37.*

4 Si Monaſterio habenti exemptionem à Decimis, relinquantur bona tali ſolutioni obnoxia, manent illa de cætero exempta à prædicta ſolutione, contra iuris regulam, quæ habet, quod res tranſit cum ſuo onere. *Leza. tom. 3. v. Decima. num. 10. vbi ex Marzill adducit declarationem Sac. Cong.*

5 Incidunt in excommunicationem Religioſi, qui retrahunt aliquos à ſolutione decimarum. *Nauar. in man. ca. 27. n. 145. & Mirand in man. to. 2. q. 35. art. 18.*

6 Imò fratres Confeſſores tenentur hortari, & admonere ſuos pænitentes, ad ſoluendas decimas, & denegare abſolutionem nolentibus illa ſoluere. *Leo X. in conc. Later.*

DECRETA.

1 QVando in decretis Clem. VIII. & Vrb. VIII. Prohibetur interpretatio decretorum

rum Conc. Trid. & eorumdem Pont. prohibetur interpratatio iuridica, non verò doctrinalis. *Peyr. to. 2. priuil. in const.* 10 *Vrb. VIII. num. 6. & Lezan. tom.* 1. *cap.* 18. *num.* 76.

2 Tenentur Mendicantes obseruare decreta generalia pro reformatione Regularium Clem. VIII. innouata ab Vrb. VIII. in decr. de Apost. & Elect. *Lezan. tom* 2. *cap.* 1. *num.* 63.

3 Superiores Religionum, sub pæna priuationis officij, vocisque actiuæ, ac passiuæ ipso facto incurrenda, tenentur curare, vt varia decreta Sūmorum Pontificum, de quibus *Leza. to.* 1. *c.* 18. *n* 100. publicè legantur temporibus statutis in dictis decretis. Non tamen est necesse, vt legantur integrè, sed solum summatim quo ad substantialia in eis contenta. *Lezan. ib.*

4 Decreta Clem. VIII. pro institutione Nouitiorum non obligant ad mortale, nisi in materia graui. *Lezan. tom.* 1. *c.* 24. *num.* 43.

5 Decretum Papæ ligat enim ignorantes, vt gestum contra illud, sit nullum ipso iure. *quodam & ibi gl. pe. in add. de præben. lib* 6. quia vigor illius decreti pendet ex solo arbitrio Papæ. *Viuian. in d. c. quodam.* Intellige quo ad nullitatem actus, qui geritur, non quo ad pœnam impositam facienti actum. *Barbos. de claus.* 40. *num.* 13.

6 Vbi decretum irritans non apponitur sæpè locum habet regula, Multa fieri prohibentur, facta tamen tenent. *gl. referri. in cap.* 1. *de concess. præben. lib.* 6. Nā decretū irritans negat omnē potentiā. *c. si eo tēpore. de elec. in* 6. *Vide Barb. de decr. irrit. claus.* 40. *per tot.*

DEFENSIONES.

1 Religioso reo, quantumcumque confesso, tenetur Iudex regularis, nedum offerre, & dare terminum defensionum, etiam si eas, non petat, sed etiam assignare Procuratorem, seu Consiliarium peritum, ad eas formandas. *Spath. de mo. cur. Regul. trac.* 10 *cap.* 1. *num.* 4.

2 Defensiones ex causa innocentiæ, semper sunt acceptandæ, etiam post latam sententiam. *Innoc. in c. significantibus de purgat. vulg. Bald. in l.* 1. §. *si filius. ff. ne quis eum, qui in ius.*

DEFVNCTVS.

1 Possunt Regulares, inconsultis Parochis, deferre ad suas Ecclesias Fratres suos, qui extra Monasterium moriuntur, & qui etiam à Curatis sacramenta receperunt. *Sac. Cong. Archiep. Bonon.* 2. *Iulij* 1620. *Peyr.* 3. *p. Ritual. notab.* 1. *& tom.* 2. *priuil. in const.* 7. *Pij V. num.* 12.

2 Quando moritur Superior aliquis Religiosorum, vel Magister: aut Cathedraticus, non possunt Regulares, corpus illius portare per Ciuitatem, per plateas, & alias Parochias cum musica, & alijs ritibus extraordinarijs, aut illi imponere pluuiale, sine interuentu Parochi. *Sac. Cong. vt supra.* Oppositum tamen seruari vidi, & audiui, pluribus in locis.

3 Defunctorum cadauera, de domo propria leuare,

re, non licet Regularibus, nisi de licentia, & consensu proprij Parochi, vel nisi requisitus, venire expressè omninò recuset. *Quarant. in sum. bull. v. Priuil. Regul. Peyr. tom. 1. priuil. in const. 26. Leo X. §. 10. num. 20. & Barbos. de off. Paroch. c. 26. n. 66. & in collect. bullar. v. Cadauer, vbi adducit declarationem Sac: Cong.*

4 Defunctorum corpora sepelienda in Ecclesia Regularium, directè deferenda sunt ad eam, non obstante consuetudine, quod prius deferantur ad Ecclesiam matricem, dummodò Curato soluantur iura sepulturæ, & solita emolumenta. *Barbos. in collect. v. Defunctus, & Nouar. in Lucer. eod. num. 5.*

5 Regulares ad funus vocati conuenire debent ad Ecclesiam, parochialem, intra cuius limites defunctus existit, & inde, cum Parochò ad domum defuncti, & ex ipsa, sub Cruce illius Ecclesiæ pergere, ad quam defunctus deferri debet. *Peyr loc cit. nu. 19. Barbos. & Nouar. n. 2. Vide Gauant. in man. v. Exequiæ. n. 11.*

6 Etiam quando ad Ecclesias Regularium defunctorum corpora deferuntur, pertinent ad Parochum declarare, non solum per quam viam duci debeant, sed etiam omnia necessaria vsque ad ianuam Ecclesiæ disponere. *Barbos. v. funerale, & Nouar. num. 4.*

7 In associando corpore defuncti Curatus Regularis, ad cuius Ecclesiam cadauer defertur, procedat inter Curatos; Regulares verò, è quibus ille Curatus est, procedant suo loco. *Sac. Cong. 14. Augusti 1584.*

8 Regulares, ad quos defertur defunctus, neque domi, neque in via, officium facere possunt vt Parochi. *Sac. Cong. 28. Octob. 1584.*

9 Defunctorum Hæredes, pro defuncto ad sepulturam associando, conuocare possunt numerum Sacerdotum, & Religiosorum sibi bene visum ad cadauer Sepulturæ associandum, quolibet contrario prætextu, per Parochum deducto non obstante. *Sac Cōg. apud Lezan tom. 2. c. 1. n. 43. & tom. 3. v. defunctus n. 7. Barbos. de off. Paroch. c. 26 à n. 57. & Peyr. in formol. lit. Z. cap. 3. append. 2. num. 2.*

10 Quoties cadauera ad Ecclesias Fratrum Mendicantium deferuntur, officia mortuorum, ac reliqua munera, super ipsis cadaueribus, non à Canonicis, neque à Clero, neque à Curatis, sed ab ijsdem Fratribus obiri debent. *Peregr. 2. p. sui comp. tit. sepultura in Scholio. §. 3. Peyr. tom. 1. priuil. in const. 2. Iulij II §. 21. n. 57. & Leza. v. defunctus, vbi adducit declarationem Sac. Cong. 17. Nouemb. 1638.*

11 Candelæ & intortizia, quæ per viam deferuntur circa cadauera, & quæ pro celebrandis diuinis officijs accenduntur, finito officio, extinguenda, & pro æquali portione diuidenda inter Parachos, & Ministros aliarum Ecclesiarum. *Sac. Cong.* R.R. *Præfect. Vrbis. Barbos. de off. Paroch. cap. 25. n. 42.* Extra Vrbem tamen standum est consuetudini. *Lez. to. 2. c. 1. nu 48.*

12 Si occasione iuris Sepulturæ oriatur controuersia, non debet propterea cadauer manere insepultum, sed statim sepeliendum. *Barbos. v. cadauer. vbi adducit declarationem Sac. Cong.*

13 Prelati regulares, defunctorum cadauera in suis Ecclesijs sepulta possunt exhumare; & in alia loca earumdem Ecclesiarum, de partium consensu transferre,

re,& si non sunt sepulta in capella propria, etiam sine consensu partium. *Villalob. to. 2. trac. 31. differ. 6. n. 4. ex priuilegio Leon. X.*

Reliq. in v. Sepultura.

DEGRADATIO.

1 NOn habent Prælati Regulares facultatem degradandi suos subditos. *Gauant. in man. v. degradatio. nu 6. & Sayr. de cens. lib 5. c. 20. nu. 28.* Quare, casu, quo Religiosus committat crimen degradatione dignum vocandus est Episcopus. *Vide c. 1. de hæret. & c. degradatio, de pæn. in 6. & Conc. Trid. sess. 13. de reform. cap. 4.*

2 Potest quidem à dictis Prælatis fieri degradatio verbalis, quæ ab alijs dicitur depositio. *Alderet. de relig. discipl. c. 3. num. 24. & 25.*

3 Prælati Regulares habentes facultatem dispensandi cum suis Subditis in quibuscumque pœnis, non possunt subditos degradatos in pristinum statum restituere, casu quo post degradationem, non essent tradendi curiæ seculari. *Silu. in sum. v. Degradatio. num. 11. & Bonac. de cens. disp. 1. punct. 1. num. 4.*

4 Non gaudet degradatus priuilegio canonis, nec fori. *c. nouimus. de verb. signif. & c. degrad. de pæn. in 6. Silu. num. 8. & Alderet. lib. 2. cap. 27. §. 4. num. 13.*

Reliqua in v. Depositio.

DELEGATVS.

1 REligiosus non Prælatus, non potest esse delegatus ad litteras Pontificis, vel eius

Legati exequendas,nisi ex certa scientia à Pontifice destinetur.quia earum executio non committitur.nisi dignitatem habentibus,tanquam idoneis. *Viuian. in c.statutum in princ.de rescript. in 6. Abb. in Clem. 2. de rescript.n.12.Cardinal.ibid.nu.2.oppos.3.Silu.v. delegare q.2.n.3.Angel eod.n.3.Rosell.eod.nu.11.& Sanch. 6.in decal.c.13.n.74.*

Amplia ad eum,qui in Monasterio aliqualem Superioritatem habet, sed habet Superiorem in eodem Monasterio,supra se. *Clem. 2. fin.de rescript & Sanch. num.75.& seqq.*

2 Delegatus inferior dignitate dari non debet partibus,inter quas causa committitur.*c. cum causa. 22.de elect.*

3 Si Delegatus à Prælato Generali,vel Prouinciali officio priuetur,non potest contradicere.*c. ad Monasterium.§.talis.de sta.Monach. vbi Abb. Spath. de mod. cor.Regul.tract.9 cap.3.num.1.*

4 Delegatus ad vniuersitatem causarum, potest alium subdelegare in casu aliquo particulari,non tamen vniuersalem iurisdictionem in alium transferre. *Sanch.lib.3.de Matrim.disp.31. num. 2. & 3. Barbos. in cap.cum causam.de appellat. num.5. & Peyr. in formul. lit.V.cap.7.num.1.*

5 Delegati iurisdictio expirat morte Delegantis, nisi negotium fuerit inceptum.*Peyr to.3.priuil.cap.4. num.10.& in formul.lit.D.c.3. num. 6. vbi citat Venerum in exam.lib.7 c.11.num.38.*

6 Delegata causa,videtur delegata omnia,sine quibus causa expediri nō potest.*gl.vētil.in c.fi. de iudicijs.*

7 Delegatio, vel commiſſio generalis omnium negotiorum fieri non debet, quia per eam abſorbetur iuriſdictio Ordinarij, quod fieri non debet. *gl. elegerint in cap. ad hæc ſumus. de reſcrip.*

8 Delegatio facta dignitati, non expreſſo nomine perſonæ, tranſit ad ſucceſſorem. *c. quoniam Abbaſ. de off. delegat.* quia dignitas eſt indiuidua, & nunquam moritur, nec mutatur.

DELICTVM.

1 Delictum dicitur notorium, & publicum ſi, coram quinque perſonis ſit commiſſum. *Spath. de mod. cor. Regul. tract. 3. cap. 14. num. 6.* Alij requirunt decem perſonas. At certa regula præſcribi non poteſt, ſed ſtandum prudentiæ Prælatorum. *Sot. in 4. diſt. 12. quæſt. 2. art. 6.*

2 Ex delicto Superioris non tenetur Conuentus. *Cened. de paupert dub. 38. n. 3. Leſſ. 2. de iuſt. cap. 41. dub. 2. num. 90. & Molin. tom. 1. de iuſt. tract. 2. diſp. 140.*

Limita, niſi delictum ceſſerit in Conuentus vtilitatem, vel eiuſdem Conuentus Capituli interceſſerit conſenſus. *ibid.*

3 Si delictum, ſub ſigillo ſecreti, detectum ſit Prælato, conſilij, vel auxilij ab eo petendi cauſa, non poteſt ab eodem Prælato de eo inquiri. *Spath. tract. 7. c. 8. n. 3.* Secus, ſi Prælatus alia via id nouerit. *ibid. n. 5.*

4 Si duo, vel tres iurent Prælato Religioſum commiſiſſe aliquod delictum, non poteſt contra illum Prælatus procedere iudicialiter niſi aliqua præceſſe-

rit, infamia. *Caiet.2.2.quæst.33.artic.7.ad 5.Portell.in dub.Regul.v.Correct.frater.num. 13.& Sanch. tom. 2. conſ. mor.lib.6.cap.3.dub.25. vbi ex D. Anton. Silu. & Armill.*addit, Prælatus ſecus facientem exponere ſe periculo incidendi in excommunicationem contra inijcientes manus violentas in Monachum. *Vide Spath.trac.3.cap.5.*

5 Si Religioſus ſit diffamatus, vel conuictus de aliquo delicto non poteſt inquiri de alijs, de quibus nō eſt diffamatus. *Sot.de ſecr.mēbr.2.q.6.dub.5.& lib. 5.de iuſt.q.6.a.2.& Nau.c.inter verba.corrol.*51. Sicut conuinctus de delicto, non poteſt, ſaltem regulariter, inquiri de ſocijs, de quibus nulla pręceſſit infamia. *Nauar.in man.c.18.num.39.& c.25.num.26.*

6 Religioſus vt fugiat tormenta, vel mortem, non debet ſibi falſum delictum imponere, præſertim ſi ſit perſona grauis, optimæ famæ, & magni nominis, quia hoc cederet in magnam Religionis infamiam. *Spath. trac.9.cap.26.*vbi cum hac limitatione ait intelligendum eſſe *D. Th.2.2.quæſt.129.art.* 1. docentem vnumquemque dominum eſſe ſuæ famæ.

7 In delictis in quibus non adeſt dolus clare, tutius eſt à pœna corporali abſtinere, & ad aliàs priuationes & inhabilitates pro qualitate delicti recurrere. *Spath.trac.*10.*cap.* 10. Porrò, ex quibus coniecturis præſumatur dolus, vide *ibid.num.7*

8 Delinquere ex temeritate, dicitur quis, quando delinquit contra ius obedientiæ, *cap.fin. de translat. Epiſc.*

9 Delinquere pertinaciter, & ex contemptu dici-

tur

tur,qui lata in eum sententia, in delicto, & contumacia,longo tempore perseuerat. *c. Cum bonę mem. de ætat.& qualit.*

10 Potest Prælatus dissimulare delicta, si ex punitione timet,ne delinquens fiat deterior.*Abb. in c. vt Clericorum de vit. & honestat. Cleric.* Caueant tamen Prælati ne sub hoc prætextu auocentur à munere correctionis,sed potius seruent doctrinam.*D. Anton.3.p. sum.tit.19.c.11.§.6. Vide Bernard. Diaz.de Lugo in sua prac.crim.de concub. c.79. Vmbert. in regul. D. Aug.c. 164.& Spath.tract.3.cap.7.*

11 Delictum Prælati in damnum Ecclesiæ redundare non debet.*reg.delictum 76.de reg.iur.in 6.*Intelligitur de delicto in faciendo, non de delicto in omittendo,puta in non repetendo rem Ecclesię; hoc enim Ecclesiæ nocet.*ibid.*

12 Religiosus de aliquo delicto conuinctus, quod commiserit illud à pluribus annis,nec fuerit punitus, potest nihilominus puniri.*Rodriq. tom. 2.q.5. art.11. & Spath.tract.3.cap.15. num. 1.* Intelligitur quando delicta sunt in damnum communitatis. *Innoc. cap. ad nostram.de appell.n.vnic.in fin.*

13 Potest in aliqua Religione fieri statutum, vt certo tempore elapso, de delictis, amplius iuridicè denunciari,seu accusari non possint Religiosi. *Peyr. de subd.q.1.c.16 §.4.vbi accumulat plures Doctores.*

14 Regularis manens sub regulari obseruantia in membro, seu Grangia sui Conuentus pro seruitio ipsius,si ibi delinquat,non ab Episcopo,sed à suo Superiore puniri debet. Talia enim loca gaudent priui-

legijs

gijs suorum Monasteriorum. *Ricc. decis. 281. num. 4. p. 4. & Nouar. in Lucer. v. Delinquens. nu. 11. & 12.* Secus verò si extra Monasterium degat, licet de Superioris licentia. *Piasec. in prax. noua Episc. p. 2. c. 3. num. 42. Barbos. alleg. 105. num. 16. & Nouar. nu 10. qui referunt, ita declaratum esse à Sac. Congr.*

Reliqua in v Infamatus. Inquirere peccatum.

DENVNCIATIO.

1 DEnunciatio alia est Euangelica, quæ fit Superiori, vt Patri; alia Iudicialis, quæ fit Superiori, vt Iudici. *Peyr. in formul. lit. D. & Spath. de mo. cor. Reg. trac. 5. cap. 1. & 2.*

2 Debent Regulares, in Visitationibus, & etiam extra illas denunciare crimina, quæ directè sunt contraria bono communi Religionis. *D. Thom. 2. 2. quæst. 68. art. 1. Silu. v. Accusatio. quæst. 2. & Lezan. v. Accusare. num. 9.*

3 Non tenetur Religiosus delicta proximi, quorum non præcessit infamia, aut semiplena probatio vel aliquod indicium, denunciare, quando Prælatus intendit procedere ad pœnam, etiam si hoc sub censura à Prælato ei præcipiatur. *Cordub. quæst. 64. Sayr. in clau. reg. c 14. num. 28.*

Limita nisi crimina sint contra bonum commune. *Suar. de Relig. to. 4. lib. 10. c. 11. num. 8. & Spath trac. 3. c. 8. Vide Caren. de off. S. Inquis. p. 2. tit. 9. §. 4. per tot.*

4 Nec tenetur Religiosus denunciare delictum alterius, quem scit esse emendatum, nec velle amplius

pec-

peccare; vel, si tractetur de damno tertij, scit illi esse satisfactum, aut proximè paratum ad satisfaciendum. *Cordub. loc cit. Clau. reg. n. 27. & Portell. in dub. Regul. v. Denunciatio num. 7.*

Limita nisi Superior aliter præcipiat ob punitionem, & exemplum aliorum quia nimirum, delictum fuit publicum, & cum scandalo. *Lezan. num. 13.*

5 Delictum, quod est in damnū particularis personæ, licet sit occultum, est Superiori denunciandum, absque præmissa correctione fraterna. *D. Thom. 2.2. q. 33. art. 7. & Vega. p. 1. sum. c. 71. cas. 35.*

Limita nisi per secretam admonitionem, prouideri possit damno proximi. *Peyr. de subd. quæst. 1. cap. 16. §. 2.*

6 Nullus tenetur ad denunciandum, quæ auditu tamen percepit. *Spath. tract. 5. c. 11. vbi citat Cordub. Nauar. & Huttierez.*

7 Subditus certus, quod Prælatus nullum remedium adhibebit, vel quia negligens est in puniendo, vel quia amicus delinquentis, non tenetur denunciare delictum commissum. *Portell. in dub. v. Correct. frater. n. 9. & Sanch. to. 2. cons. mor. lib. 6. c. 2. dub. 17. ex D. Anton. & Silu.* Tunc enim cessat finis obligationis.

8 Contra viros in Religione eminētes acceptanda non est denunciatio, sed sola accusatio ad pœnam talionis; Alias malignantes, sub spe indemnitatis ansam captarēt opprimēdi præfatos viros in Religionis perniciē. *Spath. tract. 5. cap. 3. vbi accumulat plures. DD.*

9 Denunciator nec se obligat ad pænam talionis, nec tenetur verificare accusationem, & se subscri-

ſcribere, nec poteſt appellare, vt poteſt accuſator, qui eſt verus Actor. *Spath. tract.* 5. *cap.* 5. *& Boſſ. tit. de Denunciat. num.* 14.

10 Si denunciata crimina non ſunt ſufficienter probata, abſolui debet denunciatus, & ſic non eſt locus delationi iuramenti in ſupplementum probationis. *c. fin. & ibi gloſ fin. de calumniat.*

Reliqua in v. delictum. Viſitatio.

DEPOSITARIVS.

1 DEpoſitarij officium non poteſt ſuſcipere Religioſus ab extraneo, niſi de licentia Prælati. *Molin. tom. 2. de iuſt. diſp.* 125. *num.* 4. *Sanch.* 6. *in decal. cap.* 14. *n* 27. *& Cened. de pauper. dub.* 14. *n.* 14. Stādū verò in hoc particularibus Religionū ſtatutis.

2 Non tenetur Monaſterium de depoſito, ſi lata culpa, vel dolo Religioſi depoſitarij, id pereat, vel fiat deterius, niſi tamen Monaſterium, per hoc, redditum ſit locupletius. *Leſſ.* 2. *de iuſt. cap.* 27. *dub.* 3. *num.* 12. *Silu. v. Depoſitum. q.* 2. *num.* 3. *Piſanell. eod. §. Eccleſia. & Angel. eod* §. 4. Secus autem, ſi Depoſitum factum ſit Monaſterio de conſenſu Prælati, & Capituli. *cap.* 1. *de depoſito. iuncta gloſ ver perſonæ. & Sanch loc cit.*

3 Depoſitarius, regulariter, non tenetur de culpa, niſi ſpontè obtulerit ſe depoſito, vel aliquid receperit pro eo. *c. fin. de depoſito.* quia tunc contractus fit in gratiam vtriuſque. *Viuian. in d. c. fin.*

4 Depoſitarius, non minorem diligentiam debet præſtare in rebus depoſitis, quā in ſuis *gl.* 1. *in c. fi. eod.*

De-

5 Depositarius, si sit in mora reddendi rem depositam, & post moram pereat, periculo depositarij perijt, etiam si casu perierit. *gl. 1. in reg. quod sine culpa. de reg. iur. in 6.* quia mora sua cuique nocet. *c. mora. de reg. iur. in 6. & c. decimæ. 16. quæst. 1.*

DEPOSITIO.

1 DElicta depositione digna sunt Dilapidatio Periurium, & Excommunicatio. Intellige quando in excommunicatione quis stetit per annum. *c. in nostra. de Procurator.* Vnde propter hæc crimina, & alia, de quibus. *Sà v. Depositio. num. 2.* possunt. Prælati Regulares, hac pœna afficere suos subditos; nisi tamen aliter cautum sit per Religionum statuta. *Lezan. v. Depositio num. 4. Vide Alderet. de religios. discipl. lib. 1. c. 3. n. 22. & 23.*

2 Depositionis pœna pro crimine non debet imponi, nisi lex specialiter id exposcerit. *glos. 1. in sum. 15. quest 3.*

3 Depositionis pœna affectus, licet sit remotus; ab Altaris ministerio, & gradu Ecclesiastico sine spe restitutionis, retinet tamen priuilegiorum fori, & canonis. *Silu. v. degrad. nu. 1. & Alderet. lib. 2. c. 27. §. 4. n. 7.* *Reliqua in v. Degradatio.*

DETRACTIO.

1 DEtrahentes, præsertim Prelatorum, sunt infames, & deteriores raptoribus rerum.

rum. *can. deteriores. 6. quæst. 1.*

2 Prælatus audiens ſibi detrahi in re graui, tenetur ſub mortali famam ſuam defendere. *D. Th. 2. 2. q. q. 73. ar. 4. Sot. 5. de iuſt. q. 10. ar. 2. Valent. to. 3. diſp. 5 q. 16. p. 3. Molin to. 5. trac. 4. diſp. 37. n. 6. & Peyr. de Prælat. quæſt. 2. cap. 3.* §. 11. Habet enim Prælatus ſuam famam obſtrictam regẽdis ſubditis. Immò peccat Prælatus remittens ſuis detractoribus famæ reſtitutionem. *c. 1. & ibi gl. 2 de maledicis. Molin. loc. cit.*

3 Peccat grauiter Prælatus audiens aliquem detrahentem ſuo ſubdito, & ei non reſiſtens. *D. Th. loc. cit. Sot. art. 4. Mol. diſp. 34. n. 5. & Valent. q. 17. p. 4.* Tenetur enim Prælatus curare famã ſuorũ ſubditorum.

4 Si cui detractum eſt inſtet pro reſtitutione famæ tenetur Prælatus ſub mortali compellere detrahentem, vt famam reſtituat. *Molin. diſp. 37. num. 6. & Leſſ. 2. de iuſt. c. 11. dub. 23. nu. 121.*

Reliqua in v. Infamatus. Iniuria. Murmuratio.

DIFFINITOR.

Vide v. Aſſiſtens.

DIGNITAS.

1 DIgnitas propriè eſt adminiſtratio cum iuriſdictione, cuiuſmodi ſunt Prælatiæ Religionum v. g. Generalatus prouincialatus, Prioratus, Abbatia, &c. *c. 1. & ibi gl. 1. de conſuetud. lib. 6. Lezan. tom. 2. c. 13. num. 2.*

2 Ad dignitatem, non ambitione, ſed labore conuenit

uenit peruenire *gl.pe.in c.cum post.46.de elect.*

3 Ad dignitates quascumque, quibus animarum cura subest, nemo promoueri potest, qui saltem vigesimumquintum annum suæ ætatis, attigerit, & in Clericali ordine versatus, doctrina, ad suum munus exercendum necessaria, ac morum integritate commendetur. *Trid.sess 24 de reform.c.12.*

4 Dignitas Ecclesiastica ob duo obnubilatur, & offuscatur scilicet, ex vagatione, & mendicitate. *Clem. in plerisque.de elect.*

5 Religiosus assumptus ad dignitatē, extra suum Ordinem, non absoluitur à votis Obedientiæ, Paupertatis, & Castitatis in professione emissis. *D.T.2.2. q.88.art.11.ad 4.& q.185. art. 8. & Enriq. lib. 10. de Sacram.Ord.c.32.nu.5. Contrarium docet Dian.* Quoad votū paupertatis. *p.5.tract.2.resol.64.65.& 66.*

6 Nō possunt prælati Regulares, ad instātiā quarūcumque personarum extra Ordines suos existentium, alicui Religioso dignitates conferre. *Peyr.to.2. priuil. in const.5. Pauli V.& tom.3.cap.10.à n.1.& Lez.to.1. c.18.nu.82.vbi adducit plures constitutiones Sum.Pont.*

7 Regulares, qui votum emiserunt de non petenda, seu procuranda, minusue acceptanda, dignitate, aut superioritate, extra suam Religionem, etiamsi ad aliam Religionem transeant, vel à Religione expellantur, vel habitum dimittant, non sunt liberi à prędicto voto *Vrb. VIII. in motu proprio. 21. Maij 1635. apud Lezan tom.2.c.13.num.4.*

8 Tenetur subditus obedire Pręlato sibi præcipienti, vt acceptet aliquam dignitatem intra Ordinem.

nem. *D.Thom.2.2.quæst.104.art.5.ad 3. Sanch. 6. in decal c.2 n.52.& Mirand.tom.2.Man.quæst.23.art.31.* Aliàs malè prouisum esset disciplinæ regulari, si possent subditi refugere Religionis gubernia. Quod verum est, etiamsi subditus, tali munere, se non omninò dignum iudicet. *D. Anton.3.p. tit. 16. cap.1.§.9. & Sanch.cap.3.num.11.*

Fallit verò, si subditus absolutè sit indignus. *Peyr. de subd.q.1.cap.10.*

9 Non potest Superior Regularis præcipere subdito, vt acceptet dignitatem extra Ordinem. *Valent. tom.3.disp.10.q 3 p.3.assert.6.Ledesm. de sta. Episc.c. 3 concl.9.Less.2. de iust.c 41.dub.9.& Sanch. 6. in decal.c.2.n.49.* Non enim potest Prælatus pręcipere, nisi quæ pertinent ad regulam.

10 Dignitate qui præcellit, vilissimus computandus est, nisi præcellat alios scientia, & sanctitate. *glos. multo fortius in c.cum in cunctis.7.de elect.*

11 Dignitas aggrauat delictum, & per consequens pænam *gl.2.in can.hi,qui.15.q. 8.& can si quis per capillum.& ibi add.Marg.22 q.1.*

12 A dignitate, vel honore habito non remouetur quis propter simplicitatem, vel inhabilitatem, sed datur ei coadiutor. *gl.fin.in can. Episcoporum. dist. 74.*

Reliqua in v.prælatura.

DILAPIDATIO.

1 De dilapidatione suspectum potest Iudex, sine accusatore remouere, si ipsi iudici li-

queat

queat apertissimis argumentis, eum esse suspectum. *glos. suspectus in c. venerabili de off. deleg. & can fin. & ibi gl. 2. 3. quæst. 2.*

2 Dilapidationis suspicio probatur ex solis coniecturis, etiam ad effectum suspendendi Prælatum ab administratione. *c. licet. Heli. 31. de simon.*

3 Dilapidator dicitur, qui fructus Ecclesiæ conuertit in malos vsus, etiam proprios. *can. fin. 3. quæst. 2.*

4 Contra Prælatum denunciatum de dilapidatione fit commissio super veritate inquirenda, & pendente negotio, debet ei interdici potestas alienandi. *cap. fin de accus.*

Reliqua in v. Depositio.

DIMISSORIAE.

Vide v. Ordo.

DISCORDIA.

1 Discordia est de se pacis ęmula, mater litium, materia iurgiorum. *gl. discordia. in extrau. Quorumdam. Io. XXII.* Ideo est extinguenda, & pax conseruanda. *extrauag. Ad vniuersalis. de tregu. & pac. inter commun.*

2 Inter subditos qui in malum conuenerunt, debent aliquando Superiores ponere discordias. *Peyr. de Præl. quæst. 1. cap. 7. num. 33.*

3 Discordantes subditos, potest Prælatus cogere ad concordiam, etiam sub pæna excommunicatio-

nis, *c. placuit dist. 90. & c. Prælatum. eod. Peyr. num.* 32.
Reliqua in v. Pax.

DISCRETIO.

1 Discretio dicitur mater cæterarum virtutum. *gl. prouide. in extrau. Sedes Apostolica. Io. XXII. c. 1. & ibi gl. discretione. de off. custod. gl. discretione in c. pastoralis. §. item cum de off deleg.*

2 Discretio exigitur in quocumque officio, quantuncumque minimo. *c. 1. & ibi gl. discretione cit.*

DISCRETVS.

1 Illegitimi, non habita prius dispensatione, non possunt eligi in discretos pro Capitulis Generalibus. *Rodriq. tom. 1. quæst. 13. art. 19. Peyr. tom. 2. priuil. in const. 2. Iulij II. §. 29. num. 91. & Lezan. tom. 2. c. 12. num. 17.*

2 Discreti Capitulorum Generalium, vel Prouincialium, debent habere conditiones Electorum, de quibus *v. Electio.* Præter has autem standum est particularibus Religionum statutis.

3 Discreti electio potest fieri per sortes. *Franc. Mar. Samuel. in suis disput. de can. elect. trac. 1. pag. 110. vbi adducit praxim Congreg. S. Bernardi in Italia, ex dispositione Greg. XIII. & Cong. S. Saluatoris.* In nostro etiam Ordine Fesulano ab anno 1536 & deinceps, sic semper obseruatum fuit. *Vide Suar. tom. 1. de Relig. tract. 3. lib. 2. c. 12. num. 8. Sanch. tom. 1. oper. mor. lib. 2.*
cap.

cap.38.n.75.& Sigismund.de elect.n.6.dub.27.

Reliqua in v. Sors.

DISPENSARE.

1 DIspensare est actus iurisdictionis spiritualis, solis Prælatis Ecclesiasticis, iure ordinario competens. *D.Th.2.2.q.88.art.12.*

2 Possunt Prælati Regulares dispensare in votis simplicibus suorum subditorum. *Sanch.4.in decal. cap. 39.num.3. Valent.tom.3.disp.6.q.6.p 7. Less.2.de iust c. 40.dub.13.num.107. Suar.tom.2.de Relig.lib. 6. de vo. cap.10 num.15.& tom.4.trac.1.lib. 2.cap. 12. & Rodriq.tom 1.quæst.25.art.4.*

3 Quandoque etiam Prælatus Regularis dispensat contra canonem. *Clem.1 §.si qui de priuil.*

4 Prælati, in omnibus, in quibus possunt dispensare cum suis subditis, possunt id facere extra suum territorium & etiam cum subditis absentibus; nam dispensare non spectat ad iurisdictionem clamorosam. *Portell.in addit.n.10.ex Suar.& Sanch.*

5 Vt dispensatio subsistat, duo copulatiuè requiruntur, nempè auctoritas, & causa iusta. *D.Th.loc. cit. ad 2.vbi Caiet.Silu.v.Dispensatio q.2.num.4. Lopez.1.p. instruct.c.4.in princip. Valent.to.2.disp. 7.q. 5.p. 9. & Sot.1.de iust.quæst.7.art.3 concl.1 & 2.*

6 Si causa existente iusta, & rationabili, Prælatus nolit dispensare, peccat. *Panorm.in c.pastoralis de appellat num.17. Pisan.v.Dispensat.& Mirand.to. 2. man. quæst.30.artic.16.* Quæ autem sit iusta causa, expli-

cat *Peyr. de ſubd. quæſt.* 1. *cap.* 12. §. 5.

7 Diſpenſatio iurè petita,& iniuſtè negata, videtur ipſo iure conceſſa. *Enriq. lib. 6. de pænit. c.* 13. *num.* 4. Intellige non de gratuita, ſeù gratioſa, ſed de debita. *Vide Grat diſcept. forenſ. cap.* 146. *num.* 17.

8 Stante cauſa dubia diſpenſationis, non debet Prælatus illam remittere conſcientiæ ſubditi. *Caiet.* 2. 2. *q.* 147. *art.* 4. *ad* 1. *Rodriq. tom.* 1. *q.* 26. *art.* 5. *& Graff.* 1. *p. deciſ lib.* 2 *num.* 57.

9 Si adſit cauſa iuſta,& neceſſaria diſpenſationis, ſed non adſit Prælatus, qui diſpenſet, poteſt ſubditus recurrere ad Epicheyam, iudicando ſcilicet rigorem legis, in tali caſu, eſſe mitigandum, ſeu non teneri ad legem ſeruandam. *Rodriq. ibid. cum D. Anton. p. p. tit.* 17. *cap. vnic.* §. 20.

10 Diſpenſatio quælibet, vtilitatem, & neceſſitatem exigit. *c. à multis de ætat. & qualit. gl. fin. in c. in cauſis. de re iudic.*

11 Si ſubditus dubitat an Prælatus poſſit, vel habeat iuſtam cæuſam diſpenſandi, tenetur obedire. *Roſell. v. Obed. num* 19 *Angel. v. Relig. n.* 29. *& Silu. v. Religio.* 6. *q.* 9. In dubijs enim, ratio ſtat pro Superiore.

12 Diſpenſare poteſt Prælatus Regularis ſecum, in in his, in quibus poteſt cum alijs; Alias, deterioris eſſet conditionis, quam ſubditus. *D. Th.* 2. 2. *q* 185. *ar.* 8. *in fi. corp. Rodriq. to.* 1. *q.* 26. *art* 5. *Salas. de leg. diſp.* 20. *ſect.* 12. *num.* 105. *& Mirand. to.* 2. *man. quæſt.* 31. *art.* 5.

13 Diſpenſare poteſt Epiſcopus in voto, quo exiſtens in Religione laxiori, vouet ſtrictiorem. *Gauant. in man. v. votum. num.* 5.

Di-

14 Dispensatio Abbatis cum Monacho, quod stet semper extra claustrum; vel quod conuersus stet extra Monasterium, non valet. *Bertach. v. Dispens. pag. 277. vbi citat Ostiens. in c. ex rescripto. de iureiuran. & Arch. in c. præsente. de off. Ordin. Vide v. Claustrum. in 6.*

15 Dispensare possunt Confessarij Regulares cum coniungatis incestuosis in petitione debiti. *Cassarub. in comp. priuil. mend. v. Dispens. num. 17. Rodriq. tom. 1. quæst. 61. art. 1. Mirand. tom. 1. quæst. 47 art. 1. Portell. v. Confess. Regul. erga secul. nu. 23. Sanch. lib. 8. de matr. disp. 16. num 8. & Io: à Cruc. de priuil. lib. 2. ca. 6. dub. 9. concl. 1.* Huiusmodi verò Confessarij debent esse, ad hoc munus dispeusandi, specialiter deputati à Superioribus Monasteriorum. *Lezan. v. Affinitas. num. 5.*

16 Dispensare potest super statutis nostris Præpositus noster Generalis cum quibuscumque Fratribus nostris, & nostri Priores cum sibi subditis tantum, in toto, vel in parte, vt eis videtur. *Eug. IV. vt est. in cap. 37. nostrorum priuil.*

17 Eam habent nostri Priores dispensandi cum sibi subditis potestatem, quam minores Pænitentiarij in Curia Romana habere consueuerunt. *Mart. V. cap. 43. & Sixtus IV. c. 116. nostr. priuil.*

18 Dispensatio alia est collatiua, & alia restitutiua Collatiua est, quæ fit quo ad quid futurum. Restitutiua verò, quæ fit, vt ex retro, quando scilicet quis restituitur antiquis natalibus, quia per eam efficitur verè legitimus. *Grat. discept. forens. c. 496. n. 30.*

19 Tot debent esse dispensationes, quot sunt obstacula, cum vna dispensatio non tollat omnes de-

fectus. *Grat. cap. 397. num. 39.*

20 Dispensatio non ita facilè datur habenti resistentiam iuris, & Concilij. *Grat. ibid. num. 41. & 42.*

Reliqua in v. Irregularitas. Votum.

DISPVTATIO.

1 DIsputationes fieri possunt à Regularibus in suis Ecclesijs, tempore Capituli generalis; Alijs verò temporibus id non permittitur *Sac. Congr. Episc. 17. Ianuar. 1594. Episcopo Perusiæ.* Consuetudo tamen iam obtinuit contrarium.

DISSIMVLATIO.

1 DIssimulatio est peccatū mortale in Prælato. *gl. pe in c. Clericos. de immun. Eccl. lib. 6.* Dissimulans enim aliquid mali, consentire videtur. *gl. in 3. in c. 1. de collus. deteg.*

Limita tamen iuxta dicta v. correptio. num. 9.

2 Dissimulare quandoque licitum est, etiam Iudici. *gl. 1. in can. fi. 30. q. 5. vt dictum est in v. Delictū. n. 10.*

DIVORTIVM.

1 QVi potest facere perpetuum diuortium propria auctoritate potest etiam ingredi Religionem, & validè profiteri, licet inuito altero coniuge. *Rebell. lib. 3. quæst. 4. & Bonac. quęst. 3. de Matr. punct. 4. propos. 3.*

Reliqua in v. Mulier. Vxoratus.

DO

DOCTOR.

1 DOctores dicuntur in iure ciuili, vel Canonico; Magiſtri verò in Theologia, vel Artibus. *gl. doctoratos in Clem 2. de Magis.* Poſſunt tamen Doctores vtriuſque iuris appellari etiam Magiſtri. *§. Sanè. in proem. lib. 6.*

2 Doctores in Eccleſia ſunt validè honorandi: vnde eorum ordo eſt quaſi præcipuus, & priuilegiatus in Eccleſia *c. cum ex iniuſto. verſ. ſicut. & ibi gl. præcipuus. de hæret. & c. ſicut in vno. eod.*

3 Doctoratus inſignia ſuſcipientes, vel ad docendum in publicis Academijs aſſumpti, prius debēt Catholicā fidem profiteri. *extrau. In ſacroſancta. Pij IV.*

4 In Doctore ſufficit ſcientia ſufficiens, non eminens. *Clem. 1. de Mag.*

5 Doctor, ſeu Magiſter in Theologia, ratione dignitatis, & interpretationis dubiorum, quæ quæ concernunt materiam peccati, Iuriſperito, & Canoniſtę, præfertur: ſicut Canoniſta Ciuili: & Ciuilis Artiſtæ, vel Medico. *Homob. de hum. vit. ſtat. p. 2. c. 10 pag. 518. vbi citat Abb in cap. Clerici. ext. de iudic. Felin. in rubr. de maiorit. & obed. Tabien. & Silu. v. Doctor.*

Reliqua in v. Magiſter.

DOLVS.

1 DOlus, licet dederit cauſam contractui, vt quia deceptus, atque illectus quis ab Ab-

bate, vel à Monachis susceperit habitum Monachalem: non tamen ob id dicitur deceptus, cum in eo se Christo coniungere dicatur. *gl.2. in can.fin. 20. quæst.3.*

2 Dolus suus nemini debet patrocinari, vel prodesse. *c. cum olim Magister. & ibi gl.fi. de off. deleg. c.2. de dol. & contum. c. pen. in fin. de concess. præben. gl.1. in can. dictum. 30. q.1. & c. tuas. 13. de vsur.*

3 Dolus præponderat culpæ. *gl. commentum. in c.1. de restitut. in integ. lib.6.*

4 Dolum allegans, ex perspicuis indicijs probare debet: si tamen alter probare velit ignorantiam, auditur. *gl. coniecturas in c.2. de renunciat. in 6.*

5 Non semper dolus est reprehensibilis, sed aliquando licitè potest fieri *gl.1. in can. vt pridem. 23. q.8.*

6 Si quis per dolum, ad Religionem in genere inducatur, tenet professio. Secus autem, si ad Religionem in specie. *Bart. in auth. Ingressi. sub nu. 20. C. de sacrosan. Eccles. vbi latè de dolo bono, & malo.*

DOMINIVM.

1 DOminia rerum, & sic meum, & tuum sunt de iure ciuili. *can. quo iure dist.8.*

2 Dominationis amor quos inuasit, iugum disciplinæ fecit respuere. *gl. Religiosorum. in extrau. Execrabilis. Io: XXII.*

3 Dominium, seu proprietatem iurium, aut bonorum spiritualium, seu internorum animi, habent Religiosi. *D.T. 2.2. quæst. 186. art.7. ad 4.* Quare si accipiant iura aliqua Ecclesiastica, v. g. facultatem ex-

com-

communicandi, abſoluendi, diſpenſandi, &c. ſine licentia, non erunt proprietarij. *Nauar. com. 2. de Regul. num. 2 Sanch. lib. 7. in decal. c. 19. n. 58.*

4 Dominium etiam rerum, quæ non ſunt prætio æſtimabiles, vt v. g. paucarum reliquiarũ, agnus Dei, &c. poſſunt habere Religioſi. *D. Th. ibid.* Namque per votum paupertatis, ſolum abdicarunt à ſe dominium rerum, pecunia, aut pretio æſtimabilium. *Lezan. tom. 1. cap. 6. num. 4.*

Reliqua in v. Paupertas. Proprietas.

DOMVS REGVLARIS.

1 Licentiæ pro conſtruendis domibus Regularibus, quæ a Conc. Trid. ſeſſ. 25, c. 3. non niſi de Ordinariorum licentia, conſtrui prohibentur, gratis à prædictis Ordinarijs debent concedi, nec ſine legitima cauſa denegari: iuxta tamen decreta. *Clem. VIII Greg. XV. & Vrb. VIII. de quibus Lezan. to. 1. cap. 9. num. 34. & 35.*

Reliqua in v. Conuentus. Monaſterium.

DONARE.

1 Donare non eſt prohibitum Regularibus, ſi fiat de licentia ſui Generalis, vel Prouincialis, cognatis pauperibus, amicis, famulis, & ſocijs de ſe bene meritis. *Bariol. lit. D. vbi citat Nauar. in cap. non dicatis num. 25.*

2 Quando donare videtur interdici Regularibus,

vtin const. Clem. VIII intelligitur de donatione simplici, & ambitionis causa facta, non verò de remuneratoria. *Sanch. tom. 1 de matr. lib. 6. disp. 4 num 7. Rodriq. qq. Regul tom. 1. q. 27 art. 6. & Megal. 1. 2. instruct. confess cap. 27. quæst. 3. num. 25.*

3 Non prohibetur pariter in dicta Const. Clem. donatio ad redimendam propriam vexationem, vt cum quis donat Aduocato, vt lites sortiantur bonum finem. *Barthol à San Faust. de vit prop. q. 23. nu. 11. Vide Valer. v. munera; vbi ad verbum exponit constitutionem predictam Clem. VIII.*

4 Non, pro quacumque donatione, contra præfatam constitutionem facta, incurruntur pænæ in ea contentæ, nisi donatio sit duorum aureorum, licet alioqui Religiosus peccet mortaliter, & contra votum paupertatis. *Ita declarasse Clem. V III. viuæ vocis oraculo Generali Soc. Iesu, refert Lezan. v. donare. n. 15.*

5 Donatio inter Regulares, eiusdem, vel diuersi Monasterij, eiusdem tamen Religionis, non est alienatio, & sic neque prohibita, si fiat de licentia Prælati, ad quem spectat. *Lezan. ibid. num. 11.*

6 Donatio facta Ecclesiæ, vel Monasterio tempore ingressus, tacitam habet conditionem, si ipse donans ibi perseuerauerit: vnde eo recedēte, restituuntur sibi omnia bona donata. *gl. fin. in c. 3. de Cleric. coniung.* quælibet enim dispositio, etiam iurata dictam tacitam conditionem continet, *rebus sic stantibus*, ideoque donatis tenet tantum firmo Religionis proposito. *Gratian. disc. for. c. 96. à num. 1. vsque ad 32.* Secus de donatione facta Ecclesiæ, vel Monasterio sine

ingressu ad eam, licet postea sit eam ingressus, & recesserit; tunc enim non reuocantur donata, *ibid.*

7 Confessarij gaudentes priuilegio Patrum Iesuitarum, quo à Paulo III. ipsis conceditur, facultas absoluendi ab omnibus pænis, possunt absoluere Religiosos à pœnis contentis in præfata const. Clem. *Barth. à S. Faust. in thesaur. quæst.* 232.

8 Donans bona sua Monasterio, retento sibi vsu fructu, si postea filios habeat, reuocatur donatio quo ad legitimam filijs debitam. *Valer. in diff. vtr. for. v. donatio. diff.* 10. *vbi citat. c. si qua mulier.* 19. *q. vlt. Bart. Abb & Garz.* Intellige in foro iudiciali; nam alioqui in foro conscientiæ, tenetur Monasterium restituere omnia bona filijs postea natis propter præsumptam nimirum intentionem donatoris, quod donationem non fecisset, si habuisset filios. *Valer. ibid citans. D. August. in c. fin.* 17. *quæst.* 4.

Reliqua in v. Munus.

DVELLVM.

1 Ab excommunicatione incursa propter duellum, non potest quis absolui à Regularibus, virtute suorum priuilegiorum, nec etiam à Patribus Soc. Iesu. *Dian. p.* 2. *tract.* 6. *resol.* 103. *Vide tamen Nald. in sum. v. Duellum. num.* 6. *& Peyr. tom.* 1. *priuil. in const.* 1. *Iulij II. num* 64. *& Peregr. in suo tract. de duello per tot.*

E B R I V S.

1 RELigiosi ebriosi puniuntur subtractione à cõmunione, per triginta dierũ spatiũ: vel supplicio corporali ex *c.fi.dist.*35.vel pœna suspensionis ab officio, & beneficio, si à Superiore commoniti, non abstinuerint. *cap. à crapula. de vit. & honest Cleric Alderet.lib.2.de relig.discipl c.15.à n.39.*

2 Si item vinum purum bibant (intellige cum periculo ebrietatis) peccant mortaliter ex *Concil.generali Later.Sub.Innoc.VIII.& c. à crapula cit.*

3 Ebrius consuetudinarius est irregularis. *Gutier. can.quæst.lib.2.c.4.num.8.Specul.lib.1.tit.de disp.* §.4. *n.6.Borgas.de irregul.p.1 q.7.n.38. Rebuff. in prax. tit. de Cler.ad Sac.Ord.malè prom gl. 4.num.8. Barbos. de off.Epis.p.2.alleg.28.num.11.& in c. à crapula nu. 2.& Contzen.lib.6 pol.c.10* §.7.

4 Electio Religiosi ebrij ad prælaturas regulares, est ipso iure nulla. *Cened.collect 33.ad decret nu.4.Alderet.de discipl.tuend.lib.2 c.15.num.40.Barbos.loc. cit. Menoch.de arbitr.lib.2 cas.404.num.4.Sayr.de cens.lib. 5.cap.31.num.12.Tambien.v Ebriet.*§.5.*Maiol. de irregul.lib.5.cap 3.num 1 Medic.in sum.peccator.tit. 7.de gul.q.13.& Peyr.de Præl.q 2.cap.5.*§.5.

5 Prælatus, si post obtentam dignitatem, se inebriet, debet bis, aut ter, coram Fratribus moneri, vt se abstineat. Quod si nõ resipiscat debebit prælatura priuari. *c. Sacerdos. dist. 35. & c. à crap. de vit. & honest. Cleric. vbi Abb.num.3.Hostiens. in sum. lib. 1. de temp.*

ordin.

ordin.num.17.Tambien.loc.cit.Pet.Greg. de elect.c. 12. n 3.& Gutier.lib.2.cit.c.4.n.65.& 66.

6 Ebrius, extra tempus ebrietatis habet vocem actiuam in electionibus. *Sigismund.de elect dub.89.n.8.* Standum tamen particularibus statutis Religionum.

7 Triplex est ebrietas; leuissima, quę mentem non impedit, sed tantum exhilarat hominem, eumque proruptiorem reddit: leuis, quando calor vini mentem turbat, & hæc excusat à tanto licet non à toto; magna quę mentis alienationem inducit, & hæc delictum prorsus tollit. *Caren. de off. S. Inq. p. 2. tit. 7. §. 6. num. 32.*

ECCLESIA.

1 Licet Mendicantibus ædificare Ecclesias sine dote. *Silu.in sum.v.Eccles.n* 4.

2 De Ecclesia seculari potest fieri Monasterium, in defectum Clericorũ Secularium. *gl.1.in c.inter quatuor.de relig.domib.& gl.1.in can.si Episc.vnam.12.q.2.*

3 Ecclesia secularis, postquam facta est Regularis, ad seculares redire non debet. *c. possessiones. de reb. Eccl.non alien.& ibi gl.fi.*

4 Ecclesia Regularis potest quandoque esse Cathedralis. *c.nullus.28.de elect.lib.6.*

5 Ecclesia Regularis ad secularem statum redacta non amittit exemptionis, & priuilegia antea sibi concessa, nisi hæc expresse sint sublata. *Tambur. de iur Abb.to.1.disp.15.quæst.11.per tot.*

6 Non possunt Regulares recipere Ecclesias à secu-

cularibus sine consensu Episcopi. *c. decimas. 16. q. 7. & c. quod autem. in fin.* Quod tamen non intelligitur de receptione iurispatronatus à laicis. *Azor tom 2. instit. lib. 6. cap. 10. quæst. 5. & Suar. tom. 1. de Relig lib. 4. de Simon. c. 18 num. 16.*

7 Ecclesias malè detentas à laicis, de consensu Episcopi, possunt recipere Monachi de manu ipsorum laicorum, & perpetuò tenere. *c. inuentum. § fin. & can. seq. 16. quæst. 7.*

8 Lapidem primarium in Ecclesiæ fundatione ponere non possunt Abbates Regulares iure ordinario, sed ex priuilegio, vel consuetudine. *Tambur. loc. cit. disp. 22. quæst. 9.*

9 Ecclesia consecratur in parietibus, & non in tecto; vnde tecto corruente illæsis parietibus, non debet consecrari. *c ligneis. 5. & ibi gl. de consecr. Eccl.*

10 Regularium Ecclesiæ non possunt consecrari, nisi ab Episcopo *Tambur. disp. 23. quæst. 7. nu. 3.* Idem dic de cæmeterio. *ibid.* Talis verò Episcopus debet esse Diœcesanus, vel alius de licentia ipsius. *Trid. sess. 6. de Reform. c. vlt & Tambur. quæst. 8.* Vnde hodie vacat priuilegium nostræ Fesulanæ Congregationi concessum à *Mart. V. c. 63. nostr priuil.* vt possemus à quocumque Catholico Antistite, Diæcesani licentia minimè requisita, consecrari facere nostras Ecclesias. *Vide Peyr. tom. 1. priuil in const. 1. Iulij II. num. 46. &* 47. vbi docet quid faciendum in casu quo Ordinarius pluries requisitus, recuset Ecclesiam consecrare.

11 Benedicere solemniter Ecclesias Regularium concessum est pluribus Prælatis ipsorum. *Peyr. in bull.*

bull.18.Leon.X.& Casarub.in comp.priuil.v. benedicere Eccles§.12 & 14. qui in fine obseruat, non posse dictos Prælatos id facere, nisi in Eccles. suorũ Ordinũ.

12 Possunt etiam plures Prælati Regularium suas Ecclesias quomodocumque pollutas, quoties opus foret, reconciliare, etiam si dictæ Ecclesiæ prius fuerint consecratæ. *Rodriq tom.1.q.19.art.6 Laym.lib.5. tract 5.c.5.num.12.& Nauar.in sum.bullar. tit. de Pollut.Eccl.num.17.* In quo casu adhiberi debet aqua ab Episcopo benedicta *ibid.* Cęterum qui nam Prælati id possint facere, vide *Peyr.in bull.Iulij II.Dudum ad Sacrum.& Leon.X.Religionis honestas.*

13 Si Ecclesia polluta non fuerit consecrata, licet per simplicem Sacerdotem possit reconciliari, cum sufficiat aqua lustralis, seu communis benedicta, vt tenent plures D. D. apud *Lezan.v.Ecles.n.15.* decens tamen est id fieri per Prælatos Regularium. *ibid.n.16. vide gl.2.in c tuarum.de priuil.*

14 In Ecclesia non debet esse dispar professio, scilicet Regulares, & seculares Clerici *glos.1.in c.cum causam.17 de elect.*

15 Ecclesia secularis, etiam collegiata potest, pleno iure, esse subiecta Monasterio. *cap. cum inter nos.de re iudic.*

Amplia quo ad ius etiã Episcopale *c.auditis.de rescr.*

16 Ecclesię secularis, collegiatæ dici possunt Conuentuales, de consuetudine verò, Conuentuales dicuntur Ecclesiæ Religiosorum *cap.cum Ecclesia Sutrina.de causa possess.& propr.*

17 Ecclesiarum violatores non sunt ipso iure excom-

communicati,sed vt sacrilegi sunt excommunicandi. *gl.violatione.in c fin.de sepult.* Secus si adsit effractio. *can.canonica.& ibi gl.1.11.q 3.& glos.1. in can.omnes. Ecclesiæ.17.quæst.4.*

18 Non dicitur Ecclesia violari per mortem Sancti,& violentiam factam ei in Ecclesia, immò dicitur consecrari. *c. quamuis & ibi glos. consecrarunt. & can. Sacrosancta dist.22.*

19 Ecclesias vnire non possunt Abbates, licet ad eos spectent pleno iure. *glos. Episcopum. in Clem. 2.de reb.Eccl non alien.*

20 Ecclesia non moritur. *gl pro Ecclesia. in Clem.fin. de Procur.gl.fin.in can.fin.dist.54.*

EIECTVS.

1 NVllus potest à Religione eijci, nisi sit incorrigibilis,& per annum in carceribus probatus in ieiunio, & pænitentia. *Sac. Cong. 21.Septemb.1624.de mandato Vrb.VIII.*

2 Qui iustè detinetur in carcere, vt probetur per annum in ieiunio,& pænitentia,si aufugiat, præsumitur incorrigibilis,& potest à Religione eijci,ac si omnino in carcere integrum annum complesset, quia recusat emendare vitam suam, & consequenter iam videtur satisfactum menti Pontificis. *Peyr. in formul. lit.E. cap.39.num 1.*

3 Eijci non potest incorrigibilis à Religione,nisi à Generali,de consilio,& assensu sex Patrum ex grauioribus Religionis eligendis in singulis Capitulis, vel

Congregationibus Generalibus,& tunc, non nisi instructo processu,& plenè probatis causis expulsionis. *Sac.Cong.vt supra.*

4 Dandæ sunt Eiectis litteræ dimissoriæ,quæ eiectionis sententiam contineant. *Alderet. lib* 2. *de discipl.Relig.c.*26.*num.*23.*& Lezan.tom.*1.*c.*23.*num.*20.

5 Tenetur Generalis sententiam prædictam expulsionis,illicò notificare Ordinario.*Sac.Cong.ibid.*

6 Eiecti non sunt permittendi portare habitum suæ Religionis.*Suar.tom.*4.*de Relig.trac.*8.*lib* 3.*cap.*6. *num.*14.*Azor.to.*1.*institut.lib.*17.*c.*18.*q.*13.*& Less.*2. *de iust.c.*41.*dub.*15.*num.*112.Sed quamdiù non redierint ad Religionem,in habitu Clericali incedant, atque Ordinarij loci iurisdictioni,& obedientię subsint. *Sac.Cong.ibid.*

7 Eiectus non auditur, si velit venire aduersus renunciationem bonorum factam ex causa ingressus Religionis.*Nouar.in lucer.v.Eiec.à Relig.n.*14.*vbi refert quandam decis.Rotæ.*

8 Eiectus propter crimina falsa, quæ ipse sibi imposuit, non est securus in conscientia extra Religionem,sed verus Apostata.*Sanch.lib.*9 *in decal.cap.*9.*n.* 67.*& Bonac.de claus.quæst.*2.*punct* 12.*num.* 13. Secus, si ea crimina commisserit, vt è Religione eijceretur. *Lezan.v.Eiect.num.*10.

9 Iniustè eijciens peccat contra iustitiam, & eiectus potest compellere Monasterium vt ipsum accipiat,& alimenta præbeat.*Molin to.*1.*de iust. disp.*140. §.*quando Religiosus.& Sanc.cap.*8.*num.*7.*&* 8.

10 Eiectus,etiam pro tempore eiectionis, perseue-

rat Religiosus illius Ordinis, à quo est eiectus, & illi manet subditus. *Cordub. in reg D. Franc. cap. 21. q. 21. punct. 3. & Suar. tom. 5. in 3. p. disp 22. sect. 5. n. 20.* Vnde non potest sine licentia Superiorum suæ Religionis, ad aliam Religionem, siuè æqualem, siuè laxiorem transire. *Lezan. tom. 1. cap. 23. num. 10.*

11 Eiectus acquirit Monasterio, vel Religioni suæ. *Less. 2. de iust. c. 41. num. 112. & Molin. loc. cit.*

12 Eiectus, quandiù in seculo vixerit, est infamis infamia facti. *Rodriq tom. 1. q. 30. ar. 21. & Peyr. de subd. quæst. 1. cap. 25. § 1.*

13 Non tenetur ad obseruantias omnes regulares sui Ordinis, quas scilicet posset in seculo obseruare, & ad alia vota supra tria sentialia, quale est votum Minimorum de vita Quadragesimali. Hæc enim, veluti, accessoria, & adnexa perseuerantiæ in tali Religione, videtur vouisse pro tempore, quo in Religione maneret. *Lezan. num. 17. vbi citat Sot. 7. de iust. quest. 2. art. 1. & Nauar. com. 3. de Regul. n. 46. & lib. 3. cons. tit. de Regul. cons. 51. vel 78. num. 2.*

14 Manet quidem cum obligatione seruandi tria vota sicut prius. *c. fi. de Regul. Nau. com. 2. de Regul. à n. 34. & com. 3. num. 46. Azor. tom. 1. instit lib. 12. cap. 16. quæst. 47. & 11. & Lezan. tom. 1. cap. 2. num. 3. & cap 23. num. 11.*

Alias, ex proprio delicto, reportaret commodum.

15 Eiecti, si moriantur in statu eiectionis, non possunt testari, cum ratione voti paupertatis, nullum habeant dominium rei, sed merum vsum. *Less. 2. de iust. c. 41. dub. 15. num. 112. & Sayr. in clau. reg. lib. 6. cap. 9.*

num. 28. Sed eorum bona applicari debet Cameræ Apostolicæ. *Sanch. 7. in decal. cap. 33. num. 21. & 31. Bonac. de clauſ. quæſt. 2. punct. 12 §. 7. & Lezan. tom. 1. cap 23. num. 16. vbi adducit conſtit. Greg. XIII.*

16 Ratione eiuſdem voti paupertatis non poſſunt facere magnas expenſas, nec donationes illicitas, aut rerum magni ponderis; & accipientes ab illis, tenentur ad reſtitutionem. *Leſſ. num. 113. & Molin. tom. 2. de iuſt. diſp 276. & 520.*

17 Non tenentur Eiecti tranſire ad aliam Religionem, nec obedire Superioribus id ſibi præcipientibus. *Leſſ. dub. 15. & Rod. tom. 1. quæſt. 30. art. 22.*

18 Quandiù eiecti extra Religionem degunt, perpetuò ſunt ſuſpenſi ab exercitio Ordinum; ſublata, Ordinarijs locorum facultate, dictam ſuſpenſionem relaxandi, aut moderandi. *Sac. Congr. in decr. de Apoſt. & Eiect. 21. Septemb. 1624.*

19 Non tenetur Eiectus ad officium diuinum, niſi ſit in ſacris. *Dian. 3. p trac. 2. reſol. 60* quia non eſt amplius addictus Choro.

20 Si in eiectis ſubſit ſpes euidens emendationis ex litteris teſtimonialibus Ordinarij, tenentur Prælati Religionum eos querere annuatim, & ad Religionem reducere. *Sac. Cong. vt ſupra.*

21 Eiecti qui plenè ſunt correcti, poſſunt cogere ſuam Religionem, vt eos denuò recipiat. *Nauar. lib. 3. conſ. tit. de Regul. conſ. 18. vel 15. & Molin. tom. 1. de iuſt. diſp. 140. §. quo ad votum.*

22 Redeuntes ad Religionem non tenentur nouam profeſſionem emittere. *Rodriq. tom. 1. q. 30.*

art. 28. *& Sanch.* 6. *in decal. cap.* 9. *num.* 33.

23 Non debent admitti in eodem gradu antiquitatis, quem habebant ante eiectionem: & hoc regulariter loquendo, & seclusis particularibus circumstantijs. *Suar. tom.* 4. *de Relig. tract.* 8. *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 17. *& Lezan. num.* 9.

24 Eiecto, si non habet vnde viuat, tenetur Pater alimenta præstare. *Azor. p.* 2. *l.* 2. *c.* 4. *quæst.* 9. *& filliuc. trac.* 28. *p.* 2. *c* 2. *num.* 35. Obligatio enim quam habet Pater præstandi alimenta filio, non est penitus per professionem extincta, sed tantum ad tempus dilata.

Vide v. Incorigibilis.

ELECTIO.

1 IN electionibus ante omnia legēdæ sunt constitutiones de qualitate, & requisitis eligendorum. *Clem. VIII. in decr. pro reform. Regul* Item decretum Sacræ, & vniuers. Inquisit. de mandato. *Vrb. VIII.* 14. *April.* 1623. *& Decretum Sac. Congr. de propag fide* 16. *Octobr.* 1623.

2 Electio Prælati, ad Congregationem proportionatam spectat, scilicet, Conuentualis Prælati, a Conuentum: Prouincialis, ad Prouinciam, & Generalis, ad totum Ordinem. *cap.* 1. *de elec. & cap. Cum dilectus. de consuet. Suar. tom.* 4. *de Relig. tract.* 8. *quæst.* 2. *cap.* 6 *num.* 17.

Limita nisi oppositum seruetur, propter aliquod ius positiuum, aut consuetudinem, vt est in nostro Ordine Fesulano, in quo, omnium Prælatorum electio spe-

ſpectat ad Capitulum Generale. *Vide gl. verum in Clem.exiui §. nos volentes de verb ſignif. & Lezan.tom. 1.cap. 15.num.1.*

3 Electio celebrata contra formam *c. Quia propter,de elect.* irrita eſt,& nulla,etiamſi Religio habear priuilegium in contrarium,ſi per illud,non ſit expreſſè reuocatum dictum caput, *Qia propter. Sigiſm. à Bon.de elec.& potes.Præl.Regul.dub.4.& Tamb.de iur. Abb.tom.2.diſp.5.quæſt.1.num.7.*

Amplia etiam ſi conſuetudine introductum eſſet oppoſitum *c.cum terra.14.de elect.*

4 Non poſſunt ergo Capitula Generalia, aut quicumque Prælati,etiam Generales, ſupplere defectus contingentes in electionibus, ob non ſeruatam formam dicti capitis. *Sigiſmund.ibid.*

5 Forma præſcripta in *dict. cap. Quia propter*, ſeruari debet tãtum in electionibus Prælatorum:in alijs, propriæ conſtitutiones. *Iul.Lauor.var.lucubr.tom. 1. tit.4.cap.19.num.7.*

6 In electione, licet ſit diſcordia inter eligentes, canon tamen præſumit,quod vtraque pars bono zelo moueatur. *gl.1.in can.fin.diſt.63.*

7 Electionem debet præcedere tractatus, alioquin electio eſt nulla. *gloſ. tractantes. in can. in nomine diſt. 23.*

8 Electio dicitur fieri per abuſum poteſtatis ſecularis,quoniam Princeps, vel poteſtas ſecularis intereſt electionibus,quod eſt contra libertatem Eccleſiaſticam. *gl.1.in c.quiſquis.43.de elec.* In quo caſu electio non valet,quia eſt iuſta cauſa timoris. *can. con-*

uenior.23.q.8.& ibi glos.Bellamera.p.p. 1.lib.decret. in c.quisquis de elect.& Castellin.de elect.c 5.n.33.& 34.

9 Appellare,ne fiat electio,non valet benè autem nè fiat nisi canonica. *cap. cum Nobis. de elect. Peyr.de subd.quæst.1.cap.31.§.11.*

10 Licet cassetur electio propter modum electionis,potest tamen electus iterum eligi.*cap.consideravimus.de elect.Peyr.loc.cit.*

11 In electionibus locum habet ratihabitio.*gloss.ex post.facto.in cap.auditis de elect.*

12 Electio non est suspendenda, vt expectetur, qui cum sit inhabilis,iam iam habilis futurus est. *cap. ne pro defectu.de elec.Monet.de distrib.quotid.p.2. q.20.n.5.& Tambur.disp.5.quæst.8 num.9.*

13 Ad electionem faciendam, omnes, qui habent ius eligendi,& qui sunt in quieta possessione eligendi, sunt simul vocandi.*glos.qui debent.in c.Quia propter,de elec.*Intellige de ijs, qui commodè pssunt vocari. *ibid. & glos.commodè ibid.*

14 Ad electionem, quis venire non posse dicitur, qui non potest venire ad locum, vbi fit electio, vel propter timorem,vel infirmitatem, vel si vocetur ad maius tribunal; & his casibus dicitur ex iusta causa impeditus. *gloss. venire. in dicto cap. Quia propter. §. Illud autem.*

15 Electioni magis obstat cōtemptus vnius, quam multorum contradictio in præsentia. *cap.bonæ, ad finem. 33.de elect.*In quo casu electio debet retractari: non tamen, electores priuari potestate eligendi. *gloss. 1. ibidem.*

16 Ad electionem non sunt vocandi, qui in hortis sunt; sufficit enim ad citationem pulsatio campanæ. *can.factus est,& ibi glos.*1.7.*q*.1. nam presens dicitur, qui est in hortis *gl.vicinis in cap.præsenti. de præb.in* 6. *& ibi gl.præsentis can.placuit* §.*prescriptionum*. 16.*q*.3.

17 Electio non valet, in qua prius præstitus est consensus electi, quam eligatur, propter ambitionem, quam habere demonstrat. *cap. cum post. petitam*. 46. *de elect.& ibi gl.pen.*

18 Ante electionem, si quis dicat se habere interesse, & ab his, qui sunt de collegio, hoc negetur, præmissa protestatione, vt si docuerit de iure suo, valeat vox eius, possunt procedere omnes ad electionem, & in hoc casu, necesse est doceri de iure suo. *glos.*1 *in cap. constitutis*.47.*eod.*

19 De electionis substantia, vel forma, sunt publicatio, & collatio, inquisitio, & incontinenti electio, & scriptura, ita quod, si quid eorum defecerit, non tenet electio *c.Ecclesia vestra. & ibi gl. processus. & cap. Cumana*.50.*& ibi gl.contra formam.de elect.*

20 Electio coelecti, quando irritatur, non propter hoc alteri coelecto ius acquiritur. *d.c.Ecclesia vestra.*

21 Non est contra libertatem electionis, quod electores coarctentur ad eligendum aliquod genus personarum, v. g. Magistrorum, Diffinitorum, talis nationis, &c. *Nauar.lib.*1.*consil.tit.de constit.cons.*7.

Amplia etiam si electio coarctetur ad certas aliquas, & determinatas personas, tres scilicet, vel quatuor. *Lezan.tom.*1.*cap.*15 *num.*21.

22 Electio non potest fieri de nocte. *cap. Quia pro-*

pter.& cap.si quis dist.79 Nauar.1.cons.de elect.cons.8. n.2.Vide tamen infra num.37.

23 Facienda est electio in loco sacro, nempe Ecclesia, vel Capitulo, aut simili loco honesto. *Silu. v. Electio.1.quæst.8.*

24 Vt electio subsistat, sufficit, vt maior pars concurrat, licet non sit sanior. *Mirand.in man tom.2.quæst. 23.art.27.Barbos.de canonic.& dignit.c.38.num.8.*

25 In electione non potest elector vti scientia confessionis. *Rodriq.to 2.quæst.53.art.4.& Onuphr de Sac. Sigill.sect.2.quæst.2.dub.2.* Sed eodem modo se debet habere, ac si nihil ex confessione sciret; alioqui redderetur confessio onerosa, & grauis.

26 In electione vota debent esse absoluta, & non conditionata; alioqui habentur pro non adiectis. *D. Anton.3.p.tit.19.cap.2.§.3.& Peyr. de subd. quæst. 1.cap.31.§.6.*

27 Debent item esse secreta, ita vt singulorum eligentium nomina nunquam publicentur. *Trid.sess.25. c.6.* Electores verò aliquando publicantes sua vota peccant. *Suar.tom 4.de Relig.trac.8.lib.2.c.5.num.12.*

28 Irrita est electio, in qua vnus electorum, publicè manifestat suum votum permittente Capitulo. *Rodr. in sum.cap.102.nu.4.Peyr.loc.cit.§.8. Sigismun. à Bon. dub.31.num.4.Nouar.in Lucer.v.Electio.num.1.& Lez. eod.num.11.vbi citat quandam decisionem Rotæ.*

Fallit tamen, si ante scrutinium quis dicat, se velle eligere hunc, vel illum. *Castell.de elect. cap.5.n.26. vbi docet, sic decisum à Sac. Cong.*

29 Electio per postulationem est licita, & in aliqui-

bus

bus Religionibus est in vsu *Lez.tom.2.ca.12.num.52.*

30 Electio facta ex vi renunciationis alicuius prælaturæ antequam fuerit acceptata à Superiore illius, qui renunciauit, nulla est. *Ricc.in prax rer.quotid. tom.3.resol.399.& Castell.de elect.canon.c.4.num.60.*

31 Qui electioni de se factæ semel renunciauit, non est amplius audiendus. *c.in præsentia.de renunc. Lauor. tom.1.tit.4.cap.18.num.35.& Barbos.de iur.Eccles.lib.1.cap.19.num.147.*

32 Electio facta ab excommunitatis excommunicatione maiori, irrita est, & nulla *Cornex. tom.2.in 3.p.tract.5.de excom.disp.10.§.5.dub.1.Castell.ca 5.n.16.& Peyr.de Prel.q.2.ca.5.* Qui tamen id limitat ad excommunicatum non toleratum, aut nominatim denunciatum, aut publicum Clerici percussorem.

33 In electione, facta publicatione votorum, & collatione, & constito, in quem maior pars Capituli consenserit, qui habet primam vocem in Capitulo, debet decretum electionis interponere, dicens. Ego N. nomine meo, & nomine omnium eligentium eligo, & denuncio P.N. Generalem, vel Prouincialem, &c. *Lezan num.55.§.Et quia in electione.*

34 Si facta electione reperiatur aliquem illi interfuisse, qui interesse nō debebat, vel aliquem per ignorantiam, aut negligentiam, sed non per contemptum non interfuisse, qui debebat interesse, non vitiatur electio; Dummodo à Presidente Capituli facta sit solita protestatio. *Peyr.in formul.lit.C c.3.nu.13. Vide Baysium, de elect.p.3.c.14.nu.3. & Mandagot.de elect.c.20.*

35 Electio simoniacè facta, est ipso iure nulla ante

omnem

omnem Iudicis ſententiam declaratoriam, nullumque ius, vel effectum confert, & qui ſic electus, eſt tenetur in conſcientia Prælaturam renunciare, nec ante renunciationem poteſt abſolui. *Suar. de Relig. tom. 1. lib. 1. c. 57. & Leſſ. 2. de iuſt. c. 35. n. 25.* Quod verum eſt etiãſi ſimonia ſit occulta. *Vide Peyr. in formul. fol. 64.*

36 Subornatores in electionibus Regularium, incidunt in excommunicationem. *Pij V. Rodriq. tom. 2. quæſt. 56. artic. 1.*

37 Electio noturna valet quoad forum conſcientię. *Polidor. Rip tract. de noct. temp. cap. 98. num. 8. vbi explicat Concil. Trid. ſeſſ. 25. de Regul. c. 6. vbi de elect. Superior. & cap 99. per tot.* vbi tractat, an hodiæ, Definitorum electio, nocturno tempore facta ſine candela, valeat.

38 Electio facta ad aliorum impulſum, non valet. *Barboſ. in can. ſunt, qui opes. 17. q. 2. num. 6.*

39 Ante tempus electionis, nouę aſſignationes, ac mutationes fratrum in Conuentibus fieri non poſſunt, infra duos menſes. *Clem. VIII. apud Caſtell. de elect canon. cap. 5. num. 89. & cap. 14. num 73. 74. & 75.*

Reliqua in v. Abbatiſſa. Confirmatio. Ebrius, Elector. Electus. Excommunicatio. Irregularis. Interdictum. Simonia. Vox.

ELECTOR.

1 Electores, in primis, ſciant nihil ſe ad Dei gloriam, & populorum ſalutem vtilius poſſe facere, quam ſi bonos Paſtores, & Eccleſiæ guber-

bernandæ idoneos promoueri studeant. *Conc. Trid. sess.24 de reform.cap.1.*

2 Electores in eligendo sua vota diuidere in duas partes, non est nouũ, nec reprehensibile. *glos 1. in c. ex parte. de Arbitr.* præsumitur enim quod vtraque pars bono zelo moueatur. *glos. 1. in can. fin. dist. 63.*

3 Debent Electores esse in sacris constituti. *Clem. vt ij, qui de æta. & qualit. Trid. sess.22. c.4 Suar. tom.4. de Relig. trac.8 lib.2. c.4 Mirand. in man. to.2 q.23. ar.5.*

Limita quo ad electiones Prelatorum, nam quo ad electiones aliorum Officialium Conuentuum, facilius tolerari potest consuetudo, si legitimè sit præscripta, quod Clerici non in Sacris, & Conuersi habeant vocem: *Lezan. to 2. cap.8. num.19.*

4 Debent quoque esse in Religione professi. *c. ex eo. §. in Ecclesijs. de elect. in 6. Suar. loc cit. & Mirand. ib.*

5 Debet Elector esse liber à censura impedimento canonico, priuatione vocis, aut inhabilitate ad munus eligendi; aliàs peccabit grauiter, etiam si talis inhabilitas sit occulta. *Suar. ibid.*

6 Si electores sint inhabiles vno excepto, ad hunc solum ius electionis deuoluitur, in quo casu repræsentat totum Capitulum; non tamen potest se ipsum eligere. *Rodriq. tom. 1. q 5 art.11.*

7 Si aliqui Electores inhabiles ignoranter admittantur ad electionem, hæc non ideo vitiatur. Secus verò si scienter. *Suar. ibid. num.9.*

Fallit in casu quo, Capitulum habet facultatem dispensandi super illa inhabilitate; tunc enim, admittendo tales inhabiles, censetur secum dispen-

ſpenſare. *Lezan.tom.1.cap.15.num.6.*

8 Infirmorum vota accipi debent,ſi commodè id fieri poteſt,& ipſi voluerint.*Azor.to.2.lib.6.c.14.q.7.* *& Peyr de ſubd.q.1.c 31 §.6.*

9 Poſſunt aliqui,aut etiam multi ex illis, qui habent ius ad eligendum,non intereſſe electioni. *c. Quia propter. de elect. Suar. tom. 4. de Relig. trac. 8. lib. 2. cap.5.num.2.*

10 Si tamen abſentia Electoris à Capitulo ſit in causa,vt minus dignus,aut indignus eligatur, aut ſequatur aliud inconueniens,tenetur Elector, ſub mortali, electioni intereſſe. *Lezan. ibid. num.* 8. *Vide v. ſuffragium. num.* 1.

11 Elector,ſi fuerit abſens,& iniuſto impedimento detentus, poteſt inſtituere Procuratorem qui habeat votum ipſius in electione facienda. *Lezan. num. 9.vbi exponit mentem Conc.Trid.ſeſſ.25.cap.6.& v electio.num.7.vbi adducit quaſdam declarationet.Sac.Cōg.* Qui procurator non debet habere ſpeciale mandatum de eligenda certa perſona;aliàs electio non eſſet ſecreta.*Sac.Cong.apud Nicolaum Garz.de benefic.p.5.c. 4.n.*200.*Vide Sigiſm.à Bon dub.14.& Caſtell.c.5.n.98.*

12 Electores præſentes,per ſigna ſolita, ſiue Campanæ,ſiuè viuæ vocis : abſentes verò per litteras, vel nuncium,iuxta Religionum ſtatuta, vel conſuetudines,ſunt vocandi.*c.in Geneſi.c.inter cunctas. & c. quia propter.de elect.Mirand.in man.to.2.q 23.art.6.concl.2. & Tambur.tom.1 .diſp.5.quæſt.1 n.10.*

13 Miſſæ Spiritus Sancti,quæ antè canonicam electionem cantanda,eſt intereſſe debent omnes electores;

res,qui pariter eo die debent confiteri, & communicare. *Baysius.in direc.elect.p.3.c.23.n.2.& 3.& Peyr.in formul.lit.E.c.7.n.3.* Licet hic addat non esse hæc de substantia,sed tantum de solemnitate electionis.

14 Electores tenentur eligere digniorem sub reatu peccati mortalis. *D.Th.2.2.q.63.a.2.Sot.3.de iust.q.6. art.2.concl 9.& Tamb.to.1 disp.5.quæst.13.vbi plures D.D.accumulat.* Immò id se facturos debent iurare. *Clem.VIII.in decr.de reform.Regul.* Licet hoc non esse de substantia doceat. *Peyr.loc.cit.c.2.n.7.*

15 Debent Electores de qualitatibus eligendorum tractare,etiam vitia eorum manifestando, virtutesq; ostendendo, vt dignitates dentur dignis, & indigni excludantur. *Nauar.lib.5.conf.de excom.conf.20. nu.6. Rodriq.tom.2.q.56.art.1.& Peyr.de subd.cap. 2.§.11.* Neque sic dicuntur subornatores. *Lez.to.1.c.15.n.24.*

16 Elector legitimè vocatus ab habente auctoritatem, si nolit comparere, non computatur in numero interuenientium in Capitulo. *c.cum nobis olim. de elect.vbi Panorm.*

17 Sufficit,vt elector sit habils tempore electionis, licet non fuerit habilis tempore vacationis Prælaturæ, *gl.in Clem vt ij.de æta.& qual Rodriq.to.2.q.15.art. 5.& Tambur.quæst.8.num.9.*

18 Eligentes indignum priuantur potestate eligendi *c.cum.in cunct.de elect.* Nisi tamen ignoranter elegerint;tunc enim non priuantur potestate eligendi, sed ad eos redit electio. *gl.scienter.in c.nulli.eod.*

19 Nullus Elector potest excludi ab electione sub prætextu alicuius inhabilitatis, delicti, aut censuræ,

etiam

etiam causa pendente, nisi prius fuerit sententialiter condemnatus. *Hostiens. Io Andr. & Felin. in c. minimè, de accusation. Castell. cap. 5. nu. 1, & Peyr. de subd. quæst. 1. cap. 31. §. 6. concl. 2.*

20 Posita schedula in vrnam, non potest amplius elector eam reassumere, & votum mutare esset enim hoc aperire viam fraudibus, & malitiæ protrahendi electionem in longum. *Peyr. ibid.*

21 Si elector faciat pactum cum alio electore, dicendo: da tu huic suffragium, & ego dabo tibi meum, est simonia. *Lezan tom. 2. cap. 12 num. 35. Vide tamen Rodriq. tom. 3. quæst. 63. art. 4. & Portell. in dub. Regul. v. Simonia num. 1.*

22 Elector eligens per schedulam, aliquo patenti signo notatam, vt scrutatoribus innotescat, quod talem elegerit, peccat mortaliter, redditque electionem, non secretam; ideoque sic electus, factus de hoc certus, tenetur resignare Prælaturam, siuè officium, vel petere à Sanctissimo cõfirmationem, cum dispensatione. *Sac. Cong apud Barbos. in collect. v. Elector; & de iur. Eccl lib. 1. cap. 19. num. 207.*

23 Publicato scrutinio debent schedulæ statim comburi. *Castell. cap 4. num. 62. & Lezan num. 34.*

24 Eligens dignum, relicto digniore, licet peccet mortaliter (extra casus tamen, de quibus. *Valer. v. Electio, n. 1.*) non tenetur ad restitutionem, per dictum electum forsan datorum. *Valer. ibid. num. 2. citans Couaruu. in reg. peccatum. 2. p. §. 7. num. 6. Sot. 4. de iust. quæst. 6. artic. 3. concl. 2. Mercad. de restit. cap. 17. & alios.* Secus verò si eligat indignum.

gnum. *Valer. ibid num. 3. citans. Trident. sess. 24. cap. 1. Reliqua in v. Simonia Vox.*

ELECTVS ELIGENDVS.

1 Electus canonicè ad aliquod officium, multò melius facit assentiendo, quam dissentiendo, & hoc regulariter *D. Th. quodlib. 5. art. 23.*

2 Electus canonicè in Prælatum potest sine nota ambitionis confirmationem à Confirmatore petere. *Castell. cap. 14. num. 65. & Mandagot. 2. p. sui tract. de elect. cap. 59. vide c. quam sit §. cæterum, & c. cupientes. §. hoc generali, de elec. in 6.*

3 Electus in Prælatum, si sit sufficientis scientiæ, licet non eminentis, toleratur. *glos. sufficientes. in c. Ecclesia vestra 57. de elect.*

4 Electus, si sit quis simoniacè, licet ignoranter, & sine eius culpa: si tamen postea consentiret, idem esset, ac si ab initio procurasset. *gl. 1. in c. pe eod.*

5 Religiosus electus in Prælatum, potest prosequi electionem suam, etiam in iudicio litigando. *cap. 2. de restit. in integrum.*

Amplia quod potest Electores defendere. *Panorm. in c. dudum. de elect. n. 4 & Peyr. de subd. q. 1. c. 31. §. 11.*

6 Electus in Superiorem, puta in Priorem, vel Abbatem, vel Prouincialem, si quis fuerit, contra decreta Concilij Trid. electio est irrita, & nulla: & is, qui taliter se eligi passus est, ad omnia officia in Religione obtinenda inhabilis existit. *Trid sess 25. de Regul. ca. 6.*

7 Si electus fuerit scienter ligatus excommuni-

catione minori,talis electio est irritanda.*c.si celebret. de Cleric.excom.ministr.*

8 Inter eligendos ille censetur dignior, non qui melior est simpliciter, sed qui est aptior ad regimen sui muneris.*Sot lib.3.de iust.q.6.a 2.concl.9.* Item, qui est magis acceptus Electoribus,quia censetur suauius gubernare*Caiet.in sum.v.Electio Salon.2.2.qu.63.ar.2. controu.4.Bann.ibid.Sanch.lib.2.cons.cap.1.dub.4.num. 6.& Peyr.de subd.quæst.1.cap.31.§.1.& in formul. lit. E.cap.2.num.10.*

9 In Prælatum potius debet eligi ille,qui deliquit & pænituit, quam qui nunquam deliquit, vt per hoc sciat qualiter alijs debeat misereri. *can. considerandum.dist.50.*

10 Eligendus in Prælatum Religionis, debet in illa esse expresse professus.*Sil.v.Electio.1.quęst.13.*

11 Semel reprobatus propter vitium personæ non est eligibilis.*cap.super eo de elect.*

12 Accusatus de aliquo delicto,nec tamẽ diffamatus,non est ineligibilis.*Nau.lib.5.cons.de accus. cons 6.*

13 Ineligibilis est laborans morbo gallico notoriè; Est enim infamis ex notoria libidine. *Maiol. de irregul.lib.2.cap.19.num.1.Sayr.lib.6.de.censur. p. 9. num. 5. Auil. de cens.p. 7. disp. 3. dub. 4. concl. 1. & Enriq. lib.14.cap.8.num.8.*

14 Leprosus,vel cęcus,vel mutus,sunt in eligibiles. *D. Thom.3.p.quęst.82.art.10.ad 3. & in 4.dist. 9. art. 4. Sayr.Maiol.loc.cit.& Peyr.de Præl. quæst. 2. cap.4.* vbi per extensum docet, qui nam defectus corporis reddant Religiosos ineligibiles.

Reliqua in v. Ebrius. Electio. Excommunicatio Suffragium. Vox.

ELEEMOSINA.

1 Licentia quæritandi eleemosynas à Regularibus mendicantibus, in ipsamet Monasteriorum ædificatione, seu erectione data censetur. *ac. Cong. Episc. 6. Octob* 1597.

2 Regulares quæstuantes extra loca, vbi habent monasteria, tenentur ostendere Episcopo loci licentiam suorum Superiorum: *Barbos. alleg.* 109. *num.* 8.

3 Religiosus subditus nullam potest eleemosynam facere absque licentia, saltem tacita sui Prælati. Secus est reus voti paupertatis. *D. Th* 2.2. *q.* 32. *art.* 8. *D. Anton.* 3. *p tit.* 16. *c.* 1. *notab* 4. *& Graff. p. p. decis. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 63. In quibus autem casibus præsumatur prædicta licentia Prælati, docet. *Peyr. de subd. quæst.* 2. *cap.* 2. §. 8.

4 Tenentur Prælati Religionum eleemosynas facere de bonis superfluis Conuentus. *Vasq. opusc. de eleemos. cap* 4 *num.* 1. *Molin. to.* 2. *de iust. disp.* 276 *Rodr.* 2. *p. sum. c.* 32. *concl.* 2. *Sanch.* 7. *in decal. cap.* 19. *num.* 9. *& Graff. loc. cit.* Eleemosyna enim de eleemosynis est facienda. *gl. pauper. in can. in singulis. dist.* 86. *& gl* 1. *in can. habebat.* 12. *quæst.* 1.

5 Regulares debent deputare aliquem, qui pauperes, eleemosynas petentes per Ecclesias tempore Missarum, Prædicationum, aliorumque diuinorum officiorum, foras eijciat. *Peyr. tom.* 1. *priuil. Minim. in*

N *const.*

*const.*4 *Iulij II.§.*1 *Barbos.de off.Paroch c.*17 *num.* 37.

6 Licitum est Confessarijs Regularibus, eleemosynas à penitentibus datas, recipere, non ratione confessionis, seu absolutionis, sed per modum simplicis eleemosynæ. *Peyr.de Subd.q.*1.*c.*21. *& Lezan. tom.*1. *cap.*19.*num.*39.

7 Contra quoscumque Ordinarios inhibentes dari eleemosynas Religiosis, possunt procedere Inquisitores hæreticæ prauitatis. *Lezan tom.* 5.*fol. mihi* 431. vbi refert priuil.concessum Augustinianis.

Reliqua in v.Mendicantes.Quæritare.

EPISCOPATVS.

1 Regulariter loquendo, non est licitum Religiosis appetere, & multò minus procurare Episcopatum. *D.Thom.*2.2.*quæst.* 85 *artic.*1. *& Sot.* 10.*de iust.& iur.q.*2.*art.*2.*Valent.to* 3.*disp.* 10. *quæst.*3.*punct.*2.*concl.*3.

Fallit hoc in casu necessitatis Ecclesiæ. *D. Thom. Sot & Valent.ibid.*

2 Potest Summus Pontifex cogere Regularem benemeritum ad acceptandum Episcopatum, & ipse tenetur obedire *Rodriq q.q.Regul.tom.*2.*q.*58.*art.* 1. *Lop p.p.instruct.c.*56.*colum.*3.*Ledesm.de. stat. Epis.c.*3. *concl.*8.*& Valent.loc.cit.p* 3.*assert.*6 *Vide gl.pe.in can. in scripturis* 8.*quæst.*

3 Episcopatus, & Prælaturæ Regulares æquiparantur.*c.ne pro defectu.& ibi glos.*2.*de elect.*

4 Episcopatus liberat Monachum ab Obedientia,

tia, quam ipse fecit Abbati, cum sit factus ipse de filio Pater *cap* 1. *& ibi gl. c.* 18 *q.* 1.

EPISCOPVS.

1 Episcopus sine licẽtia Papæ nõ potest ingredi Religionem. *D.Th.* 2. 2. *qu.* 189. *art.* 7. *Sanch.* 4. *in decal. cap.* 25. *num.* 36. *Barbos. de potest. Epis. alleg.* 53. *num.* 22. *apud Gauant. in man. v. Episcopus. num.* 23. *Mirand. in man. to.* 1. *q.* 17. *art.* 3. *Nauar. lib.* 1. *cons.* 1. *&* 4. *de renunciat. & Peyr. de Prael. q.* 3. *cap.* 1. §. 2. *vbi plures D.D. accumulat.* Est enim sponsus suæ Ecclesiæ: vnde eam deserere non potest, sine licentia Summi Pontificis

2 Episcopus, aut alius loci Ordinarius vigore cuiusuis decreti Concilij Trid. nullam habet facultatem, quouis tempore, in Monasterijs Domibus, & Ecclesijs Regularium exemptorum, quibus non imminet cura animarum personarum secularium, visitandi sacristiam, paramenta, vasa sacra, Altaria, & cætera huiusmodi, aut etiam Tabernaculum, seu Pyxidem in qua Eucharistia asseruatur. *Flau. Cherub. in comp. bull. in bulla* 41. *Pij V. Peyr. tom.* 1. *priuil. in const.* 2. *Sixti IV.* §. 10. *& Lezan to.* 1. *cap.* 11. *nu.* 7. *vbi citat modernam declarationem Sac. Cong.*

3 Episcopus carcerare potest Regulares, nõ associatos, nõ decẽter vestitos, nec debita modestia incedẽtes: seruata tamen dispositione Conc. Trid. contra Regulares delinquentes extra claustra. *Sac. Cong.* 15. *Decemb.* 1584. *Epis. Adrie. apud Bariol. lit. E pag.* 104.

4 Episcopus non potest ligare censuris Regulares exemptos. *Canonist. in c. si Clericus. de sent. excom. in 6. & in Clem. frequen. de excess. Prel. Sorb & Confet. in cõp. priuil. v. excommunicatio & exemptio. Quarant. v. Monast. Monial. Nauar cons. 4. & 23. de priuil.*

Amplia, quod neque potest declarare excommunicatum Regularem transgressorem alicuius legis, propter quam imposita est excommunicatio, siuè à iuræ, siuè ab homine, nisi hoc sit illi specialiter concessum. *Nauar. cons 3. & 4. de sent. excom. Lez. nu. 15. & Rodriq. tom. 2. quæst. 63. artic. 11. Vide tamen infra v. Excommunicatio. num. 12.*

5 Non possunt Episcopi cogere Religiosos ad assistendum Synodis diœcesanis, exceptis tamen ijs, qui curam animarum tenent. *Lezan. ibid.*

6 Nec possunt ex vi constitutionis Greg. XV. de exempt. priuil. pręscribere Regularibus, vt certis tantum in locis, temporibus, certarum personarum confessiones audiãt, nec eorum priuilegia, in Sacramentis administrandis, restringere, aut moderari. *Sac. Cõg. apud Bariol. lit. E pag. 108.*

7 Non possunt prohibere Regularibus in Oppidis existentibus, ne celebrent ante Missam parochialem *Rodriq. q. q. Regul. tom. 1. quæst. 43. artic. 7. & to. 2. quæst. 64. artic. 11. & tom. 3. quæst. 27. art. 1. & quæst. 32. art. 7. & Silu. v. Missa. quæst. 5.*

8 Regulares non possunt conueniri ciuiliter coram Episcopo à suis creditoribus, dummodo sint sub regulari obseruantia, quia habent proprium Superiorem, & hoc non obstante constitutione, *Volentes.* neque

que decreto Tridentini. *Seß.* 14 *cap.* 7. *Lezan. tom.* 1. *c.* 11. *n.* 10. *vbi adducit aliquas declarationes Sac. Cong.*

9 Poßunt verò Episcopi procedere per censuras contra Regulares dantes, vel accipientes aliquid pro ingressu Nouitij *Trid. seß.* 25. *de reform. cap.* 18.

10 Episcopus eam habet auctoritatem in Regulares non exemptos quam alij Prælati Regulares *Lez. tom.* 3. *v. Episcop. num.* 2. Quod si huiusmodi Regulares non exempti, non promiserunt obedientiam Episcopo sed suo Generali vel Abbati quoad disciplinam Ecclesiasticam, magis tenentur obedire Episcopo, quam suo Prælato Regulari; quo ad regulares verò obseruãtias, magis huic, quam illi. *D. Th. in* 2. *dist.* 44. *in fin. Silu. v. Obedientia. quæst.* 8. *&* 10. *Sanch.* 6. *in decal. cap.* 1. *num.* 13.

11 Episcopus non poteſt impediri, quo minus prędicet in Ecclesijs Regularium. *Sac. Cong.* 17. *Ianuar.* 1584. *Patri Prouinciali Lombard. Dominicano Vide tamen Tamb. de iur. Abb. to.* 1. *disp.* 15 *quæst.* 15.

12 Poßunt Episcopi in Ecclesijs Regularium vti baldachino, & contradicentes, censuris, & pænis cogere. *Sac. Cong. apud Quarant. in sum. bull. v. priuil. Reg. & Peyr. tom.* 1. *priuil. in const.* 26. *Leon. X. num.* 45. *Vide Tambur. ibid. num:* 5.

13 Non poßunt verò in Ecclesijs Abbatialibus suarum diæcesum, quæ exemptæ sint, Põtificalia exercere: nisi de licentia Abbatum. *Abb. in c. significasti de for. compet. & Roland. à Val. cons.* 32. *à num.* 23. Licet poßint in eisdem Ecclesijs vti pontificalibus insignijs, sed absque vllo exercitio. *Clem. Archiepiscopo. de priuil.*

uil.Enriq.in sum.lib.7.cap.26.num.3. & Molin. de iust. tract.2.disp.173.Vide Clem.fi.de priuil can. Abbas. & ibi gl.2.& can.luminoso.18.quæst.2.

14 De consensu Abbatis, potest Episcopus exercere iurisdictionem in Monasterio exempto. *can. luminoso* 8.*q.2.Molin.tom.4. de iust disp.61.num.5.Sanch. 4.in decal.cap.39.num.36.& Bordon.resol.34.num.19.* Intellige de Episcopo loci, in quo est tale Monasterium, nam in eius diæcesi, habet iurisdictionem iure communi.*Sanch.ibid.num.39.Bordon num.21.& Portel.in dub.Regul.v.Episc.in addit.num.4.*

Reliqua in v. Baldachinum. Confessarius. Exemptio. Exemptus Ordinarius.Ordo Visitatio Episcopi.

EPISCOPVS TRANSLATVS.

1 EPiscopus Regularis ante consecrationem, & confirmationem est subiectus regulæ, quam professus est habet suam cellam, vocem in Capitulo, & omnia priuilegia, & iura quæ antea habebat.*Rodriq.q.q.Regul tom.2.q.58.ar.4.Portell.in add. ad dub.Regul.v.Episcopus.n.15.Sanc.6.in decal.c.6 nu. 32.& 33.Suar.4.de Relig trac.8.lib.3.cap.16.num. 30.* Secus verò post consecrationem, & confirmationem, quia tunc est effectus alterius iuris.*D.D.cit.ibid.*

2 Manet cum obligatione trium votorum professionis.*D.Th.2.2.quæst.88.art.11. ad 4. & quæst.185. artic.8.& Enriq.lib. 10.de Sacram.Ord.cap.32.num.5.*

Amplia ad Regularem factum Cardinalem, vel Abbatem.

Præ-

3 Præter tria vota generalia supradicta, non tenetur seruare alia vota, quæ solent in aliquibus Religionibus emitti, quale est Minimorum de vita Quadragesimali. *Sanch. nu.* 15. Contrarium tamen docet. *Peyr. de subd. q. 4. cap. 2. vbi plures D.D. accumulat.*

4 Episcopus Regularis tenetur ad eas obseruantias regulares, quæ non impediunt munus, quod gerit, quales sunt oratio, ieiunia, &c. *D. Th. 2. 2. q.* 185. *artic. 8. Silu v. Religio. 6. q.* 10. Quæ tamen obligatio non est ad culpam, vel pænam, sed tantum secundum decentiam, & honestatem. *c. vnico. 18. q 1. Nauar. lib 3. conf. in 1. edit. tit. de Regul. conf. 15. num. 11. in 2. tit. de donat conf. 6. num. 11. & Valent. 2 2. disp. 10. q 3. p. 8.*

Amplia ad Episcopum titularem, & ad eum, qui Episcopatui renunciauit. *Azor. to. 1. inst. lib. 12. c.* 10. *q.* 7. *Aragon. 2. 2. q. 88. art* 11. *& Sanch. num.* 26.

5 Non subiacet censuris, aut pænis impositis à Religione contra transgressores trium votorum. *Sot. vl. de iust. q. vlt. art. vlt. & Angl. in florib 3. p. quæst. vnic. de vot artic.* 25.

6 Tenetur habitum suę Religionis portare ex pręcepto. *cap. pen. de vit. & honest. Cleric. Sà. v Episc. & Enriq. lib.* 10. *cap.* 32. *nu.* 5. Retento tamen colore habitus suæ Religionis, potest se conformare cum Episcopis secularibus, in forma, seu figura illius. *Clem. VIII. in rit. Rom. reform. & Sanch. lib. 6. in decal. cap. 6. num.* 22.

7 Non tenetur soluere officium diuinum iuxta ritum suæ Religionis, sed suæ Ecclesiæ. *Sanch. num.* 25. *Azor. lib. 12. c. 7. q. 4. & Dian. trac. 2. de dub. Reg. res.* 50.

Amplia ad Cardinalem in Ecclesia sui tituli. *Leza. tom.* 1. *cap* 17 *num* 5.

8 Religiosus Episcopus grauis peccat violando castitatem; quia est persona magis dedicata, & consecrata Deo. *Suar. to.* 4. *de Relig. trac.* 3. *lib.* 3. *cap.* 16.

9 Regulari Episcopo non datur dominium bonorum Ecclesiasticorum, sed solum administratio, ex voluntate Papę: quod non repugnat voto paupertatis. *Less.* 2. *de iust. cap.* 40. *dub.* 14. Vnde, si ditiorem supellectilem, & ampliorem familiam habeat, quam decet, peccat magis, quã alius Episcop. *Suar. ib. n.* 30.

10 Potest verò disponere inter viuos de sui Episcopatus redditibus, idest ad moderatam sui, & familiæ sustentationem, secundum decentiam sui status, ad pia opera, eleemosynas, &c. *Less. cap.* 4. *dub.* 5. *num.* 29. *& Molin tom.* 2. *de iust. disp.* 276. Item, id quod minus insumpserit de redditibus Episcopatus, quam in sui competentem sustentationem, licitè poterat expendere, potest expendere in alia quæuis opera. *Nauar. de reddit. Eccles. q.* 1. *& Sanch.* 6. *in decal. c.* 6. *n.* 14.

11 Quidquid acquirit ante consecrationem, acquirit Monasterio: post consecrationem, suæ Ecclesiæ: *can.* 1. 18. *q.* 1. *vbi gl. in summo. Sanch. num.* 8

12 Non potest testari sine licentia Papæ. *D. Th.* 2. 2. *q.* 185. *art.* 8 *Sanch. n.* 10 *& Lez to.* 1. *c.* 17. *n.* 5.

13 Potest secum dispensare in casibus, in quibus Pręlati Religionũ possunt dispensare cum Monachis, quo ad obseruantias regulares. *Tolet. in sum. lib* 4. *c.* 4.

14 Religiosus factus Episcopus, non potest recuperare hæreditatem, quam per renunciationem fa-

ctam ad formam Concilij Trid. dimisit. *Silu. v. Religio.4.q.10.Tabien.eod.n.28.Suar.to.4.de Relig. trac. 1. lib.3.c.16.nu.14.Nauar.com.4.de Regul.nu.24. Azor. p.p.lib.12.c.15.q.3.Rodriq.tom.2.q.79.art.2 Sanch.7. in decal.c.32.n.8.& Peyr.de Præl.q.3.c* 1.§.8 & *n.* 211.

15 Si facultatem reuertendi ad suam Religionē à Sede Apostolica impetrarit, ad officia, & dignitates in illa obtinendas, est inhabilis. *Paul. IV. in bull. In sacra. anno* 1559. *Quarant. in sum. bull. v. Elect. & Peyr.to.1.priuil.in const.4.Sixti IV.*§.10. *nu.*44.

16 Si Episcopatu renunciato, aut etiam retento, seu cum solo titulo impetret à Papa priuilegium, vt possit habere cellam, & victum in sua Religione, & frui omnibus gratijs,& priuilegijs ipsius: adhuc non potest dicta impetratione frui sine licentia Prælatorum eiusdem Religionis. *Rodriq.in sum. to.4.c. 68.nu. 10.Portell.in add.ad dub.Regul.v.Episc.nu.*15. Prælati verò, qui hanc licentiam debent concedere, sunt soli Generales. *Peyr.in formul. lit. G. cap.6. nu.* 3. *& Rodriq. tom.1.quæst.34.art.5.*

17 Episcopus Regularis renuncians Episcopatui potest manere extra Religionem, & non est apostata. *Rodriq to.3.q.52.art.26.Sanch.lib.6. in decal. cap. 6.n.29.Lauret.de Franch in controu.Episc. & Regul.circa decr.Sac.Cong.de Apost. & Eiect.dub.* 13. Secus, si propter culpam, ab Episcopatu deponeretur. *Lezan. v. Apostata.n.7.& Silu.in sum.v.Religio.4.in fin.*

18 Episcopus Regularis potest ad strictiorē Religionem transire, de licentia tamen Papæ. *Bonac. de clausq.2.punct.9.§.2.n.7.& Lezan,to.1.c.22.n.28.*

19 Fa-

19 Factus Episcopus post votum Religionis, tenetur, vel dispensationem voti à Papa impetrare, vel Religionem prius ingredi. *Caiet.2.2.q.189.ar.3.Silu. v.Relig.2.q.20.& Suar.to.3.de Relig.lib.1.c.19.*

Reliqua in v.Beneficium.Cardinalis.

EREMITÆ.

1 Eremitæ, qui tria vota Religionis substantialia non emittunt, licet sub speciali obedientia alicuius Superioris Ecclesiastici viuant, non sunt propriè Religiosi *Suar.to.4. de Relig. tract.9. lib. 1.c.2.& Lezan.tom.2.c.7.nu.2.* Numerantur tamen inter Ecclesiasticas personas, ideoque gaudent priuilegio, fori, & canonis *gl.verò in can.qui verè 16.q.1. Laym.lib.1.tract.5.p.2.c.5.nu.4. Lauret. de Franch. in contr.Ep & Reg.q.41.& Sua.in 3.p.dis.22.sec.1.n.22.*

2 Sunt exempti à gabellis, & tributis. *Barbos. de off.& potest Episc.alleg.12.n.42.& 43.*

3 Subsunt Episcopo, in cuius territorio sunt. *gl. fin. in c.nulla. dist.93.*

4 Possunt matrimonium contrahere *Cornex.to.2. in 3.p.tr.6.de impedim.matrim.dub 40.& Lez.n.3.*

5 Licitè possunt transire ad monachatum. *gl.contubernium in can.sic viue.16.q.1.*

6 Eremitæ, qui iuxta declarationem *Sac. Congr. apud Barbos.in collect.bull.v.Eremitæ*, non debent tolerari ab Ordinarijs, sunt illi, qui neque, sub obediẽtia speciali alicuius superioris Ecclesiastici, neque ex professione alicuius Regulæ, vel Religionis institutione,

tione, sed ex mera voluntate, in eremis, & desertis locis morantur. *Lezan. nu.* 8.

EVCHARISTIA.

1 ADministrare Eucharistiã Religiosis pertinet tantum ad eorum Prælatos, qui sũt Ordinarij eorumdem Pastores: vel certè ad habentes ab ipsis licentiam. *Tamb. de iur. Abb to.2 dis.5.q.1.*

2 Si in Conuentu sit tantum Prælatus, qui non possit Eucharistiam Conuerso, aut famulo morituro ministrare, potest id Diacono committere. *Rodriq. qq. Regul. to.1. q.56. ar.8* Non tamen Subdiacono. *c. peruenit de cons. dist.2. Suar. to.3. in 3. p. disp.72. sect.1.*

3 Possunt Mendicantes, & qui cum ipsis communicant in priuilegijs, administrare secularibus Sacramentum Eucharistiæ, eo tempore excepto, quo ex præcepto Ecclesiæ tenentur communicare in Parochia. *Rodriq. to.1. q 56. ar.3 Mirand. in man. to.1. qu. 42. ar.1. & 2. & Lezan. to.1. c 21. n.8.*

4 Secularis, qui aliquo die paschatis communicauit in sua parochia, potest alio die eiusdem Paschatis communicare apud Regulares. *Vincent. Fill. to.1. tract.4. c.9 Barbos. de off. Paroch. c.20. n.10. Peyr. to.1. priuil. in const.1. Iulij II. §.37. n.88. Suar. to.3. in 3. p. disp.72. sect.2. & to.4. de Relig. tr.10. lib.9. c.3. nu.7. Rodriq. art. 3. & Nouar. in lucer. v. Euchar. nu 11.* Cõtrarium docet *Gauant. in man. v. Euchar. nu.23. adducens declarationem Sac. Congreg.*

5 Præsbyteri seculares celebrantes Missam in domibus

mibus Religiosorum, possunt, de horum licentia, cõmunicare seculares. *Cassarub. in comp. v. cõmunicare num.13. Medin. in instruc. Confess. lib.1. cap.11. §.3. & Enriq. tom.2. de Euchar. lib 7. nu. 1.*

6 Possunt Regulares ministrare Eucharistiam aduenis, & peregrinis, etiam in die Paschatis ad implendum præceptum annuæ communionis. *Peyr. loc. cit Sanch. de Matrim. lib.3. dub.23. n.17. Dian. 3. p. trac. 2. resol.12. & Nouar. nu.4.*

Amplia à fortiori, quo ad Religiosos extraneos, quando hi absunt à loco suorum Prælatorum. Tunc enim præsumitur adesse licentia ipsorum. *Sanch. loc. cit. & Nauar. in man. cap.27. nu.102.*

7 Possunt Regulares Eucharistiam suis famulis, secum continuò commorantibus, administrare, etiã per modum viatici, in articulo mortis. *Peyr. loc. cit. §.15. nu.11. Iacob. Mancin. in pract. visit. infirm. pract.8. dub.2. & Dian p.5. tract.3. resol.52.*

Amplia, quo ad seculares hospites infirmos commorantes in eorum monasterijs. *Peyr. §. 37. nu. 92. & Peregrin. p. p. sui comp. tit. communicare n.3 qui adducunt priuil. Pont. & præcipuè Pij V. cõcessum Theatinis.*

8 Absente Parocho, possunt Regulares, licitè administrare Eucharistiam, cuicumque constituto in articulo mortis. *Eminen. de Lugo. de Sacram. Euchar. disp.18. sect 2. nu.53. & Hurt. de Sacram. Euchar. disp. 11. diff.6.* Tunc enim præsumitur consensus Parochi, & Ecclesiæ.

9 Eucharistiam publicè adorandam, non possunt Regulares exponere, sine causa, ab Ordinario appro-

banda

banda. *Barbos. in collec. v. Regul.* 1. & *Gauant. in man. v. Euchar. nu.* 53. & 54. & *v. Regul. iur. sub Episc. num.* 19. & 20. Nisi tamen, legitima consuetudine, sit introductum oppositum, vti introductum audio. *Lez. t. 2. cap. 1. nu. 26.*

10 Eucharistiam singulis mensibus sumere, tenẽtur Religiosi, & quidem sub mortali. *Clem. ne in agro §. sanè. Conc. Trid sess 25. cap. 10. de Regul. Graff. decis. aur. lib 2. c. 38. nu 36.*

11 Moniales non debent habere Sanctissimum Christi Corpus intra Chorum, vel septa Monasterij; sed debet conseruari in publica Ecclesia. *Trid. sess. 25. de Regul. cap. 10.*

Reliqua in v. Familiares.

EVTRAPELIA.

1 VIrtus Eutrapeliæ (hæc est, quę ludis, & iocis, rationis modum imponit, seu quæ in ludricis decorem seruat) est Prælatis necessaria. *Aegid lib. 1. p. 2. de regim. c. 30. & Peyr. de Præl. q. 2 c. 3. §. 24. nu. 238. Vide D. Th. 2. 2. q. 168. art. 2. & Valent. to. 3. disp. 9. q. 3. p. 1.*

EXAMINATOR.

1 IN Capitulo Generali, vel Prouinciali, eligi debent aliquot graues, & periti ex Fratribus, cuiuslibet Pronincíæ, saltem tres, qui Prædicatores, Lectores, Confessarios, & , eos qui ad quoscũque Ordines promoueri debent, diligenter simul

exa-

examinent. *Clem. VIII. & Vrb. VIII. in decret. apud Lezan to. 1. c. 18. nu. 79.*

2 Regulares, etiam ex Ordine Mendicantium, possunt esse Examinatores synodales, dummodo habeant requisita, scilicet sint Magistri, aut licentiati in Theologia, aut iure canonico *Cōc. Trid. sess. 24. c. 18.*

EXCOMMVNICATIO.

1 POssunt Prælati Religionum locales, & Cōuentuales excommunicare suos subditos; *Suar. to 4 de Rel. tr. 8. lib. 2. c. 9. nu. 6. & Peyr. de Præl. quæst. 3. cap 4 nu. 5.*

Fallit in Prælato publicè excommunicato. Non sic in excommunicato occulto, licet hic peccet excommunicando. *Cornex. to. 2. in 3. p. tr. 5. disput. 2. dub 4. & Bonac. dis. 2 de cens. q 2 punct. 5. à nu 3.*

2 Peccat Prælatus excommunicationem ponendo, non seruata iuris forma, quæ est, vt præcedat trina monitio; quod fiat in scriptis, & non diebus feriatis. Valida tamen erit excommunicatio, dummodo præcedat aliqua admonitio. *Sot. in 4. dist. 22. q. 1. art. 2 & Suar t. 5 in 3. p. dis. 3. sec. 13. à n. 1.*

Amplia, quod lata sine scripto, inducit irregularitatem in Prælatum: à qua tamen, potest dispensari per suum Generalem. *Rodr. q q regul. to. 1. q. 20. ar. 20. & q 24. ar. 3. 12. & 14 & Bariol. v. excommunicatio.*

3 Verba (ipso iure, ipso facto) important canonē latæ sententiæ in excommunicatione, nec expectant sententiam declaratoriam; quia stant ibi decisiuè,

non

non pęnaliter. *Felin.in c.Rodulphus.nu.* 48 *& seqq de rescript.* Secus vero in priuationibus, & huiusmodi pœnis, in quibus semper requiritur sententia declaratoria, quia dicta verba stant ibi pænaliter. *Menoch. de Arbitr cas.*220 *n.*7 *& cons.*20. *à nu.*53. Procedit etiã conclusio, si dicta verba (ipso iure, vel ipso facto) adijciantur verbo præterito, vel præsenti: secus vero, si verbo futuri temporis: *Barb tr de dic.*178. *nu.*1.

4 Excommunicatio imposita pro re leui iniusta est, & inualida. *Cornex. disp.* 3. *dub.* 3. *& Lezan. tom* 1. *cap* 8 *nu* 13.

5 Non potest Prælatus præcipere aliquid sub pæna excommunicationis ipso facto, & absolutionem sibi reseruare. *Molfes.p.p.sum.tr.*7:*c.*20.*nu.*17. *Filliuc. to.*1.*tr.*7.*c.*10.*nu.*276.*& Peyr.to.*2.*Priuil. in const.* 10. *Vrb. VIII. & de Præl.q.*3.*c.*2.§. 1. *vbi citat declarationem Sac.Cong.*7.*Iulij* 1617.

6 Ab excommunicatione appellatio fieri non potest, quia nemo excommunicatur, nisi pro contumacia, & contumax appellans non auditur *c. pastoralis* §. *verum.de appel.gl.*1 *in can. nemo contemnat* 11. *q* 3.*Borell.summ.decis.p.*2.*tit.*33.*nu* 383. Qualis autem dicatur verus contumax, *Idem Borell.d.tit.* 33. *nu.* 367. *& seqq.*

7 Regularis excommunicatus non priuatur, propter excommunicationem dignitate, à se iam legitimè possessa. *Garzia de benefic.p.*7.*c.*13.*n.*90.*& Peyr. de Præl qu.*2.*c.*5.*num.* 11. suspenditur tamen ab illa *Nauar.insum.c.*27.*n.*21.*& Vgol. de cens.tab.*2.*c.*11.*n.* 2. Atq; etiã omni vsu iurisdictionis, *c audiuimus.*24.*q.*1.

8 Ex

8 Excommunicatus excnmmunicatione maiori non poteſt eligere, *c. cum inter in fin' de elect. c. cum dilectus de conſuet*. Non ſic excommunicatus excommunicatione minori, *c. vlt. de Cler. excom. miniſtr.*

9 Regularis excommunicatus ob alterius Regularis percuſſionem, non debet iurare dum abſoluitur, quod Regulares non percutiet amplius. *Sayr. de cenſ. lib. 2. cap. 18. nu. 23.* Cum enim Regulares viuant in eadem domo, facilius veniunt ad verba, & ad facta: vndè præter excommunicationem, incurrerent peccatum periurij.

10 Excommunicari nequeunt Capitula. Excommunicatio enim fertur pro peccato mortali, quod eſt actus perſonalis. *D. Th in 4. dist 18. q. 2. art. 3. quæst. 2. Mirand. tom. 2. man. q 35. art. 10. Suar. de cenſ. diſ. 18. ſect. 2. nu. 2. Vaſq. to 4 in 3. p. tr. de excom. du. 17. Ghetius in Theol. mor. ver. Excomm. c. 3. q. 2. & Palud. in 4. dist. 18. q. 2. art. 3.*

11 Excommunicatio, quam ſolet ponere Epiſcopus ante Ordinationem contra eos, qui ordinantur, habentes aliquod impedimentum occultum, afficit etiam Regulares. *Nauarr. cap. 25. nu. 72. & Peyr. tom. 1. priuil. in conſt. 1. Iulij II. §. 16. nu. 39.*

12 In caſu, quo Regularis exemptus, notoriè in excommunicationem incidiſſet, non poteſt Ordinarius, illum declarare excommunicatum, quia hoc eſſet exercere iuriſdictionem in exemptos. *Vulpius prax. for. eccleſ. c. 42. & Dian. 3. p. tract. 2. de dub. Reg. reſol. 35.* Poteſt quidem, ſi talis excommunicatus eſt vitandus, admonere ſuos ſubditos de obligatione,

quam

quam habent illum vitandi. In quo sensu accipiunt Doctores declarationem *Sac. Congreg. 29. Ianuarij 1633. Vide Sanch. t. 2. cons. mor. lib. 6. c. 9. du. 1. n. 29.*

13 Potest quidem Ordinarius declarare Regulares excommunicatos, qui matrimonia solemnizāt, aut excommunicatos, in certis casibus absoluunt, &c. iuxta *Clem. 1. de priuil.* quia hoc ius per priuilegia Regularium, non videtur reuocatum. *Peyr. to. 1. priuil. in const. 2 Sixti IV. §. 10. nu. 13.*

14 Licet Prælatus excommunicatus non toleratus, sit priuatus omni iurisdictione spirituali, quo ád vsum: non est tamen priuatus officio, nisi excommunicationi, quam incurrit, sit annexa, ipso facto, priuatio officij: vnde potest temporariam, & politicam dominationem domus exercendo, cum subditis priuatim communicare. *Peyr. tom. 2. de Prel. q. 1. c. 4. §. 4. citans Rodriq. Portell. & Auil.*

15 Petens absolutionem ab excommunicatione non per hoc fatetur se excommunicatum fuisse: quia solet peti ad cautelam, & bonarum mentium est timere culpam, vbi culpa non est. *DD. repr. glos. postulauit. cap. venerabilem. 34. de elect. Vide c. ad præsentiam 16. de appellat. & cap. venerabilis 52. de sent. excommunicat.*

16 Ab excommunicatione, se absolutum asserēti non creditur, nisi probet per aliquas legitimas probationes, puta saltem per duos testes. *c. sicut de sent. excom* Intellige quo ad forum exterius; nam quo ad forum conscientiæ, sufficit, vt ipsemet dicat, se iam esse absolutum, quia in foro conscientiæ statur dicto

O peni-

penitentis. *Clem.1.v. non habita de priuil. vbi Card. q.* 15. *Nau.in c.placuit.n.153. de pęn. dist. 6. Hostien. & Abb.in c.cum illorum n.5.de sent.excomm.*

17 Prælatus, si recipiat excommunicatum ad osculum, per hoc præsumitur, quod non sit excommunicatus. *c. cum olim.de priuil.*

18 Ab excommunicatis, & vsurarijs publicis, possunt Fratres Minimi, ex priuilegio Iulij II. legata, & alias quascumque eleemosynas accipere, & exigere, & etiam in iudicio procurare, modo onera missarũ, & officiorum non habeant adnexa. Hoc ipsum possunt alij Regulares participantes in priuilegijs. *Peyr. in formul. lit. A. cap. 2.nu.* 4. Simile ferè priuilegium habet Ordo noster Fesulanus ab Eug. IV. *cap.* 13. *nostrorum priuil.*

Reliqua in v. Absolutio. Censura.

EXEMPTIO, EXEMPTVS.

1 EXemptio probatur per illa verba (Recipimus Monasteria ad ius & proprietatem Ecclesiæ Romanæ) *c.cum tempore de Arbitr.* vel (Recipimus te, vt sis specialiter in ius B. Petri) *c. recepimus de priuil. & c.si Papa* 10. *de priuil.lib.6.*

2 Exemptorum Ordinarius, & Diœcesanus, est Papa. *gl.Sedis Apostol.in c.1.de priuil.in 6.*

3 Mendicantes sunt omninò exempti à iurisdictione Ordinariorum *Tamb.de iur.Abb.to.1.disp.15. q.4.n.19.vbi refert priuilegia Pontif. Lezan.to.1. c.11. & to.2.c.1.n.74.& Nouar.in lucer.v.Exemptio.*

4 Con-

4 Congregatio nostra Fesulana gaudet, non modo, exemptionibus omnibus, quibus alij Fratres D. Hieronymi, ac eorum Monasteria tam in Italia, quam in Hispania, vt est in *c.*41.42.46.103.*&* 105. *nostrorum priuil.* Sed etiam quorumcumque Ordinũ Mendicantium. *c.*125.*&* 126.*eorumdem.*

5 Si conuenirentur Mendicantes coram Odinarijs, non deberent ostendere priuilegium suæ exemptionis, sed respondere, se esse exemptos ab illorum iurisdictione, statimque recurrere ad suos Conseruatores. *Sanch. tom.* 2. *cons. mor. lib.* 6. *c.* 9. *dub.* 4. *& Cordub. in annot. ad priuil. Mend. v. Priuil. Fratr.* §. *quo ad nos.*

Fallit si exemptio non sit notoria; tunc enim debent illam ostenderet. *Sanch. ibid. Silu. in sum. v. Exẽpt. q.* 7. *& Tambur. quæs.* 6. *n.* 3.

6 Si Ordinarij procedant contra Regulares in ijs, in quibus ipsi sunt exempti, processus, & omnia alia gesta irrita sunt, & nulla *Sanch. ibid. dub.* 1. *n.* 27. *& Enriq. lib.* 7. *de Indulg. c.* 25. *n.* 5.

Amplia ad casum, quo Prælati Regulares essent negligentes in subditorum correctione. *Enriq. ibid. n.* 4. *& Sanch. ibid. num.* 26. In exemptum enim & eius Ecclesiam nõ potest per Ordinarium exerceri aliqua iurisdictio: nec Episcopus potest Abbatis negligentiam corrigere. *gl. & DD. in c graue.* 19. *Grat. disc. for. c.* 154. *nu.* 43. *&* 44.

7 In casibus, in quibus, Religiosi exempti subduntur Episcopis, à Conc. Trid. probabile est, non posse compelli ad obediendum illis, per censuras,

nisi fortè hoc Episcopis concedatur expressè à dicto Concilio, aut ipsi Religiosi non habeant priuilegium in contrarium. *Enriq.ibid.& Lezan.to.1.c.11.n.14.& tom.3.v.Exemptio.nu.8 vbi adducit priuilegia Pont.*

8 Exemptus subijcitur iurisdictioni Ordinarij, quo ad exigendum ab eo rationem de testamentorũ exequutionibus, quas gessit. *Clem.1.de testam.*

Amplia quo ad obseruantiam interdicti. *Clem. 1. de sent.excom.* Item, si sepeliat excommunicatos, vel nominatim interdictos, vel vsurarios manifestos. *Clem. 1. de sepult.*

9 Exemptionis priuilegio, non possunt renunciare Religiosi, saltem particulares. *Rodriq.qq.Regul.to. 2.q.63 a.10.& Peyr.to. 1.priuil.in cõst.2.Sixti.V. §.7.* Quod verum est, etiamsi omnes vellent renunciare, vno excepto. *Tamb.quæs.12.& Suar.de leg.lib.8.c.33. n.2.* Ad quod insuper requiritur licentia Sum. Pont. *Cokier.de iurisd.Ordin.in exempt. lib.2 q.7. & lib.3.c. 34.& Armill. in sum.v.Exempt.n 8.*

10 Exemptionis priuilegium non perdunt Exẽpti, ratione delicti, sed debent puniri: nec propter delictum recidunt in iurisdictionem Episcoporum, nec Episcopi cognoscunt iure Ordinario, sed tamquã delegati Papæ. *gl fi.in cap.ad abolendam. §.statuimus. de hæret.*

11 Exempto Monasterio, intelliguntur exempta Ecclesia, Cæmeterium, Domus, Atria, Hortus, & Areæ, quæ sunt iuxta Ecclesiam. *gl.in c.1.de priuil. in 6.*

12 In defectu Superioris exemptorum, nisi facilis ad Summum Pont. sit recursus, adiri potest Ordinarius

narius, seu Episcopus loci, vt suppleat defectum iustitiæ. *Barbos de off & potest Episc.p.3.alleg.105.nu 67. & Cokier.de iurisdict Ordin.in exempt.p.2 q.49.n.67.*

13 Exemptiones, quæ in aliquibus Religionibus conceduntur Prouincialibus, Diffinitoribus, Magistris, Lectoribus, &c. non possunt à Generali concedi illis, qui dicta officia non exercuerunt *Peyr. in formul.lit E c.35 nu.3 vbi citat constitutionẽ Vrb. VIII.* qua, id prohibetur sub grauissimis pęnis.

14 Exemptiones superfluæ destruunt regularem obseruantiam, & maxima mala gignũt in communitatibus religiosis. Vbi enim æqualitatis defraudatio est, inuidia, odijque materia, ac seminarium existit ijs, qui defraudantur. *D.Basil.ser.de instit. Monach.*

15 Exemptionis priuilegium non infirmatur, quamuis Papa, in eo, non exprimat, se derogare regulæ de iure tertij quæsito non tollendo. Papa enim qui concedit exemptionem, quæ de sui natura, est gratia præiudicialis, censetur tali iuri velle derogare. *Dec.cons.113.nu.7.vers non obstat.Gonzal.ad reg.8. cancell.gl.36.n.48.& alij apud Lezan.t.5.fol.mihi 415.*

Reliqua in.v.Gabella.Onera.

EXILIVM.

1 EXilium, quandoquè ponitur pro carcere Monasterij. *gl.fi.in cap.hi, qui.3.q.4.*

2 Exilij pæna possũt Prælati Regulares damnare suos subditos. *Alderet.lib.2 de Relig.discipl.cap.27.n. 18.& Lezan.to.1.c.18.num.16.*

EXORCIZARE.

1 EXorcizandi licentiam dare, in aliquibus Religionibus, pertinet ad Generalem. *Peyr.in formul.lit.E.c.36.n.1.*

2 Si Episcopi mandent, vt nullus in suis diœcesibus munus Exorcistæ exerceat, sine ipsorum licentia, non tenentur Regulares obedire *Nauar.lib.1.cons. de off.Iud.Ord.cons.6.nu.4.Portell.in add.ad dub. Regul.v. Exorcismus, & Dian.to.3.trac.2.resol.36.*

EXTREMA VNCTIO.

1 PErtinet ad Prælatum ministrare suis Religiosis extremam vnctionem, vel saltem requiritur eius licentia. *Tambur. de iur. Abb. tom.2. disp.4. quæst. 1.*

2 Possunt Regulares, suis familiaribus, extremā vnctionem ministrare, sicut & pauperibus, in hospitalibus suis degentibus. *Mirand.in man.to.1.q.49.a.1. Rodr.t.1.bull.in Sixto IV.bull.42.& Lez.t.1.c.21.n.10.*

3 Alijs sæcularibus non possunt Regulares hoc Sacramentum ministrare, sine licentia Parochi, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ. *Clem.Religiosi de priuil.*

Fallit in casu necessitatis, & absentia Parochi; tūc enim præsumitur licentia interpretatiua ipsius. *Silu. v.Vnctio q.4.Sot.in 4.dist.23.q.2.a.1.& Lezan.ibid.*

FACVLTAS.

1 FAcultas concessa Prælato Religionis in priuilegio Pontificis, potest ab ipso alteri delegari, nisi oppositum in priuilegio habeatur *Suar.4.de Relig.tract.8.lib.2.c.22.n.8.& Cord. in sum. Hisp. q.8.*

FALSIFICATIO.

1 FAlsificatio litterarum Superiorum est casus reseruabilis inter Regulares. *Clem.VIII.in decr.de cas.reseru.Suar to.4.de Relig trac.8.lib.2. c.18. n.8.& Peyr.de Præl q.3.c.2.n.50.*

2 Religiosus vtens litteris ab alio falsatis incidit in prædictum casum reseruabilem. *Fagund. in 2. præcep.Eccles.lib 8.c.7.n.21.Long.p.2.cas.7.Molfes.tom. 1. sum tr.7.c.20 Graff.de cas.reser.lib.3.c.6.& Quarant. in sum.bull.v.cas.reseru n.8.* Non sic auxiliantes, suadentes, consulentes, & similes; Nam Pontifex solũ loquitur de falsificantibus; Cum autem simus in materia odiosa, non debet casus extendi. Immò *Lezan. v.falsarius.nu.3.* restringit casum ad falsificantem litteras Officialium, quatenus Officiales sunt, idest in rebus pertinentibus ad Conuentum, non verò ad personas ipsorum Officialium.

3 Contra Religiosum falsificantem litteras, seu patentes suorum Superiorum, nulla, iure communi, est lata censura. Quare standum est particularibus

Religionum statutis. In nostris Constitutionibus *to.* 1.*c.*72. decernitur pœna carceris.

FALSVM.

1 SI aliquando contingat fieri generalem indulgentiam delictorum, per statutum, vel decretum in aliqua prouincia, non comprehenduntur in eo atrocia crimina, & specialiter crimen falsi. *Spath de mo.cor.Regul.trac.*10.*c.*11.

2 Religiosus repertus falsum iurasse coram Iudice seculari, non potest ab hoc puniri. *Farin. de Inquisit. q.* 8.*n.* 26. *Genuen. in prax cap.*72.*&* *Dian.p.*3. *trac.* 1.*resol.* 30.

3 Falsus est non solum, qui mendacium dicit, sed etiam, qui veritatem occultat.*c.*1.*de crimin. falsi.*

4 Si contingat Religiosum falsam monetam cudere, seu quoquomodo in Constitutionem Vrb. VIII. quæ incipit, *In suprema. anno* 1627. incidere, cognitio huius causæ non spectat, in Italia, ad Superiores Religionum, sed ad Cardinales Legatos, vel Ordinarios. Extra Italiam verò, possunt prædicti Superiores vti iure suo. *Vide Gauant. in man.Epis.v. Monetarij.*

FAMILIARIS.

1 REligiosi, ex priuilegio, licitè possunt administrare Sacramenta suis familiaribus domesticis, aut pauperibus in suis hospitalibus de-

gen-

gentibus, sed non ex consuetudine. *Clem. 1. de priuil. §. fin. & ibi gl. fin.*

2 Religiosi non approbati ab Episcopo, non possunt audire confessiones secularium, qui sunt de familia lato modo sumpta, & seruiunt Monasterio; Secus si verè sunt de familia, & continui commensales. *Armendariz, apud Barbos. alleg. 25. num. 46.* Contrarium sentit. *Lezan. tom. 2. c. 16. num. 19. ex priuilegio Leon. X. Minimis concesso, & à cæteris Regularibus participato.*

3 Familiares Religiosorum, in Paschate, mittendi sunt ad parochiam pro communione. *Gauant. in man. v. Euchar. num. 24. vbi asserit, hoc declaratum esse à Sac. Congreg.*

4 Quando aliqui Doctores dicunt Familiares Religiosorum non posse ab Episcopis excommunicari, loquuntur de excommunicatione generali, qua nimirum plures personæ alicuius communitatis, in communi excommunicantur: non vero de excommunicatione particulari. *Lezan. to. 5. pag. mihi 200.*

Reliqua in v. Eucharistia. Sepultura.

FAMILIARITAS.

1 Familiaritas nimia subditorum vitanda est Prælatis. *Peyr. de Præl q. 2. c. 3. §. 10. nu. 94.* Parit namque contemptum. *gl. 3. in c. & si Iudeos. de Iudeis. & gl. 2. in. can. nullam. 18. q. 2.*

FESTVM.

1 Regulares possunt annunciare dies festos in suis Ecclesijs, in Missa. *Sac. Cong. Archiep. Bon. 2 Iulij 1620.* Immò ad id possunt cogi per Episcopos. *Rodriq.to.1.q.43.art.7.*

2 Non tenentur Regulares ad festa, quæ ex deuotione obseruantur à populo. *Nald.in sum.v. Festum n.4.& Nouar.cod.n:1.* Secus, si populi, vna cum Episcopo, votum de tali festo obseruando emiserunt, etiam Regularibus inconsultis. Cum enim hi sint membra Reipublicæ, ex vi iuris naturalis, se debent illi conformare. *Vasqu. lib. 2. disput. 167. num. 34. Sanch. lib. 4. in decal. cap. 15. num. 21. & Laym. lib. 4. tract. 7. c. 1: num. 5. Vide tamen Suarez tom. 2. de Relig. tract. 6. lib. 4. c. 9.*

3 Dies festi, quos in sua diœcesi seruandos Episcopus præceperit, ab exemptis omnibus, etiam Regularibus seruentur. *Trid. sess. 25. cap. 12.* Intellige quo ad conciones, & lectiones, quas Regulares ad populum habent, vt nimirum se conforment Euangelijs, & Epistolis, quibus Clerus secularis tunc temporis vtitur: non verò quo ad ritus Regularium, Missas celebrandas, & cætera diuina officia, tam publicè, quam priuatè, ab ipsis Regularibus, in suis Ecclesijs, persoluenda. *Quarant. in sum.bull.v. priuil. Regul. & Flau.Cherub.in comp.bull.to.2 in bull.41.Pij V.*

4 Festum Patroni loci celebrari potest (immò & debet,) sed sine octaua, à Regularibus. *Gauant.*

tom.

to.2.thesaur.sec.1.cap.5.tit.1. & Nouar.v.festus.num.5.

5 Non tenētur Regulares ad festum Sancti titularis Parochiæ sub qua situm est ipsorum monasterium. *Pelliz in man.tr.5.c.4.n.10.* quia supradictum decretum Tridentini, cum respectu Regularium sit odiosum, non videtur intelligendum nisi de festis diœcesanis simpliciter, seu quę sūt communia toti diœcesi.

6 Religiosi hospites non tenentur ad festa instituta ab Ordinario loci, per quem transeunt. *Pelliz. ibid.* quia cum probabile sit peregrinos seculares non teneri ad festa loci, per quem transeunt, multo magis id dici debet de Religiosis, respectu quorum benignè videtur interpretādum idem decretum Trident. vt obliget Religiosos solum ad festa, quæ instituuntur à proprio Ordinario, seu ab episcopo domicilij. Ad tradita per *Henriq.l.7.c.23.in comment.lit.G.*

7 Vt Religiosus teneatur ad festa loci in quo est, non requiritur vt habeat ibi fixum domicilium, sed sufficit, quod illuc accesserit animo ibi commorandi perdiuturnum tempus. *Fagund.in 3.præc.eccl.c.8.num. 7. ex Palud. Sanch. Medin. & Suar.*

8 Festum Calendarij Romani non potest immutari, ita vt de semiduplici fiat duplex. *Sac. Cong.1628. apud Nouar. num.6.* Nisi tamen, per priuilegium, hoc habeatur, vt habemus nos ex *Mart. V.cap.49. nostrorum. priuil.*

9 In casibus, in quibus Episcopi possunt suis subditis concedere licentiam laborandi diebus festiuis, possunt & Prælati Regulares eam concedere suis subditis Regularibus, cum sint veri eorum Prælati. *Azor.*

tomi.

tom.2.inſtit.lib.1.cap.28.& Portell.v. Abb.num.11. Non tamen ſuis famulis ſæcularibus. *Portell.ibid.*

FIDEICOMMISSARIVS.

1 Fideicommiſſarius grauatus reſtituere, ſi ſine liberis deceſſerit, ingrediens monaſterium, euaneſcit fideicommiſſum.*c.in præſentia.extr.de probat.Fuſar.de fideicom.quæſt.428.& 429.num.8.vbi latè hanc materiam pertractat.*

2 Fideicommiſſarius non videtur ſine liberis decedere, ſi monaſterio dederit ſe, & ſua.*gl.abſque liberis.in c.Rainutius.16.de teſtam.Barboſ.in Auth.Ingreſſi.num.1.& ſeqq.C.de Sacroſ.Eccl.* Intellige profeſſione ſequuta.*Barb.ibid.num.2.contra Luſit.Bened.Aegid.in repet.l.1.C.de Sacroſ.Eccl.& Martam, de iuriſdict.p.8.caſ.95.num.8.* qui intelligunt etiam de primo ingreſſu: ita vt ingreſſus, amplius non poſſit reuocare, nec teſtari.

FIDEIVSSOR.

1 Religioſus non poteſt eſſe fideiuſſor, niſi de licentia Prælati, & maioris partis Capituli.*c.pe.de fideiuſſ.Silu.Angel & Tabien.in ſum.v.Fideiuſſ.& Leſſ.2.de iuſt.c.28.dub 2.num.20.*

2 Religioſus fideiubens, nõ ſolum peccat, ſed eius fideiuſſio eſt nulla.*Molin.tom.2.de iuſt.diſp.540.& Azor.tom.1.inſtit.lib.12.cap.11.q.2.*

3 Monachus, ſi de mandato Eccleſię ſuę vel etiam

ſine

ſine mandato fideiuſſit, vel contraxit, & pecunia ſit verſa in vtilitatem Eccleſiæ, poteſt conueniri. *gloſ aut Monachum in can. de perſon.* 11. *quæſt.* 1.

F I L I V S.

1 Filius non poteſt abſque graui peccato relinquere Parentes in extrema, vel graui neceſſitate, & Religionem ingredi. *D. Th. quodlib.* 3. *artic.* 16 *& quodlib.* 10. *art.* 9. *Silu. v. Religio.* 2. *quæſt.* 7. *Suar. tom.* 3. *de Relig lib.* 5. *cap.* 5. *& Peyr. de ſubd. q.* 1. *ca.* 9. *& de Præl. quæſt.* 3. *cap.* 1. *§.* 2. *num.* 69.

2 Iam profeſſus tenetur Religione egredi ad ſubueniendum parentibus extremè laborantibus, ſeu in graui neceſſitate exiſtentibus. *Caiet.* 2. 2. *q.* 101. *art.* 4. *Nauar. com.* 3. *de Regul. n.* 48. *& in ſum. ca* 14. *n.* 14. *Valent tom.* 3. *& diſp.* 7. *q.* 1. *punct.* 2. *& Peyr. ibid.*

Limita, niſi id poſſit facere etiam ſtando in Religione. *ibidem.*

3 Filius, & Pater poſſunt ſimul eſſe Monachi in eodem Conuentu. *gl.* 2. *in c. ad abolendam. de filijs Præsb. Sigiſmund. de elec. dub.* 72. *num.* 8. *& Garz. de benefic p.* 7 *cap.* 3. *num.* 74.

4 Filius liberatur à Patria poteſtate per Monaſterij ingreſſum. *Graff. deciſ. lib.* 2. *cap* 56. *n.* 14.

5 Filijs magis fauendum, eſt quam Religioni, in donatione omnium bonorum facta á Patre, Monaſterio, vel Eccleſiæ. Intellige quo ad legitimam; ſed in eo quod eſt vltra legitimam, magis fauendum eſt Monaſterio. *can. fin.* 17. *quæſt.* 4.

6 Filij ingrati, si ingrediantur Monasterium, non possunt exhæredari à Parentibus: nam per ingressum aboletur omnis ingratitudo. *can. non liceat. & ibi glos. 1. 19. quæst. 3.*

7 Filium facit Monachum paterna deuotio. Intellige si sequatur ratihabitio filij; alias non *glos. paterna. & gl. quidquid. in c. cum verum. 12. de Reg. & can. Statuimus. §. fi. & can. & seq. 20. quæst 2.*

8 Filius potest à Patre postulari, vt efficiatur Monachus. *c. officij. 38. de elect.*

9 Filius legitimus non prohibetur habere Prælaturam in eo Conuentu, in quo eam habuit Pater eius, modò illi immediate non succedat. *c. ad extirpandas. c. ad hæc. c. ex transmissa & c. conquerente. de filijs Præsbit. Rebuff. in prax. tit. de dispēs. sup. def. nat. n. 22. Maiol. de irregularit. lib. 1 c. 6. num. 10. Sayr. de cens. cap. 10. nu. 45. & Less. lib. 2. cap. 34. num. 90.*

Reliqua in v. Monasterium. Pater. Religio.

FORVM.

1 Fori priuilegio gaudet totus Religiosus status, idest non solum professi, sed etiam Nouitij. *Suár. tom. 5. de cens. disp. 22 sect. 1. nu. 19. & in defens. fid. lib. 4. cap. 10. in fi. & cap. 11. & 12. Tambur. de iur. Abb. tom 1. disp. 1. quæst. 19. num. 16.*

2 Per Forum interiorem, seu conscientiæ, aliquando intelligitur forus animæ in iudicio pænitētiali: Sacramētali: Aliquādo etiā extra confessionē, ad distinctionem fori contentiosi. *Valer. de diff. vtr. for. in prælud.*

ud.nu.2.citans. Trident. sess.24.cap.6.Enriq.in sum.tit. rregul.cap.13.Rodriq to.1.q.61.art.10. & Didac. in c. Alma mater.p.p.§.11.num.6.

FRATER.

1 FRatres dicuntur omnes Prælati,& Religiosi in Christo. *Clem.1 de excess.Præl.*

2 A Fratribus Prædicatoribus, Minoribus, & alijs Mendicantibus hæreses processisse, prohibitum est asserere cũ inveritate fides nostra sit illuminata,& Ecclesia exaltata per eosdem, maximè per Prædicatores, & Minores. *extrau. vices illius. de tregu. & pac. inter com.*

3 Fratres Mendicantes prohibentur transire ad Religionem non Mendicantium, iuxta constitutionem Mart.V.*reg de Mendicant.transfer.in regul.Cancel. Vide v.transitus.num.12.*

FVGITIVVS.

1 FVgitiuus est ille Religiosus; qui sine licentia egreditur Monasterio cum animo tamen redeundi. *Aragon.2.2.q.12.art.1.& Bann.ibid.*

2 Fugitiui possunt, vbique, etiam extra territorium, apprehendi à suo Superiore, incarcerari,& duci ad Monasterium,inuocato ad hoc,si opus fuerit, auxilio brachij secularis; Et quidem non solum,quando Religiosus fugit sine licentia,sed etiam quando iuit cum illa per certum terminum,& ille est transactus.

Peyr.

Peyr.tom.2.priuil.in conſt.7.Pij V.num.20.

3 Fugitiui, ſiuè deferant habitum, ſiuè nō poſſunt, & debent ab Epiſcopo loci vbi moram trahūt, in carceres conijci, ac Superioribus Regularibus conſignari, ſecundum regularia ſtatuta puniendi. *Sac.Congr.in decr.de Apoſt.& eiect.21.Septemb.1624.*

4 Religioſus, qui in pœnam delicti à ſuo Superiore detinetur in carcere, non poteſt ex illo fugere. *Spath.de mo cor.Regul.tract.9.cap.17.*

5 Poteſt verò Religioſus fugere è Conuentu, ſi certò, & euidenter conſtat illum vexari nimium iniuſtè à ſuo Superiore, & vult ire ad Superiorem Prælatum. *Suar.tom.4.de Relig.tract.5.lib.3.cap.1.num.6.*

6 Fugiens è carceribus, & aſſumens habitum Religioſum, remmittitur ad Iudicem Eccleſiaſticum pro delictis antè ſuſceptionem habitus commiſſis. *Bariol. lit.F.vbi citat Vinc.Franc.deciſ. 656.691.& 709.4.p.*

7 Fugitiui, in aliquibus Ordinibus, ſunt inhabiles ad ordines ſuſcipiendos, quouſque, per Generale, vel Prouinciale Capitulum rehabilitentur. *Peyr. in formul.lit.O.cap.6.num.6.*

8 Fugitiui ſunt excommunicati ipſo facto. *Rodr. tom 1.qq Regul.q.50.ar.8.vbi adducit priuilegium Eug. IV. & Celeſt. V. & Peyr. de ſubd.quæſt 1.ca.26.§.1.in fi. Contrarium docet Suar.tom 4.de Relig. trac. 1. lib.3. cap.1.num.9.& 10.*

9 Sola fuga non inducit confeſſionem delicti. *c. contumacia.7 de hæret.in 6.*

Reliqua in v.Carcer.

FVNVS.

1 FVnerandi ius solus Papa concedit Ecclesijs Regularibus.*ca.1.de pact.lib.6.* Ante priuilegia enim, Fratres non habebant iura funerandi, tamquam carentes populo.*gl.in Clem.dudum.§.huiusmod de sepult. Grat. discept.for.to.2.c.298. num.14.*

2 Non dicitur habere ius funerandi habens ius sepulchri, quamuis largo modo dicatur patronus sepulchri. *Abb.in cap.1. de sepult. apud Grat. tom. 2. cit. cap.210. num. 50.*

3 Propter iurisdictionẽ, quam Parochus habet in sua parochia, non potest leuari funus, sine eius licentia, & antequam per eum dicatur Antiph. Subuenite, &c.*Imul.in Clem.cit. col. 16.num.66. & Oldrad. cons. 82.an Fratres.num.2.vers.nam & portare.*

Reliqua in v.Defunctus. Sepultura.

FVR.

1 REligiosus fur perperuò deponitur. *c. cum non ab homine: de iudic.c Præsbiter.81.d.* & postquam fuerit depositus in arctum Monasterium detruditur: attenta tamen qualitate, & quantitate furti.*Alder.lib.2.de relig.discipl.c.16.n.8.& 9.*

2 Est infamis ipso iure.*l.1.de his, qui notan.infam.*

3 Casus furti est reseruabilis à Superiore Regulari.*Clem.VIII.in decr.de cas.reseru.* dummodo sit in ea quantitate, quæ sit peccatum mortale.*Quarant.v.cas. reser.num.9.Sorb.in comp.v.Absolut. ord. quoad Fr. & Peyr.de Præl.quæst.3.cap.2.num.52.*

4 Religiosus, successiuè, res modici valoris surripiens, incidit in casum reseruabilem, cum peruenit ad quantitatem notabilem: si nimirùm actus illi surripiendi sint aliquo modo vniti, vel ratione loci, vel ratione temporis: Secus si sint disparati. *Sanch.7. in decal.cap.21 num.30.Nauar.in sum.cap.17.nu.140. & Less.2.de iust.cap.2.dub.8.*

5 Furtum rerum comestibilium notabilis quantitatis est casus reseruabilis. *Graff.p.p. decis.lib.3.cap.5. n.51.& Sanch.n.33* Maior tamen horum comestibilium quantitas requiritur ad constituendum mortale, quam in alijs rebus. Nam in comestibilibus Prælati non debent esse ita rigidi, sicut in alijs, cum Religiosi comparentur cum Prælatis, vt filij cum Parentibus. *Flamma.3.p.method.c.9.§.11.Fagund.in 2.Eccles. præcep lib 8.cap.6.num.7.& 8.Laym.lib.3.trac.3.p.1.c.1. num.5.& Sanch.num.34.*

6 Religiosus; furtim aliquid sibi surripiens ex communi, crimen proprietatis incurrit. *Azor. lib.12.cap. 11.q.6.& Graff.cas.reser.lib.3.c.7.n.21*

7 Non excusatur à furto Religiosus, qui habens administrationem temporalem, facit sibi marsupium sub specie boni, vt scilicet pecuniam expendat in fabricam Monasterij, vel Calices, Vestes, &c. emat *Graff.ibid.num.31.*

7 Si Religiosus surripiat rem alterius Religiosi vsui applicatam, est casus reseruabilis. Sic declarasse Clem.VIII.refert *Sorb.loc.cit.Suar.to.4.de Relig.trac. 8.lib.2.cap.18.n.11.& Peyr.de Præl.q.3.cap.2.nu 51.* Contrarium docet *Ledesm.in add.ad sum.tom.2.cap.4.*

dub.

dub.12.& inclinat Dian.p.5.trac.6.resol.44.

9 Si Religiosus furando res Ecclesiæ, puta calices, patenas, reliquias, &c. frangat violenter muros, aut portas Ecclesiæ vel Sacristiæ, vbi ea sunt, propter casum reseruabilem, incurrit ipso facto excommunicationem. *c.conquesti.de sent.excom.Silu. in sum. v. furtum.num 8.Suar.tom.5 in 3.p.disp.22.sect.2.num.11. & 12.Tolet.in sum.lib 1.cap.35.num.6. & Nald.v.furtum.num.4.* Nomine verò Ecclesiæ intelliguntur Monasteria, Hospitalia, & reliqua loca pia, non verò arca, seu scrinia, vbi res Ecclesiæ reponuntur. *Nauar. in man.c.27.num.94. & Suar. ib.* Excommunicatio porrò, ante denunciationem factam à Superiore, non est reseruata. *Caiet.v.excommunicatio.cap.21.* Si verò fur, per Superiorem fuerit denunciatus, non potest absolui nisi à Papa. *c.conquesti cit.* vbi etiam additur teneri Prælatos huiusmodi fures denunciare.

10 Superior audiens confessionem Religiosi, qui aliqua furatus est Conuentui, vel particulari Religioso, potest eum absoluere sine obligatione restituendi, sicuti & potest concedere ea, que abstulit. *Lez. v.Furtum.num.7.* Nunquam tamen consulerem hanc praxim, quia esset aperire viam huismodi delictis.

11 Religiosus fur, propter furtum simpliciter eijci non potest à Religione, sed tantum seruatis seruandis, ad præscriptum decretorum de Apost. & Eiect.

12 Furtum, & sacrilegium non priuant Prælatum, ipso iure, dignitate sua, sicut dicitur de Iuda. *can. secundum.dist.19.*

GABELLA.

1 MEndicantes exempti sunt à solutione gabellarum, & quarumcumque contributionuũ, onerũq; hospitãdi milites. *Pius V. in bull. Dum. ad vberes. apud Quar. in sum. bull. v. priu. Reg. & Flau. Cher. 2. to. cõp. bull. in prædicta bulla.*

Amplia primò quo ad Nouitios. *Rodriq. in comp. q. Regul. resol. 133. num. 9.*

Amplia secundo quo ad Religiosos milites. *Dian. tract. de immun. Eccl. resol. 49.*

Amplia tertiò quod ad familiares Regularium. *Nouar. in lucer. v. familiares num. 2. & Lezan. v. Gabella. num. 11. vbi plures DD. accumulat.*

2 Qui habitum Regularem suscepit animo non perseuerandi in eo, sed tantum pro aliquo tempore, gaudet priuilegio immunitatis à gabellis, saltem pro illo tẽpore *Tamb. to. 1. disp. 15. q. 21. n. 22.* Secus verò, si id fecit in fraudem gabellarum. *Dian. 5. p. in collect.*

3 Non solum bona Regularium exempta sunt à quibuscumque gabellis, sed etiam fructus, seu redditus eorundem. *Bertach. de gabell. p. 7. Silu. in sum. v. Excom. 9. n. 46. & Tambur. num. 34.*

4 Si regulares acquirunt bona affecta onere certo, & inuariabili soluenda gabellas, non eximuntur ab hoc onere, sed res cum eo transeunt. *c. pastoralis, & c. cum non sit de decim. Silu. in sum. v. immunitas. 1. num. 19 & Tambur. quæst. 22. n. 7.* Secus si bona essent, per accidens affecta tali onere, nempe ratione personæ

quæ

quæ illo possidebat. *Laym.Lib.4 trac.9.c.7.n.9.*

5 Si gabella imposita, æque principaliter, est propter commoditatem, tam laicorum, quam Regularium, seu Ecclesiasticorum, puta pro reparatione aggerum, &c. ad eam soluendam tenentur Regulares. *Nau.in man.c.27.n.115.Tamb.ib & Peyr.to.1.priu.in const.2.Iulij II.n.*141. Secus verò, si sit pro ijs, quæ primò, & principaliter ad communitatem spectant, & non nisi secundario ad Ecclesiasticos. *Tambur. ibid. & Barbos.de iur.Eccl.lib.1.cap.39.§.5.67.& 68.*

6 A Regularibus negotiatiationem exercentibus, licet illicitè, possunt exigi gabellæ ex ijs quæ vendunt, & emunt. *Silu.in sum.v.excom.9 nu. 46.& Comitol.in respons.mor.l.1.q.53.* In casu verò negotiationis licitæ, essent Regulares omninò immunes. *ibid.*

7 Gabellarum Emptores possunt à Regularibus exigere iuramentum, quod triticum v. g. vinum, &c. quæ nomine dictorum Regularium, per duanam transeunt, sint ipsorum, & ad ipsorum vsum deputata, teneanturque Regulares, ad mentem dictorum exigentium iuramētum, iurare. *Silu v.iuram.3.q.2.& v.Mēdaciū.q.6.Sāch.3.in deca.c.6.n.35.& Lez.to.1.c.11.n.25.*

8 Gabellas imponentes, & extinguentes à Regularibus, & alijs Ecclesiasticis, sunt Excommunicati *Silu.Tambur.Laym.Lezan.locis cit.*

Reliqua in v.Exemptio.

GENERALIS.

1 ELigendus in Generalem, eam saltem scientiam debet actu habere, quę necessaria est

ad suum munus, per se ipsum, obeundum. *Trid. sess. 24.c.12.de reform.Innoc.in c. cum in cunctis. de elect.n. 1.D.Th.*.2.*q.76.ar.2.Menoch.lib.2. de Arb.cas.* 425. *n.37.Paris de resig.lib.5.q.3.n.103.Less lib.2.de iust.ca. 34.dub.24.& Peyr.de Præl.q.2 c.2. per tot.* Turpè est enim ignorare artem, quam profitemur.

Amplia ad omnes alios Prælatos Regul. *DD.cit. ib.*

2 Debet Generalis esse ad minus triginta annorum. *Ricc.in prax.for.Eccles. resol. 57.p 4.& Nouar.in lucer.v. Aetas.n.5.& Lezan.in summ.tom.2.c.13.n.11.* & hoc quidem de iure communi.

3 Generales omnium ferè Religionum, statim ac electi sunt, cẽsẽtur confirmati. *Sigism. de elec. dub.46. n.3.* Sufficitque factum aliquod, quo declaretur electus, vt legitimè electus; quale est, adoratio, installatio, inthronizatio, & similia. *Oldrad.cons.146.num.6.*

4 Generalis, quamuis eximatur ab obedientia inferiorum Prælatorum: manet tamen adstrictus voto obedientiæ, quo ad Papam. *Aragon.2.2. q. 88. art. 11.& Valent.2.2.disp.10.q.3.punct.8.*

5 Supremã auctoritatẽ, & iurisdictionẽ ordinariã, tã internã in foro conscientiæ, quã externam in foro contentioso, quam iuxta regulares, & constitutiones Ordinũ habent Generales, habent immediatè a Capitulis Generalibus, quæ illam à Papa acceperunt. *Suar.to.4.de Rel.tr.10.lib.10.c.4.& Lez.nu.12.*

6 Generales possunt concedere decreta, seu statuta duratura tempore sui generalatus. *Suar.tract.8. lib.2 ca.8.num.* 4. Non verò possunt de iure communi concedere statuta perpetuò duratura. Licet iure parti-

ticulari id habeant Generales quarumdam Religionum. *Lezan. tom. 1. cap. 18. num. 90.*

7 Generales possunt eximere aliquem ab officijs publicis gerēdis, & oneribus communitatis, (id quod potest etiam Prouincialis) puta propter infirmitatem, aut propter benemerita. *Peyr. in formul lit. E. ca. 35. num. 1.* Hæc verò exemptio non potest ab eodem, vel eius successore reuocari. *ibid. nu. 2. ex Tusc. v. exemptio, concl.* 570. Nec potest cōcedi intuitu meritorum his, qui merita non habēt, iuxta dicta v. *Exēptio n. 13.*

8 Non possunt Generales eximere ab obedientia sui Prælati immediati aliquem Religiosum. *Lezan. tom. 1. c. 18. num. 23.*

9 Religiosi tenentur declarationibus, & interpretationibus factis à Generali circa constitutiones, priuilegia, exemptiones, &c. quo ad dubia, stare in his, quæ ad suarum conscientiarum serenitatem pertinent. *Peyr. to. 1. priu. in cōst. 13. Iulij II. n 2. Tāb. de iur. Abb. to. 1. disp. 16. q. 6. & Rodriq. tom. 1. q. 17. art. 5.*

10 Generalis, cum non habeat Superiorem in Ordine extra Capitulum, potest sibi eligere Confessarium, cui committat facultatem, vt ab eo absoluatur à casibus, vel censuris, aut dispensetur in pœnis, *&c. Suar. to 4. de Relig. trac. 8. lib 2. c. 23. n.* 8. vbi hoc videtur extendere ad Prouinciales, & Prælatos locales.

11 Generalis mortaliter peccans tenetur in confessione explicare hanc circumstantiā Generalatus. *Nugn. in add. ad 3. p. to. 2. quæst 9. art. 2. dub. 3. concl. 2. & 3. & Fagund. in 2. præcep. lib 4. cap. 3. num. 8.*

Limita tamen quo ad peccata publica. *Filliuc.*

tract.30.to.2.cap 7.num.125.Dian.in trac. de circunst. aggrau.resol.6.& Lezan.num.15.

12 Generalis debet curare, vt in libro distincto adnottentur redditus omnes, quos habet ratione sui officij, itemque expensæ, & prouentus: neque in alios vsus, quam ratione dicti officij necessarios, quidquam debet expendere. *Lezan.tom 1.c.18.n.73. vbi adducit constit.Vrb VIII.*

13 Statuti Regularium magis expediunt Generales temporanei, quam perpetui. *Peyr. de Prælat. q.1. cap.4.§.1.vbi citat.D.Th.lib.4.de regim.Princ.cap.7.& 8.& alios celebres.D.D.*

14 Generales Religionum vocandi sunt ad Concilia Generalia, & in his habent votum decisiuum, & ius definiendi. *Tambur.tom 1.disp.24.quæs.2.vbi citat. Iacobat.de Conc.lib.2.ar.2.Belar.Conc.& Eccl.lib.1.ca. 15.& Azor.2.p.lib.5.cap 11.quæst.vlt.*

15 Contra Generales ordinum non possunt procedere Inquisitores *Rodriq.qq.Regul tom.2.q.81.art. 1. Hieronym.Rodriq.in comp.resol.73.num.1.* Sed debent certiorem facere Summum Senatum Inquisitionis. *Zanard p.2.ca.6.quæst.23. & Dian.4.p.trac.8.resol.23.*

Reliqua in v.Prælatus.Scientia.

GRADVS.

1 Gradus, seu tituli honorarij, qui in vniuersitatibus, vel Collegijs, studiorum causa conceduntur, vt Doctoratus Baccalaureatus, &c. de quibus *Nald.in sum.v.Doctor.n.2.& Lez. to.2.*

c. 13.*n.6.* cum non sint propriè dignitates, neq; beneficia, conferri possunt excommunicatis. *Vgol. de excom. tab.2 c.18.§.1.n.1. Bonac. de excom. disp. 2. q. 2. p. 7. n.4. & Nald. n.1.*

2 Suscipientes gradum aliquẽ ex supradictis pręmittere debẽt professionẽ fidei, sub pęna inualiditatis graduũ susceptorũ. *Pius IV. in const. In Sacros. to. 2. bull. inter const. ipsius. n.* 88. *Nald. n.*2. Quo ad promouentes verò, si Antistites fuerint, sub pęna interdicti ab ingressu Ecclesiæ: Si inferiores Prælati, sub pœna excõmunicationis latæ sententię, priuationis, inhabilitatis, &c. dignitatum, beneficiorum, &c. *ibid.*

3 In quibusdam Religionibus Generalis habet facultatem, vna cum quibusdam Magistris insigniori bus, ad Magisterium promouendi suos subditos. *Cassarub. in comp. v. Generalis Ord. nu.* 5. *Vide litteras emanatas in forma breuis, pro Carmelitis ab Vrb. VIII. die 26. Augusti.* 1634.

4 Religiosi possunt recipere gradum Doctoratus, non solum in Theologia, & Iure Canonico, sed etiã in Iure Ciuili, & Medicina, in casu, quo, siue licitè, siue illicitè his scientijs vacauerint. *Sanch. 6. in decal. c.* 14. *num.* 45. & 46. *post Calderinum, Felin. Nauar. & alios apud. Lezan tom.* 5 *fol. mihi* 682. Contrarium docet. *Tambur. de iur. Abb. tom* 3. *disp.* 3. *q.* 6. *n.* 38.

Reliqua in v. Doctor. Magister. Studentes.

G R A T I A.

1 GRatia facta à Prælatis tempore Visitationis, per modũ statuti, Fratribus aliquibus

parti-

particularibus, iuſtis de cauſis, v.g. quod aliquis cauſa infirmitatis, vel ſtudij, ſit exemptus à Choro durat etiam poſtquam dicti concedentes, functi fuerint officio ſuo. *Peyr. in conſt. Pyrr.* § *6. vbi citat Panorm. in c. Nemini de off. Leg. & Silu v. Deleg. q. 6. n. 7.*

2 Gratia à Superioribus conceſſa abſolutè, & non ad certum tempus, & limitatum vſum, eſt perpetua, donec à concedente, vel eius ſucceſſore, aut Superiore reuocetur, quia eſt gratia facta. *Sanch. de matrim. tom. 3. lib. 8. diſp. 28. num. 85. & Ricc. prax. aur. reſol. 401. tom. 1. p. 2. n 2.*

3 Gratia eadem, indifferenter, omnibus non eſt concedenda. *c. per venerabilem. qui fil. ſint legit.*

4 Gratia conceſſa, licet à ſucceſſore, vel Superiore poſſit tolli: non tamen hoc debet fieri ſine rationabili cauſa. Nam *per reg. 16. iur.* Decet, conceſſum à Principe beneficium, eſſe manſurum. *Suar. lib. 8 de leg. c. 37. num. 10. & Peyr. tom. 1. priuil. loc. cit. n 17.*

5 Gratia conditionalis non operatur ante purificationem conditionis, & eius certificationem. *cap. fi. de tranſlat. epiſc.*

6 Gratia impetrata per falſi narrationem, & veri taciturnitatem, non debet admitti. *Trid. ſeſſ. 13. de reform. c. 5. Vide v. Surreptio. n. 5.*

7 Gratia per Breue obtenta expirat mortuo Papa quando non fuerit prius mandata executioni. *Sacr. Cong. 17. Auguſ. 1585. apud Bariol. lit. G. Vide DD. in c. gratiosè de reſcript.* vbi latè pertractant quando expiret, vel non, gratia conceſſa.

HABITVS.

1 HAbitus Religionis triplex eſt, ſcilicet, Profeſſionis, qui votum habet adnexũ, & dirimit matrimonium contractum: Conuerſionis, qui ſimiliter, habet votum adnexum, ſed non dirimit matrimonium: Et Probationis, qui nec impedit, nec dirimit matrimonium. *gloſ. apparuerint. in can.* 1.27.*q*.1.

2 Habitus non facit Monachum, ſed profeſſio. *gl.*2.*in c. ex tranſmiſſa de renunc gl. in veli ſuſceptione in c. ex parte.* 14.*de conuerſ. coniugat. c. tuarum* 11. *& ibi gl. ſignatos de priuil. gl. non mutato in c. conſtitut.* §. *in alijs de Regul. in* 6. *& Trid. ſeſſ.* 14. *de reform. c.* 6.

3 Habitus Nouitiorum aſſumptio cum propoſito mutandi vitam, & relinquendi ſeculum obligat quē Religioni, ſaltem in genere. *c. conſuliſti* 20. *de Regul.* Per habitus tamen petitionem non videtur quis vouere de intrando Religionem. *c. ex tranſmiſſa, & ibi gloſ.* 2. *de renunciat.*

4 Habitus Nouitiorum, & Profeſſorum, vbi non ſunt diſtincti, Profeſſorum habitus debent benedici, vt per hoc ſaltem diſtinguantur. *cap. pen. & ibi gloſ. fin. de Regul.*

5 Habitus indiſtincti delatio annalis poſt perfectam ætatem, ſolemnizat votum. *c.* 1. §. *quod ſi de Regul.* Ob tacitam ſcilicet profeſſionem.

6 Religioſus, habitum ſuæ religionis dimittens temerè, eſt excommunicatus excommunicatione

maiori

maiori nulli reseruata. *c.2 .ne Clerici,vel Monachi in 6. Bonac. de clauſ. q.2 punct.2 .§.23 .Paſſarell.in notan.priuil.Min.notab.34.Ledeſm.de ſta.Relig. in com. c.4. cōcl.* 18. *Suar.t.5.in 3.p.diſ.23 ſec.4.n.26.Sayr. lib.3: de cēſ. cap.34. à nu. 7. & Sanch.6. in decal c* 8. *à num.*37.

Limita primò in eo, qui habitum dimitteret ex ignorantia huius canonis. *Sanch. lib. 9. de matr. diſp.* 32. *num.* 38.

Limita ſecundò, in eo qui tranſiturus per loca Hæreticorum, Turcarum, aut aliorum hoſtium, habitum dimitteret. *Suar. loc.cit.*

Limita tertiò, in eo, qui habitum dimittit per tam breue tempus, vt moraliter loquendo, & ſecundum prudentem exiſtimationem, potius ſpoliatio, quam dimiſſio habitus dicatur, etiamſi ſit animo faciendi rem minus licitam, vel animo diuagandi. *Azor. lib.* 12 *inſt.c.13.q.5.caſ.16.& Bann.2.2.q.12.ar.1.*

7 Si habitus dimiſſio fiat intra Monaſterium, non incurritur prædicta excommunicatio, dummodò fiat ob honeſtam recreationem, ſeu eutrapeliam. *Graff. p.p deciſ.lib.3.c.5.n.77.Suar.nu* 29. *& D. Anton. 3.p. tit.24.c.53.* Contrarium tamen docent *Roſell. v. Excommun.caſ.16 .nu.5 .Sil.eod.9.caſ* 24 *nu.54.q.5. in fin. Azor.tom.1 lib.12.c.17.q.15.& Sanch. 6 in decal. c.8. nu.61.* de Religioſo, qui etiam in Monaſterio habitum dimittens ſecularibus ſe præſentat: nam hæc dicitur temeraria habitus dimiſſio, cum ſit apta ad periculosè vagandum.

8 Qui habitum ſuæ Religionis dimitteret, & alterius indueret, incurreret prædictam excommunica-

tionem *Bann. loc. cit & Sayr. de cens. lib. 3. c. 38.* Nisi tamen subsit aliqua rationabilis causa, quæ excuset.

9 Habitum suæ Religionis occultans, seu deferēs coopertum, ita vt nullo modo appareat; dictam excommunicationem incurrit. *D. Anton. 3. p. tit. 16. c. 6. Silu. loc. cit q. 4. Caiet. in sum. v. Excomm. c. 61. Iul. Clar. in pract. crim. lib. 5. q. 77. nu. 16. Ricciul. de iur. person. lib. 8 ca. 12. & Peyr. de subd. q 1 cap. 26. §. 1.* Licet enim non dimittat habitum materialiter, dimittit tamen formaliter. Colligitur ex *gl. extrinsecè in Clem. 2 de vit. & honest. &c. & ex Trid. sess. 25. de Regul. cap. 19. Vide Nauar. in sum. cap. 27.*

10 Solus Pontifex dispensare potest cum Religioso, vt omninò habitum dimittat, vel saltem occultū deferat. *Suar. to. 4. de Relig. tr. 8. lib. 1. c. 5. nu. 15. & 16. & Lezan. tom. 1. c. 16. n. 9.*

11 Qui dimisit habitum suæ Religionis, & prætēdit se per vim, metum, aut ante legitimam ætatem fuisse professum, non gaudet priuilegio Religionis. *Trid. loc. cit. & Sanch. 6. in decal c. 8 n. 34.*

12 Non peccat mortaliter Religiosus, qui dormiens, habitum suæ Religionis in lecto non portat: *c. vidua. 20 q. 1 & Suar. nu. 18.*

13 Consuetudo, quod Abbatissa non debeat deferre habitum Monachalem, non valet, nec vllus numerus annorum defendet eam. *gl. 3. in c. 2. de testam.*

14 Religiosi extra Religionem assumpti tenentur portare habitum suæ Religionis, *c. pe. de vita, & honest. Cleric. Sà. in sum. v. Episcopus, & Enriq. lib. 10. de Sacram. Ord. c. 32. nu. 5.* Quod si non deferant, non in-

cidunt

cidunt in excommunicationem, de qua supra, quoniam canon videtur loqui de Religioso sub Obedientia Superioris Regularis existente. *Rodriq. qq. Regul. to.2. q 58. art.3. & Dian. tract.2. de dub. Regul. resolut. 50. Vide dicta v. Episcopus nu 6.*

15 Regulares incedentes sine habitu, possunt ab Episcopo puniri. *Barbos. alleg.* 105. *num.* 61. *vide v. Episcopus. nu* 3.

16 Contra deferentes habitum Carmelitarum, cum Carmelitæ non sint, possunt procedere Diæcesani, per censuram Ecclesiasticam. *Sixtus IV. in bulla Dum attenta. Simile concessit Leo X. Minimis. Peyr. to: 1. priuil. in const. 2. Iulij II. §. 18. n. 53. Vide Cassarub. in comp. priu. v. Habitus à n. 3. & Rodr. to. 2. q. 76. ar.* 4. quo ad deferentes habitum aliorum Ordinum.

17 Seculares, ludibriosè vtentes habitu religioso, peccant mortaliter, & grauiter sunt puniendi *Auth. de Sanct. Episc. §. vlt. colla. 9. Silu. v. Habitus 6. & Rodriq. ibid.*

18 Seculares in habitu Religioso sepeliri volentes possunt id facere, etiam contradicentibus Parochis. *Six. IV. in bulla relata à Rodriq. ar. 8. & Cassarub. supra nu* 8. etiam prohibentur Prælati, & Rectores Ecclesiarum, sub pœna excommunicationis incurrenda, & soli Papæ reseruata (canonica tamen monitione præmissa) ne taliter sepeliri volentes, quouis modo impediant.

19 Cum habitu religioso sepeliri volẽtes, possunt eligere sepulturam in quacumq; Ecclesia noluerint. *Bordon. resol. 35. nu. 69. Rodriq. ar. 10. & Cassarub. ar. 10.*

ex Leone X. à quo reuocata sunt quædam priuilegiã Sixti IV. de quibus *Rodr. ar.* 8. *& Cassarub. n* 9.

20 Seculares decedentes cum habitu religioso lucrantur varias indulgentias. *Cassarub. n.* 10. *Rodriq. ar.* 10. *& Bordon. n.* 68.

21 Osculantibus habitum Religiosum concessæ sunt aliæ indulgentiæ. *Auct. cit.*

Reliqua in v. Apost. Cardinalis. Episcopus translatus.

H AE R E S.

1 POssunt Religiosi succedere, vt hæredes, in bonis temporalibus, quæ ad illos iure spectant, vel ipsis legantur, iuxta dispositionem. *Auth. Ingressi. De Sacros. Eccl. Clem. IV. in bulla, Obtentu diuini numinis. Molin. tom.* 1. *de iust. disput.* 140. *& Sanch.* 7. *in decal cap.* 26.

Fallit in Fratribus Minoribus de obseruantia, & Cappuccinis. *Clem. exiuit de verb. signif. Cordub. in reg. D. Franc. ca.* 6. *q.* 11. *punct.* 1. *& Rodr. q. q. Regul. tom.* 2. *q.* 78. *ar.* 2.

Dispositio tamen supradictæ Auth. Ingressi, non habet locum in Regno Franciæ teste. *Durant in suis q. q. Iuris q.* 6. Nam in d. Regno, Religiosi, ab intestato non succedunt: Sicut nec succedunt ex dispositione *Statuti Brix.* 194. *§ Ingrediens.*

2 Hæres rogatus restituere, si sine liberis decesserit, si ingressus fuerit Monasterium, excludit substitutum *c. in præsentia. de probat.* Non enim censetur sine filijs decedere, sed Monasterium secundum ve-

riorem,

riorem, succedit loco filiorum. *Fusar. de fideicom. qu. 428. & seqq. ibid.* Intellige professione sequuta; alioqui, si decessit intra annum probationis, substitutus non excluditur, quasi ante professionem non dicatur quis Religionem ingressus. *Grat. disc. for. c. 481. à n. 7.*

Fallit primò si ipse hæres non offerret se Monasterio, sed tantum sua bona. *gl. 2. ibid.*

Fallit secundò si offerat se, & sua bona Ecclesiæ Seculari. *gl. fi. in fi. ibid.*

3 Hæres rogatus restituere loco religioso, vel Ecclesiæ, vel quod expendat in pias causas, si sine liberis decesserit, etiam si ingrediatur Monasterium, non excludit substitutum. *gl. 2. ibid.* Sic enim priuilegia se impediunt.

4 Hæres institutus à Nouitio, vel à volente ingredi Religionem, sequuta professione, non consequitur hereditatem, sed tenetur eam restituere Monasterio (si tamen hoc sit bonorum capax,) vt ea fruatur durante vita Religiosi. Testamentum enim Religiosi censetur factum in diem mortis naturalis, nec confirmatur per mortem ciuilem, qualis est professio: vnde durante vita Religiosi manet eius effectus suspensus. *Valer. v. hereditas. diff. 12. vbi accumulat plures, & graues DD. & v. Interpretatio. diff. 8. in fine.*

Fallit si Nouitius in testamento dicat, se velle statim bona ad hæredem, pleno iure deuenire, non expectata sua morte naturali. *ead. diff. 12. n. 2.*

Reliqua in v. Bona temporalia. Monasterium.

HAERETICVS.

1 Regulares quicumque hæretici, seu de hæresi suspecti, debent Inquisitoribus denunciari, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ. *Peyr.to.2.priuil in const 9.Pauli V.n.27.*

2 In casu hæresis, vel suspicionis hæresis, tenentur Religiosi accusare, seu denunciare personas omnes, tam sui Ordinis, quam alterius, & etiam seculares, Dominis Inquisitioribus, nulla expectata licentia suorum Superiorũ. *Lezan.v.Accusare.n.7.ex const. Paul.V.in to.3 bull.inter bullas huius Pont.num.26.*

3 In causis hæresis, omnes Regulares subiacent Episcopis. *Paulus V. in prædicta bulla apud Gauant. in manuali.v.Regul.iur sub Epis.nu.63.* Et quidem priuatiuè quo ad suos Prælatos Regulares. *Paulus V. ibid. Vincent.Filliuc.to.1.tract.15.c.8.*

4 De hæresi damnatus non debet vocari sub nomine dignitatis pristinæ *can.propter.dist.19.*

5 Religiosi in hæresim lapsi, grauius, & seuerius, quam seculares sunt puniendi. *extrau. Quod super nonnullis. Alex.IV.*

6 Filij hæreticorum, fautorum, receptatorum, & defensorum, vsque ad secundam generationem per lineam paternam, & vsque ad primam per lineam maternam, si eligantur ad Prælaturas Regularium, electio est ipso iure nulla. *Sanch.2.in decal.c.27.num.2.Farinac.de her.quæs.191.§.2.à num.48 Azor.tom.1.lib.8.c.13.q.8.Pegna.in director. Inquis.p.3.com.163.*

& 164. Auil. de cens. p. 7. disp. 4. du. 3. concl. 1. Sanctarell. de hær. c. 34. dub. 2. num. 16. & Suar. de cens. disp. 43. sect. 3. num. 1.

Fallit in filijs eorum, qui sunt Ecclesiæ primò reconciliati. *Peyr. de Præl q. 2. c. 5. §. 6.*

7 Stante decreto Vrb. VIII. reuocante omnia Regularium priuilegia, absoluendi à casibus Bullæ Cænæ, non possunt hodie Prælati Regulares absoluere suos subditos ab hæresi occulta *Dian. p. p tract. 5. resol. 6. & p. 3. tract. 2. resol. 122.*

8 Fratres Minores in Austria, & Boemia, possunt ad pœnitentiam, & fidei communionem recipere Lutheranos, eosque iniuncta pœnitentia, plenariè absoluere. *Paul III. apud Hieron. Roderic in comp. res. 3. n. 49.* Quo priuilegio frui possunt alij Religiosi viuentes in alijs terris infidelium: nec censetur reuocatum pro illis regionibus per bullam cœnæ. *ibid. Vide v Absolutio. n. 6.*

HOMICIDIVM.

1 Homicidium, aut vulneratio, seu grauis percussio, est casus reseruabilis inter Regulares. *Clem. VIII. in decr. de cas. reser.*

2 Religiosus, qui homicidium commisit, perpetuò deponitur, & in Monasteriū detruditur. *c. miror. 50. c. Præsbiter. 81. c. cum non ab homine. de iudic. c. sicut dignum. 1. §. Clericos. de homic.*

Amplia ad eum, qui venenum propinauit, etiamsi homicidium non fuerit sequutum. *Alderet. lib. 2. de relig. discipl. c. 25. per totum.*

3 Re-

3 Religiosus inuasus, si potest effugere mortem, vel membri mutilationem, clamando, fugiendo, aut alio modo, se defendendo, non potest licitè occidere inuasorem; etiamsi talis fuga cederet in ignominiam Religiosi. Nam honor Religiosorum consistit potius in exercitio virtutum, caritatis, humilitatis, & patientiæ. *Cornex.to.2.in 3.p.tr.5.de irreg.q.6. disp.4. dub.1.§.quæres quartò & Fag.in 5.præc.lib.5.c.7.n.9.*

4 Per homicidium voluntarium, ratione cuius incurritur irregularitas, cuius dispensatio excipitur in priuilegijs Regularium, intelligitur homicidium iniustum, & illicitum, non verò iustũ, & licitum, quod inducit irregularitatem ex defectu lenitatis, quam scilicet incurrunt Iudices, & Ministri Iustitiæ, & milites in bello iusto. *Bannes 2.2.q.40.art.4.dub.4.& Viuald.in candel. aur. 2. p.tit. de irregularit. §. de dispens. quoad Fratres.*

5 Licet possint Prælati Regulares dispensare in irregularitate proueniente ex homicidio voluntario occulto: non tamen in ea, quo est ex homicidio qualificato, quale est per abortum occidere creaturam, tollendo ipsi & vitam temporalem, & æternam. *Hier. Rodriq.resol.4.nu.5. licet postea cum Portel. oppositum etiam existimet probabile.*

Vide v. Bellum. Irregularitas.

HONOR.

1 Honorum nomine intelliguntur Personatus, qui important honorifica in Religio-

 nibus.

nibus. *Portell. in dub. Regul. v. Offic. Ordin. n. 2. & Lez. tom. 2 cap. 13. nu. 5.*

2 Honorem recipiens, & onus recepisse intelligitur. *c. per tuos. & ibi gl. 1 de maiorit. & obed. & gl. 1. in can. rationis. dist. 100.*

3 Ad honores, & dignitates non ambitione, sed labore conuenit peruenire. *gl. 1. in fi. in c. officij 28. de elect. gl. 1. in c. per nostras 16. de iur. Patron. gl. fi. in c. fi. de Sim. Vide Laym. theol. mor. lib. 3 sec. 3 à n. 11.*

4 Ad honoris conseruationem, sicut & iuris, attendendum est per Prælatum. *glos. honoris in extrau. Si Fratrum. Io. XXII.*

5 Honore præstantior debet precellere alios sciẽtia, & sanctitate. *can vilissimus. 45. 1. q. 1.*

6 Honores mutant mores. *gl. fin. in can. prophetauit. 79. 1. q. 1.*

7 Honori, vt excellentiam dicit secundum virtutem, non renunciant Religiosi per votum professionis. *D. Th. 2. 2. q. 186. art. 7. ad 4 vbi Caiet. Valent. tom. 3. disp. 4. q. 10. p. 5. colum. 24. Sayr. in clau. reg. lib. 11. c. 4. nu. 15. Suar. to. 3. de Relig. lib. 8. c. 4. nu. 3. & Peyr. de subd. q. 1. cap. 12.*

Reliqua in v. Dignitas. Officium. Prælatura.

HORAE CANONICAE.

1 Horæ Canonicæ non debent dici, seu recitari transcurrendo, sincopando, extranea & plerumque vana, profana, & inhonesta intermiscendo colloquia, tardè ad Chorum conueniendo,

seu

ſeu Eccleſiam abſque rationabili cauſa, ante finem officij exeundo. *Clem. graui. de celebr. Miſſ. & Conc. Baſileen. ſeſſ. 21. §. 2.*

2 An Regulares ſatisfaciant præcepto, ſi in priuata recitatione perſoluant horas canonicas mentaliter, vide *Sanctorum in comment. in conſt. Minor. ſtat. 2. dub. 3. Dian p 8. tr. 7. miſcell. reſol. 58. & Peyr. to. 1. c. 3. n 21. & to. 2. priuil. in conſt. 1. Pauli V.*

3 Quænam horæ Canonicæ ſint nocturnæ, & quæ diurnæ, vide *Polidor. Rip. tr. de noct. temp. cap. 94.*

Reliqua in v. Officium diuinum.

HOSPITALARII.

1 NOn licet Regularibus clauſtralibus tranſire ad non clauſtrales hoſpitalarios, ex vi licentiarum generalium tranſeundi ad quamlibet Religionem. *Quarant. in ſum. bull. v. Monaſt. & Conuent. § quo ad tranſitum.*

2 Hoſpitalarij, de iure communi, decimas poſſidere non poſſunt; vnde tenentur titulum oſtendere, ex quo habuiſſent cauſam præſcribendi. *gl. fin. in c. ſi diligenti. de præſcript.*

3 Regulares Hoſpitalarij, quo ad regularem obſeruantiam non ſubijciuntur Ordinarijs. *Barboſ. in collect. v. Hoſpitalarius.*

HOSPITALIA.

1 HOſpitalia quæcumque, vt fideliter, & diligenter gubernentur à ſuis adminiſtra-

toribus etiam exemptis Ordinarij locorum debent curam habere. *Conc.Trid ſeſſ.7.de reform.c.15.* Vnde exemptio hoſpitalium Regularium ab Ordinariorũ iuriſdictione, poſt Concilium ceſſat. *Armendariz. in addit. ad recopil. leg. Nauar. lib.1. tit.6. de viſitat. & Barboſ. loc. citat.*

2 Hoſpitalia Religioſorum, & militarium Ordinum non comprehenduntur ſub conſtitutione, *Quia contingit Clem. Quia contingit §.pe.de Relig. dom.*

3 Hoſpitalia, & ſimilia loca Religioſa, gaudent priuilegio Eccleſiarum, & diſpoſitio, quæ loquitur in Eccleſia, habet locum etiam in hoſpitalibus. *c. cum ſit generale de for.comp.c.2.de conſuet.*

4 Hoſpitale non dicitur Religioſum, niſi auctoritate Epiſcopi fuerit ædificatum, vel deputatum ad hoſpitalitatem. *c.ad hęc.4.de Relig.dom.*

HOSPITES.

1 TEnentur Superiores Regulares, ex debito iuſtitiæ, recipere, & benignè tractare Fratres hoſpites, per ſuos Conuentus tranſeuntes, ita vt mortaliter peccent, ſi in hoc delinquant. *Peyr.in for. lit.O.c.4.n.2.vbi id probat ex Sac.Script.Sac.Can.Conc. Trid.& DD.& lit. Z.c.6.nu.*17. vbi addit Superiores hoſpitalitatem contemnentes, eſſe excommunicatos. *c.ſi qui deſpicit.diſt.*42 *Vide Trid.ſeſſ* 25.*de ref c.8.*

2 Religioſi hoſpites non tranſeuntes tantum, ſed per aliquod notabile tempus commorantes in Conuentibus ſuæ Religionis, regulariter cenſentur ſubditi

diti Superioribus dictorum Conuentuum, & consequenter subijci censuris ab ipsis impositis, sicut, & alijs legibus, & præceptis. *Suar.to.4.de Rel.tr.8.lib.2.c.8.nu 23.Rodriq. q.q.Regul.tom.1.q 68.ar.3.Mirand.to.2.man.q.29.ar.6.Peyr.de Præl.q.1.c.8.n.20.& 21.& Lezan.to.1.c.4.n.22.& v.censura Eccles.n* 4.

3 Non tamen obligantur, vniuersaliter loquendo, ad specialia præcepta eius. Conuentus, vel Prouinciæ, per quam transeunt, quia illa sunt tantum posita pro subditis. *Suar. nu.* 21. *& Lezan. ibid.* Standum tamen consuetudini, & constitutionibus Ordinum.

HYPOTHECA.

1 Hypotheca generalis, quando scilicet omnia bona subijciuntur hypothecæ, non est prohibita in extrauag. *Ambitiosæ*, neque in decr. Sac. Cong. contra alienant. *Molin. de contract. disput.* 466. *nu.* 2. *Laym. in theol. mor. lib.* 3. *tract.* 4. *c.* 10. *nu.*2. *& Lezan. to.*2. *cap.*19. *nu.*55. Secus verò de hypotheca speciali. *ibid. & Redoam. de reb. Eccles. non alien. q.*2. *c.*6. *n.*12.

IEIVNIVM.

1 Regulares, in celebratione Missæ, possunt annuntiare ieiunia in suis Ecclesijs. *Sac. Cong. Archiep. Bon. 2. Iulij* 1620. Imò ad id possunt cogi per Episcopos. *Rodriq. q.q. Regul.tom.1.quæst.43.art.7.*

2 Monachus factus nō tenetur ieiuniare illos dies quos antea tenebatur.*gl.ieiunia.in can.qui verò.16.q.1.*

3 A ieiunijs Episcopalibus exempti sunt Regulares.*Suar.de leg.lib.4.cap.20.num.8.*Sed non à ieiunijs Ciuitatum receptis ex generali consuetudine. *Dian.p. p.trac.9.resol.36.*

4 Ieiunia regulæ, & constitutionum obligant professos iuuenes etiam ante vigesimum primum annum *Azor.lib.7.cap 27.quæst.* *& Sanch.lib.4.de præcep. decal. c. 11. n. 55.* Ipsi enim, ad hoc voluntariè se obligarūt per professionē voti Obediētiæ, & Regulæ.

Amplia ad Religiosos sexagenarios qui alioqui exempti sunt à ieiunijs communibus Ecclesiæ. *DD. apud Dian.1.p. tr.9. resol. 16.* (licet contrarium asserant *Medin.lib.1.instr.pro confess.c.14.* §. 10. *Graff.1.p. dec.lib. 2 cap.37.num.42.& Tamb.de iur.Abb. tom.2. d.12 quæst.5.num.7.*) Nisi tamen prudentis viri iudicio, & maximè medici, illa seruare nequeant absque notabili corporis damno *Laym.l.4.tr.8.c.3.num.2.& Pellizzar in man.tr.5.c.5.q.11.n.33.*

5 Ieiunare diæbus pręceptis ab Ecclesia tenentur dicti professi, non ratione præcepti ecclesiastici, sed ratio-

ratione regulæ,& conſtitutionum,iuxta modum obli-
gationis, quem regula,& conſtitutiones præſcribunt.
Lezan.tom 3.v.Aetas num.8.

6 Religioſus tempore ieiunij alijs miniſtrans in menſa, vel legens, ſi aliquid ſumat, vt poſſit melius differe prandium;non frangit.ieiunium.*Graff.deciſ.lib.2.cap.37.num.31.citans Abb.in cap.1.de obſ. ieiun.nu.3.in fi.& Silu.v.ieiunium quæſt.2.*

IGNORANTIA.

1 IGnorantia non eſt excuſabilis in ijs,qui poſiti ſunt ad regimen aliorum *canon.ſi in laicis. diſt.38* Vnde poſſunt deponi.*ibid.Peyr.de Præl.qu.2. cap.2.Vide v.Scientia.num.3.*

2 Ignorantia iuris non excuſat Religioſum, niſi Carthuſianus ſit,aut Monachus, qui nunquam ferè egreditur de Conuentu.*Bariol.lit. I. citans Felin. conſ. 38.& Nauar.conſ.42.de.ſent.excom Vide gloſ.1.in can. pe.24.q.1.*vbi dicitur quod ignorantia iuris ex parte excuſat, ſed non ex toto: releuat tamen pænam ſed non abſorbet culpam.

3 Ignorantia craſſa,& ſupina æquiparatur ſcientiæ *cap.de ordin.ab Epiſ.qui renun.& cap.fin.& ibi gloſ. ſententijs.de conſt.in 6.*

4 Allegans ignorantiam, tenetur eam probare.*gl.2.in can Ordinationes 9.quæſt.1.*

Fallit quando eſt de ignotis.*gl.3 in c.1.§. verum.de poſtulat.Præl.*

5 Ignorare ſententiam publicè promulgatam

non poteſt quis, neque debet, & præſumitur eam ſcire *gl.* 3. *in c.* 1. *cit.*

6 Ignorans, vel errans, non conſentit, nec contemnit. *gl ſcienter in Clem.*1.*de Procurat.*

ILLEGITIMVS.

1 ILlegitimi, ad habitum, & profeſſionem admitti validè poſſunt, ſeruatis tamen cõditionibus deſignatis à Greg. XIV. anno 1591. *Rodriq. q. q. Regul.to.3.q.8.a 4.& 5.& Lezan.to.1.c.24.n.21.*

2 Legitimatus à Principe, ſi intret Religionem, non cenſetur diſpenſatus ad officia Ordinis; cũ Princeps non poſſit tollere impedimenta canonica. *Portell.in dub. Reg v.Illegit.n.5 Dian.3.p.trac.2. reſol.102.*

3 Illegitimi nequeũt eſſe Prælati in Religionibus, niſi ex diſpenſatione Papæ. *c.1.de fil. Præsb Nauar. c. ſtatutum.n.60.Silu.v.Irregul.q 20 & Cordub.lib. 1.q. 38.* Et hoc quidem de iure communi: Ex priuilegio verò, poteſt Generalis in Capitulo Generali, & Prouincialis, in Prouinciali, cum illis diſpenſare. *Mirand. in man.to.2.q.2.a.3.Peyr.tom.1.priuil. in conſt. 2. Iulij II. §.29. à num.95.Dian.loc.cit. & Lezan.to.2.c.12.n. 21.* Nomine autem Capituli intelligitur ſolùm Definitorium. *Rodriq. to.1.q.13 a.9.& Lezan. ibid.*

4 Etiam ſolus Generalis abſque Generali Capitulo, poteſt habilitare illegitimos. *Peyr.de Præl.q.2. c.5.nu.143.& in formul.lit.I.cap.1.vbi ponit formam dictæ diſpenſationis.*

5 Prælatus habens diſpenſandi poteſtatem cum illegi-

illegitimo, quem ſcit eſſe talem, ſi conferat illi aliquam Prælatiam, vel officium, cenſetur ſaltem, in foro conſcientiæ, cum illo diſpenſare. *Nauar.in man. c.25.n.74.Rodriq.a.16.& Lezan.n 63.*

6 Officia, adquæ nō poſſunt illegitimi non diſpenſati promoueri, ſunt Dignitates, Prælatiæ, & beneficia curam animarum habentia. Vnde non poſſunt eſſe Generales, Prouinciales, Priores, Guardiani, &c. Poſſunt verò eſſe Magiſtri Nouitiorum, Confeſſores, Sacriſtæ, Procuratores, &c. *Sanch.lib.5.in decal. cap.5. n.16.Peyr tom.1.cit.n.91.& Lezan.n.62.*

7 Illegitimus diſpenſatus in ſæculo ad quæcumque beneficia, ſi poſtea Religionem ingrediatur, non indiget noua diſpenſatione ad Prælaturas. *Mirand.in man.to. 2. q 2.ar. 5.*

Fallit ſi ſit diſpenſatus tantum ad beneficium curatum; tunc enim indiget noua diſpenſatione ad officia Ordinis *Nau.lib.4.conſ. tit qui filij ſint leg. conſ.1.*

8 Diſpenſatus in Ordine, ex priuilegio ad Officia, & dignitates, non poteſt extra Ordinem illa habere *Rodriq.to.1.q.13.art.13.Sanch.loc cit & Lezan. num.61.* quia diſpenſatio eſt ſtricti iuris, quæ nō operatur vltra expreſſa, *vt infra nu. 15.*

9 Diſpenſatus ad maiorem dignitatem, & eo ipſo cenſetur diſpenſatus ad minorem. *Sorb.in comp.v. Diſpenſatio. §. & ideo Fratres. & Peyr.nu.99.*

10 Ad diſpenſandum cum illegitimo requiritur iuſta, & rationabilis cauſa. *Nauar ibid. Silu v. Diſpenſatio Peyr.de Præl.q.2.c.5.nu.145.& Lezan.nu 21* Habetur in *cap. innotuit.de elect.* vbi dicitur, quod ad diſ-

diſpenſationem concedendam, ſuper illegitimitate, multum iuuat litterarum ſcientia, morum honeſtas, virtus, fama, & alia. *Et in can.fi.diſt.56.*

11 Illegitimi non diſpenſati nequeunt eligi in ſocios, ſeu Diſcretos pro Capitulis Generalibus, *Rodr. to.1.q.13.art.19.Peyr in conſt.2.Iulij II.§.29.nu.91. Mirand to.2.q.2.a.8.concl 1.& Lezan.tom. 2.c.12.nu. 17. Vide v.Diſcretus num.1.*

12 Expoſiti, ſi fiant Religioſi, capaces erunt abſque vlla diſpenſatione officiorum Religionis. *Peyr. de Præl. qu. 2. c. 5. §. 9. num. 136. vbi acumulat plures DD.* Probabiliter enim cenſentur legitimi. *Suar. tom. 5. in 3. p. diſput. 50. ſect. 4. num. 4. Sà. v. Filius. num. 8. Flau. Cherub. in comp. tom. 2. in conſtitut. 44. Greg. XIII. Schol.1.& Dian.p.2.tract.15. reſol. 22. & p. 4. tract. 2. reſol. 58.*

13 Illegitimus nondum habilitatus ad vocem paſsiuam, neque habet actiuam. *Peyr. nu. 151. Vide c.fin. de fil. Præsbit.*

14 Illegitimus, licet occultus, inhabilis eſt ad dignitates regulares. *Sanctarel. var. q. q. q. 42. num. 2. Auil.de cenſ. p.7.diſp.3. dub.6. concl. 1. Bonac. de cenſ. diſp.7. q. 2.p.3.num. 2. Nauar. in man. c.27. nu. 201. & c. 25.nu.69. Filiuc. tom.3. tract.41.cap.4. num.5.& Mirand.tom.2.man.q.2.ar. 6.* Vnde electus in Prælatũ nullo modo poteſt acceptare Prælaturam, ſed debet, vel procurare diſpẽſationem, vel declarare ſuum defectum, ſi ſine præiudicio ſuæ, aut alterius famæ, id poteſt facere *Sorb.in comp.v.diſpenſ.Rodr. to.1.q. 13. a.5.& Peyr.to.1.priu.in conſt.2.Iulij II.§. 29.nu. 100.*

15 Di-

15 Dispensatus ad dignitates Ordinis, seu Religionis, non intelligitur dispensatus ad dignitatem supræmam illius, puta Generalatus. Dispensatio enim est stricti iuris, quæ non operatur vltra expressa, nec veniunt in dispensatione, quæ speciali indigent expresſione. *Adnot. per Barbos. tract. de verbor. signific. appell.* 43 *nu.* 2. *&* 3. vbi ait illegitimum dispensatum ad Episcopatum, non censeri dispensatum ad Archiepiscopatum: *& appell.* 89. *nu* 2. dispensatum ad Archiepiscopatum, non esse dispensatum ad Patriarchatum. Vide eundem *Barbos. de off. & potest. Episc. alleg.* 33. *nu.* 7. *& in collect. Bull. v. illegitimus. vbi adducit declarationem Sac Cong. Sayr. de Censuris lib.* 6. *cap.* 11. *a nu.* 18. *Et Dian. p.* 8. *tract.* 3. *q.* 36. *& deinceps.*

Reliqua in v. Discretus.

IMMVNITAS ECCLESIAE.

1 Gaudent immunitate, non solum Ecclesię, sed etiam Monasteria, & Domus Regularium; nempe totus circuitus, & habitatio eorum, cum hortis, seu viridarijs. *Sanchez tom.* 2. *cons. mor. lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 2. *& Bonac. de leg. disp.* 3. *qu.* 7. *de immunit.* §. 2. *num.* 11. Non sic villæ, aut domus, quas habent Religiosi recreationis gratia, si sint separata ab eorum Ecclesijs. *Barbos. de iur. Eccles. lib.* 2. *c.* 3. *nu.* 74. *&* 75. *Vide c. si quis contumax c. frater. c. si quis in atrio. & c. minor.* 17. *q.* 4.

2 Non gaudent Religiosi hac immunitate respectu suorum Superiorum. Cum enim ferè semper sint

in

in Monasterijs, vix possent à suis Superioribus puniri. *Rodriq. q.q. Regul. tom.2.q.50.art.4. Suar.to 1. de Relig.tract.2.lib. 3. cap. 10.nu. 6. & Laym lib 4. tra. 9.c.3.num.* 11 Et hoc procedit de consuetudine rationabili, & antiqua.

3 Apostatæ gaudent immunitate, non quidem in Ecclesijs sui Ordinis, sed aliorum. *Peyr.de Præl.qu.3. c.4.n.8.Ital.de immunit.lib.1.c.3.§.1.nu.17. & Lezan. v. immunitas.num. 17.*

4 Regulares, sicut & alij Ecclesiastici, tradentes reum Curiæ sæculari, in casibus, in quibus ille gaudet immunitate Ecclesiæ, si inde mors, aut mutilatio sequatur, incurrunt irregularitatem *Sorb. in add. ad comp.v.Eccles.Fratr.& Rodr.to.2.q.50.ar.3.*

Amplia primò, etiam si Regulares præmittant protestationem impunitatis circa corpus rei, nam talis protestatio est contraria facto *Bonac. de irregul. disp 7.qu. 4. punct. 1. nu. 19. & Thesaur. in prax. p. 2. v. immunit. cap. 1.*

Amplia secundò ad Prælatum, quando in casibus prædictis nō defendit reum, sed permittit eum extrahi; quoniam ex iustitia, & officio tenetur immunitatem suæ Ecclesiæ tueri. *Lezan.n.2.*

5 In dubio an reus sit captus in loco sacro, vel profano, spectat ad Episcopum, non verò ad Prælatos Regulares, id decidere. *Barbos.nu.156.& 157.*

6 Ad Ecclesiam confugiens, de atrio Ecclesiæ, quod triginta passibus clauditur, non debet extrahi, nisi prius data securitate indemnitatis. *can. definiuit. 17. quæst. 4.*

7 Ad

7 Ad Ecclesiam etiam non consecratam confugiens, debet ab ea defendi. *gloss. in cap fin. de consecrat. Eccles.*

8 Ministri Curiæ secularis exercentes violentiam in fores Ecclesiarum, vel Monasteriorum, eo quod Regulares nolint ipsis tradere reos in eorum Ecclesijs, vel Monasterijs detentos, incurrunt varias pœnas, de quibus *Cassarub. in comp priuil. mend. v. Eccles. Fratr. nu. 3. & Rodriq to. 2. q 50 ar. 2.*

9 Ab Ecclesiæ ingressu arceri debet, qui alium de Ecclesia violenter extraxit, vel rapuit. *can. Frater. 14. quæst. 4.*

10 Ab excommunicatione, quam incurrunt violantes Ecclesiæ immunitatem, non absoluunt Regulares, dato etiam quod excommunicatio prædicta non esset Papæ reseruata respectu Episcoporum, licet probabilius sit eam esse absolutè reseruatam. *Peregr. de immunit. cap. 15. nu. 16. Barbos. num. 166. Thesaur. v. immunit cap 1. Farinac de immunit. c 20. nu. 315. & Lezan. tom. 1. cap 19. num. 15. vbi adducit decretum Sac. Cong sub Clem. VIII.*

INCORRIGIBILI.

1 VT Religiosus dicatur incorrigibilis de iure communi, hæc tria requiruntur; Primò, quod crimina grauia sæuius commiserit: Secundò, quod monitus non destiterit: Tertiò, quod pœnitentiam pro illis non acceptauerit. *Sayr. de cens. lib. 5. cap. 21. num. 37. & Sanch. lib. 6. in decal. c. 9. num.*

num.4. Hodie ex decreto *Sacr. Congr.* 21. *Septembr.* 1624. requiritur, vt vnius anni ſpatio, in ieiunio, & pœnitentia probetur in carceribus, iuxta dicta *v. Eiectus. num.* 1.

INDVLGENTIAE.

1 Religioſi publicantes indulgẽtias ob quæſtum, ſeu eleemoſynas acquirendas, ſententiam excommunicationis incurrunt Papæ reſertam. *Pius V. in bulla, Quam plenum* 2. *tom. bullar. inter conſtitut. ipſius. n.* 99. *Theſaur. in prax. p.* 2. *v. indulg. c.* 2. Taleſq. indulgentiæ ſunt nullæ. *Idem Pius in bulla, Et ſi dominici. in* 2. *tom. inter eiuſdem conſtitut. num.* 30. Et Religioſos huiuſmodi debent Ordinarij locorum excommunicatos declarare, donec de abſolutione eis fuerit facta fides, non obſtantibus quibuſcumque priuilegijs. *Clem.* 1. *de priuil. Suar. de cenſ. diſp.* 22. *ſec.* 4. *num.* 19. & *Silu. v. Excommunicatio.* 7. *num* 41.

2 Concedere Indulgentias, iure ordinario non competit Regularibus. *c. accedentibus. de exceſſ. Prælat. Silu. v. Indulg.* & *Cordub. de indulg. q.* 2. (cõtrarium videtur probari *Peyr. de. Præl. q.* 3. *c.* 6. *n.* 16.) An verò id eis competat ex priuilegio, *vide Caſſarub. in comp. v. Indulg. plenar. quoad Frat. num.* 16.

3 Indulgentiæ, quas Epiſcopi concedunt, proſunt etiam Religioſis exemptis. *Nauar. trac de indulg. notab.* 31. *num.* 12. & *Belarm. tract. de indulg. lib.* 1. *cap.* 11. *q.* 3.

4 Religiosi extrà proprias domos commorantes, ad breue tempus, seu in itinere, visitando altaria Ecclesiarũ locorum, in quibus reperiũtur, eisdem fruuntur indulgentijs ac si visitarent Altaria suarum Ecclesiarum. *Peregr p.p.comp.tit indulg n.7. De his indulgentijs concessis à Paulo V. vid to.3.bullar.n.21.aliàs 16. & Dian 4.p.trac 4.resol.20.*

5 Religiosi infirmi, vel decrepiti, qui non possunt Ecclesiam adire, consequuntur prædictas indulgentias in suo lecto, dummodo agãt aliquod opus pium arbitrio Confessarij. *Peregr.ibid.*

6 In bulla Panli V. *Romanus Pontifex*, quà reuocantur indulgentiæ concessę Regularibus vtriusque sexus, non reuocantur concessę Ecclesijs Regularium pro Secularibus. *Peyr.de subd.q.4 §. vlt. adducens declarationem Sac. Cong.* Neque indulgentiæ concessæ Regularibus defunctis, seu in articulo mortis constitutis quoniam, quæ speciali digna sunt nota non censentur sublata, nisi expresè nominentur. *Alphons. Leo.p.p.de Iubil.q 6.n.2.43.Nouar.v.indulg.n.2.Pereg. p.p.com.v.indulg.n.2.& Peyr.tom.2.priuil. in const.8. pauli V.n.10.* Neque indulgentiæ concesse audientibus conciones Mendicantiũ (*de quibus v. Concionator. num.19.& 20.& 21.*) vel gestantibus habitum Religiosorum. *Nouar.num.5.Portell.v.indulg. in addit. n.3. & Dian.4.p.tract.4.resol 22.*

7 In Iubilæo anni Sancti non suspenduntur indulgentiæ concesse pro defunctis, siuè Regularibus, siuè Sæcularibus. *Nauar. in comment. de indulg. not. 25. num. 3. & Alphons.Leo.num. 246.*

Amplia ad indulgentias concessas pro constitutis in articulo mortis. *Lezan v. Iubilęum. n. 5. Contrarium tenet Laym. lib. 5. trac. 7. cap. 8. num. 3. & Boss. in discept. de susp. indulg. temp. iub. nunum. 20.*

8 Nouitij gaudent omnibus indulgentijs concessis Fratribus sui Ordinis. *Casarub in comp. v. Nouitius. num. 22. Portell. eod. num. 35. & 53. & Rodriq. q. q. Reg. tom. 3. quæst. 51. art. 12.* In fauorabilibus enim veniunt nomine Religiosorum.

9 Prælati Regulares concedunt indulgentiam plenariam. peractis visitationibus, suis Fratribus. *Leo X apud Peyr. to. 1. priu in const. 14. huius Pont. & Greg. XIII Visitatoribus Societ. Iesu Rodr. to. 2. qu. 86. art. 2.*

10 Variæ, æque amplissime indulgentiæ concessæ sunt Ordini nostro D. Hieronymi, vt est in *cap. 52. 76. 77. 78. 82. 83. 100. 103. 104. 113. 120. & 125. nostrorum priuil.*

Reliqua in v Concionator.

INFAMATVS.

1 INfamatus dicitur quis, quando eius opinio est læsa apud bonos, & graues viros secus si est læsa apud maleuolos, & viles. *c. inquisitionis. §. quæsiuisti. 14. de accusat.*

2 Infamatus de crimine non compellitur se purgare à tempore natiuitatis suæ: quinimo, si est Prælatus, iurat tantum à tempore prælationis *cap. fin. 15. de purgat. can.*

3 Vt quis dicatur infamatus requiritur maior

pars

pars viciniæ,quia fama loci requiritur, non fama aliquorum.*gl.fin in c.inquisitionis.§.si,de accusat.*

4 Propter solam infamiam quantumcumque publicam,& famosam, Prælatus Religiosus non debet remoueri.*gl.2.in c.consuluit 29.de appellat.*

5 Ob infamiam surgentem à maleuolis, vel inimicis non potest procedi cõtra aliquem.*can. caueant. 3.q.9.vide v.accusatió.num.21.*

Reliqua in v.inquirere.

INFAMIS.

1 INfamis,siuè infamia iuris, siuè facti, est priuatus voce non solum passiua,*Auil. de cens. p.7.dis.4.dub.7.concl.4.Silu.v.infamia.q.10.num.15.& quæst.3.n.4.Angel.eod.n.3.& 9.Tabien.eod. nuum.11. Petr.Greg.de elect.c.9.num.13.Archid.in c.testes.num. 8.2.quęst.7.Abb.in cap quærelam.de iur.iur.nu.3.Suar. tom.2.de Relig.tract.5.lib.3.c.20.num.17.Sigismund.de elect.dub.86.num 5.& Castell de elect.c.11.num. 38.ex regul.86.de reg.iur.in 6.vbi dicitur.infamibus portæ non pateant dignitatum:*Sed etiam voce actiua*Suar. tom.5. in 3.p disp.48.sect.3.num.2& Sigism.num.7.*

2 Infamis infamia meri facti, si re vera se emendauerit,potest promoueri ad Prælaturas; non enim est proprie, & absolute irregularis *Garz. de benefic. p.7.cap.8.num.64.& p.11.cap.3.num.118 & Tambur. tom.1.disp 5.quæst.20.*

3 Infamis potest curam Monasterij gerere (intellige temporalem)*gl.2.in c.tuam.de ætate, & qualit.* Et

potest esse eiusdem Munasterij Procurator. *glos.fin. in can.accedens.dist.* 50.

INFIDELIS.

1 DEscendens ex maculato genere infidelium, puta Iudeorum, vel Mahumetanorum, de iure communi potest admitti in Religionem. *Nauar.lib* 3.*cons.de Regulcons.*26.*num.*4. *Rodriq. tom.*3.*quæst.*11.*art.*2.& *Lazan.tom.*1.*cap.*24. *num.*25. *vbi citat constit.Greg.XIII.Muneris nostri.anno.* 1583. *Vide Sanch.*7.*de matr.disp.*37.*q.*4.*num.*30.& *lib.*5.*decal.c.*4.*num.*73.& *Peyr.de Præl.q.*2.*c.*5.§.6.

2 Qui ex Patre ad fidem conuerso natus est, vel qui à natiuitate baptizatus est, etiamsi Pater eius adhuc in infidelitate persistat, nō excluditur à Sacris Ordinibus, nec à Prælaturis. *Suar.de cens. disp.* 43. *sect.*3. *num.*8.& *Peyr.ibid.vbi accumulat plures DD.*

3 Religiosus sciens se ex linea prohibita descendere, non potest oblatas accipere dignitates, nec acceptas, in conscientia retinere. *Mirand.tom.*2. *man.q.* 1.*art.*5: *concl.*2.& 3.& *Rodriq.tom* 1.*q.* 14.*art* 8.

Limita, nisi ex renunciatione, posset eius inhabilitas diuulgari; alioqui non tenetur se prodere.

INIVRIA.

1 PRo iniuria facta Monacho, non ipsi, sed Monasterio competit actio iniuriarum. *gl. fin.in cap.cum.dilecta.*22.*de rescrip.*

Am-

Amplia etiam si Monachus iniuriam remiserit. *glo. 1. in c. Parochianos. de sent. excom. & gl. fin. ibid.*

2 Iniuriam factam Monacho, si Abbas remiserit, Monachus non poterit agere aliquo casu. *cap. cum illorum. 32. & ibi glos. passus. de sent. excom.*

3 Iniuriæ satisfactionem non tenetur remittere, sed bene facit qui persequitur iniuriam sibi factam. *gl. possumus in can. si is, qui.*

Limita nisi fiat liuore vindictæ. *Valer. de diff. vtriusq. for. v. remiss. diff. 3.*

4 Prouocatus iniurijs, si prouocãtem iniuriet nõ est puniendus; præsumitur enim quod solũ ad sui defensionem iniuriauerit. *Peyr. de Præl. q. 3. c. 2. §. 1. n. 60.*

5 Iniuriam inferens particulari Ecclesiæ, vel Monasterio, infert etiam illam quodammo toti Ecclesiæ, & Sum. Pont. qui est caput ipsius. *Lezan. to. 5. fol. mihi 398. vbi citat. l. 1. C. de sum. Trin & fid. Cath. vbi Bald. Alban. in lucubr. ad Bartol. in d. l. 1. n. 10. & Pasqualig. in centur. q. q. mor. quæst. 64. in fi.*

6 Actio iniuriarum datur contra eum qui dixit aliquem mentiri, Saluo honore. *Grat. disc. for. ca. 81. nu. 1. citans Bart. in l. si quis extraneus. de acquir. hæredit.* Nam frustra protestatur qui alteri dixit verba iniuriosa. Vide *D. Th. 2. 2. q 110. artic. 1. vbi docet hæc verba, Tu mentiris, differre à verbis, Tu dicis mendacium.*

Reliqua in v. Contumax.

INOBEDIENTIA.

1 Inobedientiæ peccatum est maximum, & crimen grauissimum. *gl. 2. in c. fi. de const. in 6.*

dispensationem concedendam, super illegitimitate, multum iuuat litterarum scientia, morum honestas, virtus, fama, & alia. *Et in can.si.dist.56.*

11 Illegitimi non dispensati nequeunt eligi in socios, seu Discretos pro Capitulis Generalibus, *Rodr. to.1.q.13.art.19.Peyr in const.2.Iulij II.§.29.nu.91. Mirand to.2.q.2.a.8.concl 1.& Lezan.tom. 2.c.12.nu. 17. Vide v.Discretus num.1.*

12 Expositi, si fiant Religiosi, capaces erunt absque vlla dispensatione officiorum Religionis. *Peyr. de Præl. qu. 2. c. 5. §.9.num. 136.vbi acumulat plures DD.* Probabiliter enim censentur legitimi. *Suar. tom. 5.in 3.p. disput. 50.sect.4. num.4. Sà. v. Filius. num. 8. Flau. Cherub. in comp. tom. 2. in constitut. 44. Greg. XIII. Schol.1.& Dian.p.2.tract.15. resol. 22.& p. 4. tract. 2. resol. 58.*

13 Illegitimus nondum habilitatus ad vocem passiuam, neque habet actiuam. *Peyr. nu. 151. Vide c.fin. de fil. Præsbit.*

14 Illegitimus, licet occultus, inhabilis est ad dignitates regulares. *Sanctarel. var. q. q. q. 42. num. 2. Auil.de cens. p.7.disp.3. dub.6. concl. 1. Bonac. de cens. disp.7. q. 2.p.3.num. 2. Nauar. in man. c.27. nu.201. & c. 25.nu.69. Filiuc. tom.3. tract.41.cap.4. num.5.& Mirand.tom.2.man.q.2.ar. 6.* Vnde electus in Prælatũ nullo modo potest acceptare Prælaturam, sed debet, vel procurare dispẽsationem, vel declarare suum defectum, si sine præiudicio suæ, aut alterius famæ, id potest facere *Sorb.in comp.v.dispens.Rodr. to.1.q. 13. a.5.& Peyr.to.1.priu.in const.2.Iulij II.§.29.nu. 100.*

15 Dispensatus ad dignitates Ordinis, seu Religionis, non intelligitur dispensatus ad dignitatem supræmam illius, puta Generalatus. Dispensatio enim est stricti iuris, quæ non operatur vltra expressa, nec veniunt in dispensatione, quæ speciali indigent expressione. *Adnot. per Barbos. tract. de verbor. signific. appell. 43 nu. 2. & 3.* vbi ait illegitimum dispensatum ad Episcopatum, non censeri dispensatum ad Archiepiscopatum: *& appell. 89. nu 2.* dispensatum ad Archiepiscopatum, non esse dispensatum ad Patriarchatum. Vide eundem *Barbos. de off. & potest. Episc. alleg. 33. nu. 7. & in collect. Bull. v. illegitimus. vbi adducit declarationem Sac Cong. Sayr. de Censuris lib. 6. cap. 11. a nu. 18. Et Dian. p. 8. tract. 3. q. 36. & deinceps.*

Reliqua in v. Discretus.

IMMVNITAS ECCLESIAE.

1 GAudent immunitate, non solum Ecclesię, sed etiam Monasteria, & Domus Regularium; nempe totus circuitus, & habitatio eorum, cum hortis, seu viridarijs. *Sanchez tom. 2. cons. mor. lib. 6. cap. 1. dub. 7. num. 2. & Bonac. de leg. disp. 3. qu. 7. de immunit. §. 2. num. 11.* Non sic villæ, aut domus, quas habent Religiosi recreationis gratia, si sint separata ab eorum Ecclesijs. *Barbos. de iur. Eccles. lib. 2. c. 3. nu. 74. & 75. Vide c. si quis contumax c. frater. c. si quis in atrio. & c. minor. 17. q. 4.*

2 Non gaudent Religiosi hac immunitate respectu suorum Superiorum. Cum enim ferè semper sint

in Monasterijs, vix possent à suis Superioribus puniri. *Rodriq. q.q. Regul. tom.2.q.50.art.4. Suar.to 1. de Relig.tract.2.lib. 3. cap. 10.nu. 6. & Laym lib 4. tra. 9.c.3.num.* 11 Et hoc procedit de consuetudine rationabili, & antiqua.

3 Apostatæ gaudent immunitate, non quidem in Ecclesijs sui Ordinis, sed aliorum. *Peyr.de Præl.qu.3. c.4.n.8.Ital.de immunit.lib.1.c.3.§.1.nu.17. & Lezan. v. immunitas. num.* 17.

4 Regulares, sicut & alij Ecclesiastici, tradentes reum Curiæ sæculari, in casibus, in quibus ille gaudet immunitate Ecclesiæ, si inde mors, aut mutilatio sequatur, incurrunt irregularitatem *Sorb. in add. ad comp.v.Eccles.Fratr.& Rodr.to.2.q.50.ar.3.*

Amplia primò, etiam si Regulares præmittant protestationem impunitatis circa corpus rei, nam talis protestatio est contraria facto *Bonac. de irregul. disp 7.qu. 4. punct. 1. nu. 19. & Thesaur. in prax. p. 2. v. immunit. cap.* 1.

Amplia secundò ad Prælatum, quando in casibus prædictis nō defendit reum, sed permittit eum extrahi; quoniam ex iustitia, & officio tenetur immunitatem suæ Ecclesiæ tueri. *Lezan.n.2.*

5 In dubio an reus sit captus in loco sacro, vel profano, spectat ad Episcopum, non verò ad Prælatos Regulares, id decidere. *Barbos.nu.156.& 157.*

6 Ad Ecclesiam confugiens, de atrio Ecclesiæ, quod triginta passibus clauditur, non debet extrahi, nisi prius data securitate indemnitatis. *can. definiuit. 17. quæst. 4.*

7 Ad

7 Ad Ecclesiam etiam non consecratam confugiens, debet ab ea defendi. *glos. in cap fin. de consecrat. Eccles.*

8 Ministri Curiæ secularis exercentes violentiam in fores Ecclesiarum, vel Monasteriorum, eo quod Regulares nolint ipsis tradere reos in eorum Ecclesijs, vel Monasterijs detentos, incurrunt varias pœnas, de quibus *Cassarub. in comp priuil. mend. v. Eccles. Fratr. nu. 3. & Rodriq to. 2. q 50 ar. 2.*

9 Ab Ecclesiæ ingressu arceri debet, qui alium de Ecclesia violenter extraxit, vel rapuit. *can. Frater. 14. quæst. 4.*

10 Ab excommunicatione, quam incurrunt violantes Ecclesiæ immunitatem, non absoluunt Regulares, dato etiam quod excommunicatio prædicta non esset Papæ reseruata respectu Episcoporum, licet probabilius sit eam esse absolutè reseruatam. *Peregr. de immunit. cap. 15. nu. 16. Barbos. num. 166. Thesaur. v. immunit cap 1. Farinac de immunit. c 20. nu. 315. & Lezan. tom. 1. cap 19. num. 15. vbi adducit decretum Sac. Cong sub Clem. VIII.*

INCORRIGIBILI.

1 VT Religiosus dicatur incorrigibilis de iure communi, hæc tria requiruntur; Primò, quod crimina grauia sæuius commiserit: Secundò, quod monitus non destiterit: Tertiò, quod pœnitentiam pro illis non acceptauerit. *Sayr. de cens. lib. 5. cap. 21. num. 37. & Sanch. lib. 6. in decal. c. 9.*

num.

num.4. Hodie ex decreto *Sacr. Congr*. 21. *Septembr*. 1624. requiritur, vt vnius anni ſpatio, in ieiunio, & pœnitentia probetur in carceribus, iuxta dicta *v. Eiectus. num*. 1.

INDVLGENTIAE.

1 RElígioſi publicantes indulgētias ob quæſtum, ſeu eleemoſynas acquirendas, ſententiam excommunicationis incurrunt Papæ reſertam. *Pius V. in bulla, Quam plenum* 2. *tom. bullar. inter constitut. ipſius. n*. 99. *Theſaur. in prax. p*. 2. *v. indulg. c*. 2. Taleſq. indulgentiæ ſunt nullæ. *Idem Pius in bulla, Et ſi dominici. in* 2. *tom. inter eiuſdem conſtitut. num*. 30. Et Religioſos huiuſmodi debent Ordinarij locorum excommunicatos declarare, donec de abſolutione eis fuerit facta fides, non obſtantibus quibuſcumque priuilegijs. *Clem*. 1. *de priuil. Suar. de cenſ. diſp*. 22. *ſec*. 4. *num*. 19. *& Silu. v. Excommunicatio*. 7. *num* 41.

2 Concedere Indulgentias, iure ordinario non competit Regularibus. *c. accedentibus. de exceſſ. Prælat. Silu. v. Indulg. & Cordub. de indulg. q*. 2. (cōtrarium videtur probari *Peyr. de. Præl. q*. 3. *c*. 6. *n*. 16.) An verò id eis competat ex priuilegio, *vide Caſſarub. in comp. v. Indulg. plenar. quoad Frat. num*. 16.

3 Indulgentiæ, quas Epiſcopi concedunt, pro ſunt etiam Religioſis exemptis. *Nauar. trac de indulg. notab*. 31. *num*. 12. *& Belarm. tract. de indulg. lib*. 1. *cap*. 11. *q*. 3.

4 Re-

4 Religiosi extra proprias domos commorantes, ad breue tempus, seu in itinere, visitando altaria Ecclesiarũ locorum, in quibus reperiũtur, eisdem fruuntur indulgentijs ac si visitarent Altaria suarum Ecclesiarum. *Peregr p.p.comp.tit indulg n.7. De his indulgentijs concessis à Paulo V. vid to.3.bullar.n.21.alias 16.& Dian 4.p.trac 4.resol.20.*

5 Religiosi infirmi, vel decrepiti, qui non possunt Ecclesiam adire, consequuntur prædictas indulgentias in suo lecto, dummodo agãt aliquod opus pium arbitrio Confessarij. *Peregr.ibid.*

6 In bulla Pauli V. *Romanus Pontifex*, qua reuocantur indulgentiæ concessę Regularibus vtriusque sexus, non reuocantur concessę Ecclesijs Regularium pro Secularibus. *Peyr.de subd.q.4 §. vlt. adducens declarationem Sac. Cong.* Neque indulgentiæ concessæ Regularibus defunctis, seu in articulo mortis constitutis quoniam, quæ speciali digna sunt nota non censentur sublata, nisi expresse nominentur. *Alphons. Leo.p.p.de Iubil.q 6.n.2.43.Nouar.v.indulg.n.2.Pereg. p.p.com.v.indulg.n.2.& Peyr.tom.2.priuil. in const.8. pauli V.n.10.* Neque indulgentiæ concessæ audientibus conciones Mendicantiũ (*de quibus v. Concionator. num.19.& 20.& 21.*) vel gestantibus habitum Religiosorum. *Nouar.num.5.Portell.v.indulg.in addit. n.3. & Dian.4.p.tract.4.resol 22.*

7 In Iubilæo anni Sancti non suspenduntur indulgentiæ concessæ pro defunctis, siue Regularibus, siue Sæcularibus. *Nauar. in comment. de indulg. not. 25. num. 3. & Alphons.Leo.num. 246.*

R Am-

Amplia ad indulgentias concessas pro constitutis in articulo mortis. *Lezan. v. Iubileum. n. 5. Contrarium tenet Laym. lib. 5. trac. 7. cap. 8. num. 3. & Boss. in discept. de susp. indulg. temp. iub. nunum. 20.*

8 Nouitij gaudent omnibus indulgentijs concessis Fratribus sui Ordinis. *Casarub in comp. v. Nouitius. num. 22. Portell. eod. num. 35. & 53. & Rodriq. q. q. Reg. tom. 3. quæst. 51. art. 12.* In fauorabilibus enim veniunt nomine Religiosorum.

9 Prælati Regulares concedunt indulgentiam plenariam. peractis visitationibus, suis Fratribus. *Leo X. apud Peyr. to. 1. priu in const. 14. huius Pont. & Greg. XIII Visitatoribus Societ. Iesu Rodr. to. 1. qu. 86. art. 2.*

10 Variæ, æque amplissime indulgentiæ concessæ sunt Ordini nostro D. Hieronymi, vt est in *cap. 52. 76. 77. 78. 82. 83. 100. 103. 104. 113. 120. & 125. nostrorum priuil.*

Reliqua in v Concionator.

INFAMATVS.

1 Infamatus dicitur quis, quando eius opinio est læsa apud bonos, & graues viros secus si est læsa apud maleuolos, & viles. *c. inquisitionis. §. quæsiuisti. 14. de accusat.*

2 Infamatus de crimine non compellitur se purgare à tempore natiuitatis suæ: quinimo, si est Prælatus, iurat tantum à tempore prælationis *cap. fin. 15. de purgat. can.*

3 Vt quis dicatur infamatus requiritur maior

pars viciniæ, quia fama loci requiritur, non fama aliquorum. *gl. fin in c. inquisitionis. §. si, de accusat.*

4 Propter solam infamiam quantumcumque publicam, & famosam, Prælatus Religiosus non debet remoueri. *gl. 2. in c. consuluit 29. de appellat.*

5 Ob infamiam surgentem à maleuolis, vel inimicis non potest procedi cõtra aliquem. *can. caueant. 3. q. 9. vide v. accusatiõ. num. 21.*

Reliqua in v. inquirere.

I N F A M I S.

1 INfamis, siuè infamia iuris, siuè facti, est priuatus voce non solum passiua, *Auil. de cens. p. 7. dis. 4. dub. 7. concl. 4. Silu. v. infamia. q. 10. num. 15. & quæst. 3. n. 4. Angel. eod. n. 3. & 9. Tabien. eod. nuum. 11. Petr. Greg. de elect. c. 9. num. 13. Archid. in c. testes. num. 8. 2. quæst. 7. Abb. in cap. quærelam. de iur. iur. nu. 3. Suar. tom. 2. de Relig. tract. 5. lib. 3. c. 20. num. 17. Sigismund. de elect. dub. 86. num 5. & Castell. de elect. c. 11. num. 38. ex regul. 86. de reg. iur. in 6. vbi dicitur. infamibus portæ non pateant dignitatum:* Sed etiam voce actiua *Suar. tom. 5. in 3. p disp. 48. sect. 3. num. 2 & Sigism. num. 7.*

2 Infamis infamia meri facti, si re vera se emendauerit, potest promoueri ad Prælaturas; non enim est proprie, & absolute irregularis *Garz. de benefic. p. 7. cap. 8. num. 64. & p. 11. cap. 3. num. 118 & Tambur. tom. 1. disp 5. quæst. 20.*

3 Infamis potest curam Monasterij gerere (intellige temporalem) *gl. 2. in c. tuam. de ætate, & qualit.* Et

poteſt eſſe eiuſdem Munaſterij Procurator. *gloſ. fin. in can. accedens. diſt.* 50.

INFIDELIS.

1 DEſcendens ex maculato genere infidelium, puta Iudeorum, vel Mahumetanorum, de iure communi poteſt admitti in Religionem. *Nauar. lib* 3. *conſ. de Regul. conſ.* 26. *num.* 4. *Rodriq. tom.* 3. *quæſt.* 11. *art.* 2. *& Lezan. tom.* 1. *cap.* 24. *num.* 25. *vbi citat conſtit. Greg. XIII. Muneris noſtri. anno.* 1583. *Vide Sanch.* 7. *de matr. diſp.* 37. *q.* 4. *num.* 30. *& lib.* 5. *decal. c.* 4. *num.* 73. *& Peyr. de Præl. q.* 2. *c.* 5. §. 6.

2 Qui ex Patre ad fidem conuerſo natus eſt, vel qui à natiuitate baptizatus eſt, etiamſi Pater eius adhuc in infidelitate perſiſtat, nō excluditur à Sacris Ordinibus, nec à Prælaturis. *Suar. de cenſ. diſp.* 43. *ſect.* 3. *num.* 8. *& Peyr. ibid. vbi accumulat plures DD.*

3 Religioſus ſciens ſe ex linea prohibita deſcendere, non poteſt oblatas accipere dignitates, nec acceptas, in conſcientia retinere. *Mirand. tom.* 2. *man. q.* 1. *art.* 5. *concl.* 2. *&* 3. *& Rodriq. tom* 1. *q.* 14. *art* 8.

Limita, niſi ex renunciatione, poſſet eius inhabilitas diuulgari; alioqui non tenetur ſe prodere.

INIVRIA.

1 PRo iniuria facta Monacho, non ipſi, ſed Monaſterio competit actio iniuriarum. *gl. fin. in cap. cum. dilecta.* 22. *de reſcrip.*

Am-

Amplia etiam si Monachus iniuriam remiserit. *glo. 1. in c. Parochianos. de sent. excom. & gl. fin. ibid.*

2 Iniuriam factam Monacho, si Abbas remiserit, Monachus non poterit agere aliquo casu. *cap. cum illorum. § 2. & ibi glos. passus. de sent. excom.*

3 Iniuriæ satisfactionem non tenetur remittere, sed bene facit qui persequitur iniuriam sibi factam. *gl. possumus in can. si is, qui.*

Limita nisi fiat liuore vindictæ. *Valer. de diff. vtriusq. for. v. remiss. diff. 3.*

4 Prouocatus iniurijs, si prouocãtem iniuriet nõ est puniendus; præsumitur enim quod solũ ad sui defensionem iniuriauerit. *Peyr. de Præl. q. 3. c. 2. §. 1. n. 60.*

5 Iniuriam inferens particulari Ecclesiæ, vel Monasterio, infert etiam illam quodammo toti Ecclesiæ, & Sum. Pont. qui est caput ipsius. *Lezan. to. 5. fol. mihi 398. vbi citat. l. 1. C. de sum. Trin & fid. Cath. vbi Bald. Alban. in lucubr. ad Bartol. in d. l. 1. n. 10. & Pasqualig. in centur. q. q. mor. quæst. 64. in fi.*

6 Actio iniuriarum datur contra eum qui dixit aliquem mentiri, Saluo honore. *Grat. disc. for. ca. 81. nu. 1. citans Bart. in l. si quis extraneus. de acquir. hæredit.* Nam frustra protestatur qui alteri dixit verba iniuriosa. Vide *D. Th. 2. 2. q 110. artic. 1. vbi docet hæc verba, Tu mentiris, differre à verbis, Tu dicis mendacium.*

Reliqua in v. Contumax.

INOBEDIENTIA.

1 INobedientiæ peccatum est maximum, & crimen grauissimum. *gl. 2. in c. fi. de const. in 6.*

& gl. 1. in sum. 4. quæst. 1. Intellige de inobedientia formali quando scilicet subditus non vult obedire ne obediat, ideſt quia iubetur; Hæc enim includit contemptum. *D. Th. 2. 2. q. 104. a. 2. ad. 1.*

2 Inobediens Prælato eſt inimicus ei. *gloſ. & inimicos. in can si quis Diaconus. diſt.* 40. Intelligе quo ad officium, seu quatenus eſt persona publica.

3 Pro inobedientia ferri poteſt sententia excommunicationis. *cap. cum in Ecclesijs. de maior. & obed.*

Reliqua in v. Contumax. Obedientia.

INQVIRERE.

1 INquirere tunc tenetur Prælatus, cum ad eum peruenit clamosa quærelatio, *gl. exquiri. in can. ego autem. 1. q 6. Nauar. in rubr. de iudic. n.* 91. *& Spath. de mod. cor. Regu. tract. 3. c. 4. &* 5.

2 Inquiri non debet super veritate criminū cōtra non infamatum, etiam si libellus famosus, contra eum oblatus fuerit in secreto, seu aliqui clam schedulas porrexerint ad illius infamationem. *cap. inquisitionis. §. tertiæ de accuſ. Vide Peyr. formul. lit. P cap.* 15. *num.* 1.

3 Inquiſitio non eſt facienda propter infamiam à maleuolis ortam, nec purgatio eſt indicenda. *c. pe. & ibi gl. malignis. de præsumpt. Vide v. Infamatus nu.* 5.

4 Inquiſitio de conuersatione, & vita electi in Prælatum, ibi debet fieri, vbi conuersatus eſt, quia ibi notus eſt. *cap. 3. & ibi gl. fin. de elect.*

5 Inquiſitio, vt fiat contra subditum sufficit quod præ-

precedat fama, etiam non scandalosa (intellige de fama legali, seu probata *Spath. de mo. cor. Reg. tract. 3. c. 4.*) Sed contra Prælatum, opportet, quod præcedat fama, quæ sine scandalo, & periculo, dissimulari non potest. *c. qualiter 24. de accusat.*

6 In inquisitione facienda contra Prælatum Regularem, seruandus est aliquis ordo, sed non vsquequaque, sicut seruari debent contra seculares, *c. olim. 26. de accusat.*

7 In inquisitionis causa, crimine non probato, si adhuc perdurat mala fama, Iudex debet indicere, purgationem infamato, secundum qualitatem personæ, & quantitatem infamiæ: in qua, si defecerit, puniatur. *cap. qualiter. 24. de accusat. Vide Valer. de diff. vtr. for. v inquisitio. diff. vnic. per tot.*

8 Inquisitio infamiæ non est de substantia inquisitionis. *c. 2. de accusat. in 6.*

9 Potest Iudex iuquirere de crimine illato, etiã si accusator ab accusatione desistat. *c. 1. de collus. deteg. Reliqua in v. Delictum. infamatus.*

INQVISITIO.

1 SVperiores Regularium non possunt, in causis Sacræ inquisitionis, contra suos subditos procedere, sub pæna priuationis vocis actiuę, ac passiuæ, & aliarum pænarum, de quibus in bulla Pauli V anno 1606. *Caren p. 2. tit. 17. § 10. Vide Bariol. post flor. direct fol. 447.*

2 Regulares pænitentiati a S. Officio Inquisi-

tionis, sunt, eo ipso, inhabiles ad omnes gradus, & officia suæ Religionis. *Vrb VIII. anno 1626. Peyr to. 2. priuil. in const. 9. Pauli V num 29.*

Limita primò, nisi pœnitentiæ fuerint tantum salutares, nempè, quæ extraiudicialiter, & priuatim infliguntur, vt sunt ieiunia, disciplinæ, orationes, &c. *Peyr. ibid.*

Limita secundò, quo ad eos Regulares, qui antè supra dictum decretum Vrb. sunt pœnitentiati. *Sac. Cong. 22. Decemb 1632 apud. Lezan. to 1. c. 15. n. 39.*

3 Prædicti regulares pęnitentiati à Sac. inquisitione non possunt rehabilitari, nisi vel à Sanctissimo, vel a Sac. Cong. supremæ inquisitionis, coram Sanctitate sua habenda. *Peyr. ibid.*

4 Religiosi qui, pro tempore ad Sac. Inquisitionem recurrerint, vel in ea testimonium perhibuerint veritatis non possunt per quinquennium à die recursus molestari, vel inquietari à suis Superioribus. *Peyr. num. 28. vbi adducit decretum Pij V. anno 1567.*

5 Priuilegia Regularium non diseruiunt ipsis quo ad exemptionem à constit. Apostolicis, in concernentibus. S. Inquisit. officium, aut materiam fidei Catholicæ. *Vrb. VIII. 5. Nou. 1631. apud Lezan. tom. 4. v. Priuil. Regul. num. 21. & to. 5 fol. mihi 208. num. 44.*

6 A casibus contentis in edicto Sac. Inquisitionis, cum suis excommunicationibus, seclusis illis, quæ continentur in bulla cænæ, possunt Regulares absoluere virtute suorum priuilegiorum. *Portell. in addit. ad dub. Regul. v. solicit. fœm. num. 24. & Dian. p. p. trac. 5. resol. 8.*

Qui-

7 Quilibet Superior Regularis tenetur, sub pœna priuationis officij, & vocis actiuæ, & passiuæ, semel in anno, idest feria sexta post octauam Assumptionis B. M. V. in publica mensa, vel Capitulo, & in quocumque Generali, vel Prouinciali Capitulo, vel Dieta suos subditos commouere de iniuncta omnibus obseruantia; & executione litterarum Apostolicarum ad Sac. Inquis. officium pertinentium. *Vrb. VIII. 14. Aprilis. 1633.*

8 Varia pænarum genera imponi solent à Sac. Off. inquisitionis, Regularibus, qui delicta addictũ. S. Off. spectantia commiserint; de quibus pænis *Caren. de off. S. Inq. p. 3. tit. 13. §. 11.*

INQVISITOR.

1 INquisitor Regularis delinquens in inquisitionis officio, non potest puniri à suis Prælatis, sed à Cardinalibus vniuersalis inquisitionis; Est enim quo ad hoc exemptus à Prælatis Regularibus. *Roias. de hæret p. 2. n. 418.*

2 Si Inquisitor extra suum officium deliquerit non potest eius Prælatus, illi pœnas imponere, quæ aliquo modo retardare possint eius officium: sed in tali casu debet sumere informationes, & transmittere ad supræmum Inqusitionis Tribunal. Aliàs daretur via impediendi indirectè officium Sanctæ Inquisitionis. *Castro. tom. 1. tract. 4. disp. 8. punct* 12. §. 2. *num.* 23 *Penna in* 3. *p. com.* 60. *& Dian.* 4. *p. tract* 8. *resol.* 53.

3 Inquisitor potest libere pergere ad curiam Roma-

manam, cum socio sui Ordinis ad libitum assumpto, etiam non petita, suorum Superiorum licentia. *Hieron. Rodriq. in compend. resol. 73. n. 5.*

4 Inquisitores olim eligebantur à Generalibus, & Prouincialibus Ord. D. Dominici, & D. Francisci: sed hodie eliguntur vel imediate à Sum. Pont. per breue: vel à Sac. Cong. supræmæ Inquisitionis per literas patentes. *Azor. inst. tom. 1. lib. 8. cap. 18. quæst. 5. Farin. de hæres q. 186. & Sanctarel. de hæres c. 40. dub. 1. concl. 6.*

5 Inquisitori debetur titulus Reuerendissimi. *Ludou. à Paramo de orig. S. Inquis. lib. 3. q. 9. n. 23. & 24.*

6 Inquisitores, & eorum socij possunt se inuicem absoluere ab excômunicatione in casibus, in quibus, possunt absolui superioribus. *Vrb. IV. in const. Vt negotium fidei.*

Amplia ad dispensationem in irregularitate. *Eymericus in direct. p. 3. q. 23. apud Carē. p. 1. tit. 5. §. 13. n. 92.*

INTERDICTVM.

1 REligiosi tenentur obseruare, sub pæna excommunicationis, quæcumque interdicta generalia, tam auctoritate Apostolica, quam Ordinariorum, posita. *Clem. 1. de sent. excom. Conc. Trid. sess. 25. c. 12. & Tolet. in sum. lib. 1. c. 40.* Et quidem, siue interdicta valeant, siuè nòn; dummodo ea obseruet Cathedralis, Matrix, aut Parochialis Ecclesia. *Nauar. in cap. cum contingat. tom. 4. remed. 2. num. 39. Rodriq. tom. 2. quæst 108. art. 4 & Lezan tom. 1. cap. 9. num. 29.*

2 Interdicta Ciuitate interdicto generali locali

ab Episcopo posito, intelliguntur etiam interdictæ Ecclesiæ Regularium, non obstãte earum exemptione *Trid. ibid. Cornex. tom. 1. c. 11. num 21. & Bonac disp. 5. de interd. punct. 1. num. 6.* Aliàs vilipenderetur interdictum, cum possent Ciues ad Ecclesias exemptas confugere.

3 Interdicto Clero non itelliguntur interdicti Regulares. *Silu. v. Interdictum. 2. num 17. & v. Clericus. n. 1. Portell. v. interdictum. nu. 5. & Dian. p. 5. trac. 10. res. 80.* In odiosis enim Regulares non veniunt sub Clero, neque Clerici nomine.

Fallit in Religioso, qui haberet beneficium seculare inter Clericos seculares. *Dian. ibid.*

4 Interdicto speciali non possunt, ab Ordinarijs interdici Ecclesiæ Regularium. *Casarub. in comp. priuil. v. interdictum. 1. num. 15. & Rodriq. tom. 2. quæst. 108. artic. 2.*

5 Regulares exempti, nullo interdicto personali possunt ab Ordinarijs interdici. *Lezan. v. interdictum. num. 9. adducens priuilegia Sum. Pont.*

Amplia ad Legatos (excipe Legatos à latere) Delegatos, aut Subdelegatos Sedis Apostolicæ. *ibid. & Casarub. v. Exemptio. num. 9.*

Fallit in Religioso habente beneficium seculare in diœcesi alicuius Episcopi *c. cum. capella. de priuil.*

6 Licet Prelati Religionum possint ponere interdictum personale, non tamen possunt locale, cum eorum iurisdictio sit potius in personas, quam in loca, vel certè si in loca, eam perdiderunt per non vsum. *Cornex. de Interdicto. disp. 3. Suar. de cens. disp. 36. sect.*

sect.1.numer.2.& tom.4. de Relig.trac. 1.lib. 2.cap. 9. num.5.Nauar.in man.cap. 27.num. 168. Filluc.tom.1. trac. 17. cap.1. num.21. Mirand.tom. 2. Man. quæst. 37. artic.4. Auil.p.5.disp.2.dub. 1.concl.1.Sayr de cens. lib.5.cap. 10. num. 22. & Didac. in cap. Alma mater. p.2.§.2.num.6.

Limita nisi Superiores, instar Episcoporum, habeant territorium,& iurisdictionem Episcopalem in illud,& sæculares in eo degentes. *Sot.in 4 dist. 22. q.3. art.1. Rodriq.tom.2.q.107.art.2. Tambur. de iur. Abb. tom.2.disp.15.quæst.1.num.3.*

7 Regulares,tempore interdicti generalis,singulis diebus possunt in suis Ecclesijs, & Monasterijs Missas celebrare, & officia diuina, sicut prius, submissa tamen voce,ianuis clausis, campanis non pulsatis, atque exclusis excommunicatis,& interdictis. *cap. Alma mater.de sent.excomm.Sorb.in add.ad comp.v.interdictum.Peyr.tom. 1.priuil in const.2. Sixti IV. num. 55. & Gauant.in man. v. interdictum. num. 10.* Ita etiam concessit Nobis Mart.V. anno 1424. vt est in *cap. 62. nostr priuil.*

8 Possunt etiam Regulares, in festiuitatibus Natalis Domini,Paschæ,Pentecostes,& Assumptionis B. V. interdicti tempore, celebrare diuina, ianuis apertis, & pulsatis campanis, excommunicatis expulsis, & admissis interdictis; cum hoc tamen, vt qui fuerunt causa indicti Altari non appropinquent. *c. Alma mater. cit. Sorb. ib.* §. 12. vbi hoc extendit ad festum Sanctissimi Corporis Christi, & per totam octauam.

Am-

Amplia primo quod ad aliquos Regulares, & qui cum ipſis communicant in priuilegijs, ad feſta Conceptionis, Viſitationis, Natiuitatis B.V. Natiuitatis S. Io: Baptiſtæ, ad feſta Sanctorum reſpectiuè ſuarum Religionum, nec non Sanctorum, & Sanctarum, ſub quorum inuocationibus Eccleſiæ Regularium dedicatæ, & conſtructæ ſunt, ſeu quorum corpora, in ipſis Eccleſijs recondita, reſpectiue exiſtunt, & hebdomadarum Sanctæ, & Reſurrectionis.

Amplia ſecundo ad tempus, quo Religioſi profeſſionem emttunt, vel primam Miſſam celebrant, vel humana corpora, in ſuis Eccleſijs, ſepulturę tradũtur. *Lezan.tom.*1.*cap.*21 *num.*19. vbi adducit priuilegia Pontif & *tom.3.v.Interdictum.num.29.vbi accumulat plures D:D* & contendit etiam poſt Concilium Trid. valere dicta priuilegia, ſaltem aliqua.

9 Sepulturæ Eccleſiaſticæ in Monaſterijs, & Cemeterijs noſtris, & familiares, & oblatos noſtros, & ac perſonas quaſcũque alias eccleſiaſticas, atque etiam ſeculares, apud nos ſepulturam eligentes, etiam interdicti tempore, mandare poſſumus *Mart.V.cap.*61.*noſtr.priuil.*

10 Religioſi, qui interdicti tempore, extra caſus à iure conceſſos, in cæmeterio cadauera ſepeliunt defunctorum, aut publicè excommunicatos, aut nominatim interdictos, aut manifeſtos vſurarios, ſunt excommunicati à iure, excommunicatione tamen non reſeruata. *Clem.* 1. *de Supult. Tolet. in ſum. lib.* 1. *cap.* 40.

11 Abbates habentes facultatem dandi primam ton-

tonsuram,& minores ordines suis Subditis Regularibus, possunt id facere tempore interdicti localis, si subditi interdicti non sint, aut non dederunt causam interdicto. *c. fi. de excess. Præl. Tambur. de iur. Abb. to. 2. disp. 15. quæst. 5. n. 2.*

12 Tenentur Religiosi, tempore cuiuscumque interdicti, dicere diuinum officium, si prius etiam tenebantur; priuatim tamen, vt ab alijs interdictis non audiantur, *cap. quod in te. de pænit. & remiss. Nauar. loc. cit.*

13 Permissa alicui participatione audiendi diuini officij tempore interdicti, non censetur permissa participatio Sacramentorum: *glos. à iure. in Clem. dudum. de sepult.*

14 Religiosi obligati ad confessionem singulis mensibus, ad eam tenentur etiam tempore interdicti. *Nald. v. interdictum. n. 9. & Lezan. eod n. 15.*

15 Interdicti non possunt esse electores. *cap cum inter. de elect. Lezan. tom. 1. c. 15. num. 5.*

Amplia, ad eos, qui scienter celebrauerunt in loco interdicto, nisi super hoc sint priuilegiati. *c. is qui. de sent. excom in 6.*

16 Si eligatur ad dignitatem singulariter interdictus, electio est ipso iure nulla. *Petr. Greg. de elect. cap. 9. num 19. Castell eod. cap. 5. num. 55. & Azor. p. 2. lib. 6. cap. 7. q. 2.*

17 Valet electio facta in loco interdicto, tempore interdicti, à seruantibus interdictum. *Angel. v. electio. num. 12 Sigismund. de elect. dub. 16. n. 5. & Peyr. de Præl. q. 2. c. 5. §. 2.* Si enim conceditur interdictis

ce-

celebrare diuina officia, quod eſt maius, conceditur etiam celebrare electionem, quod eſt minus. *ibid.*

INTERPRETATIO.

1 INterpretatio dubiorum circa conſtitutiones, ſpectat ad eum, qui eas promulgauit. *c. fi. de conceſſ. præb.* Eius enim eſt, interpretari, cuius eſt condere, *gl. intentionis, in c. expoſita. de Arbitr. c. cum veniſſent, & ibi gl.* 1. *de iudic.* Intellige de interpretatione non doctrinali, ſed iuridica *Peyr. tom.* 2. *priuil. in conſt.* 10. *Vrb. VIII. nu.* 6. *& Lezan. to.* 1. *c.* 18. *n.* 76.

2 In interpretatione verborum iuris debet attendi communis vſus loquendi. *c. inter corporalia. §. ſed neque. de translat. Epiſ.*

3 Interpretatio debet fieri in tutiorem partem, & vbi neutra eſt tutior, tunc in illam, quæ eſt benignior. *gl. fi. in c. quia circa. de priuil.*

4 Interpretatio, quæ fit per punctum rationis, dicitur neceſſaria. *Mantic. de coniect. vlt. vol. lib.* 6. *tit.* 14. *num.* 8.

5 Interpretatio, quæ colligitur ex ratione, non eſt extenſiua, ſed intellectiua, quia intelligi poteſt, cũ intellectus, & ratio idem ſint. *Mãtic. d. tit.* 14. *n.* 20.

6 Interpretatio, ſecundum quam ius commune ſeruatur, dicitur fauorabilis. *Crauet. conſ.* 135. *n.* 38.

IRREGVLARIS, IRREGVLARITAS.

1 IRregularis caret voce paſſiua. *Suar. to.* 4. *de Relig. trac.* 1. *lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 24. *Sayr. de cenſ. lib.*

lib.6 cap.2.num.25.Bonac.de cens. disp.7. q.1 punct. 3. num.6.& Peyr.de Præl.qu.2.cap.5. §.3. vbi accumulat plures DD.

Amplia etiam, quo ad actiuam *cap.is. qui. de sent. excom in 6.Mirand.in man tom.2.qu.23. art.8.Barbos. de Canonic. & dignit. cap. 41. ferè per totum. Siluest. v. Elect.1 q.4.Io Andr.in c ne pro defectu.de elec. nu. 23.* Licet contrarium doceant. *Suar. to.5.de cens.disp.40. sect. 2.n.27. Filliuc. to. 1.tract.19.c 3. n.75. Sigism. de elect.dub 70.n.8.& Nauar in man c 27.n.244.*

2 Non fit irregularis abscindens sibi membrum superfluum, vt si quis habeat duos digitos pollices, vnum illorum potest abscindere. *gl. 1. in can. qui partem. dist. 55.*

3 Prælati Regulares, qui ratione iurisdictionis tẽporalis, quam habent, creant Iudices, qui ferunt sententiam mortis in reos, non sunt irregulares. *c. vlt.ne clerici. vel Monachi. in 6. Molin. trac. 3. disp.8. num.2. Baccon. in 4. dist. 25. q. 7. art 1.& Laym.lib.1.tract.5. p.5. cap. 7.num. 6.*

Limita nisi præcipiant, vt reum aliquem in particulari occidant, vel mutilent. *ibid.*

4 Religiosus subdiaconus, si sit excommunicatus, & Epistolam cantet sine manipulo, non fit irregularis, quia non facit actum ordinis solemniter. *Lezan. v. excommunicatio num. 13. vbi citat Silu. Cornex. & Bonac.* Casum in hunc extendit *Laym.cap.3.num.2.* ad Diaconum item excommunicatum cantantem Euangelium sine stola. At verò praxis obtinuit, vt sẽper Euangelium solemniter cantetur, idest cũ stola.

5 Pro-

5 Probabilius tollitur irregularitas per verbum Diſpenſo, quam Abſoluo. *Enriq. lib. 14. c. 17. n. 4. Suar. de cenſ diſp. 41. ſect. 1. nu 4.* Et concordat Rituale Romanum auctoritate Pauli V. editũ, vbi apponitur determinata forma diſpenſandi ſuper irregularitatem.

6 Prælati Regulares non poſſunt imponere irregularitatem. *cap. is qui. de ſent. excomm. in 6. Suar. tom. 4. de Relig. trac. 8. lib. 2. cap. 9. num. 7.*

7 Irregularitas ex defectu natalium non tollitur per ingreſſum in Religionem. *Suar. tom. 5. in 3. p. diſp. 50. ſec. 5. à num. 12. Graff. p. p. deciſ. lib. 4. cap. 27. nu. 54.* Benè tamen tollitur per profeſſionem, quo ad Ordines ſuſcipiendos. *Nauar. com. 2. de Regul. num. 60. & Lezan. tom. 1. cap. 3. num. 2.* Sed non quo ad dignitates Eccleſiaſticas. *cap. 1. de filijs Præsbit. Sot. in 4. diſt. 25. q. 1. artic. 3. & Nauar. in cap. non dicatis. num. 60. Vide v. Illegitimus fere per tot.*

8 Irregularitas ex defectu lenitatis, non tollitur per profeſſionem in Religione. *Cornex. & Sayr. apud Lezan. v. irregularitas num. 35.*

9 Irregularitas non contrahitur, niſi in caſibus à iure expreſſis: vnde dicens aliquem irregularem, debet dare caſum iuris. *c. is qui. 18. de ſent. excom. in 6.*

10 In dubio, vtrum vitium corporis inducat irregularitatem, ſtandum eſt iudicio Prælati Regularis, quo ad ſuos ſubditos regulares. *Suar. to. 5. in 3. p. diſp. 51. ſect. 2. num. 16. Laym. lib. 1. trac. 5. p. 5. c. 7. num. 6 & Auil. de cenſ p. 7. diſp. 3. dub. 2.* Contrarium tenet. *Barboſ. allegat. 42 numer. 60.* At verò in poteſtate Epiſcopi eſt recipere, vel non tale Superioris Regu-

laris iudicium. *Suar. & Laym.ibidem.*

11 Irregularitas omnis, de iure communi, solum tollitur per Papæ dispensationem, exceptis illis, quæ Episcopis,& Prælatis Regularibus,quo ad sibi subditos, conceduntur. *Silu.v dispen.quæst.9.* 10.*&* 11 *& Suar.disp.*41.*sec.*2.

12 Super omni irregularitate, siue à iure, siuè ab homine per Episcopum dispensabili,dispensare potest Confessarius Regularis.*lit.*I.*citans priuilegia. Mart.V. vt est in comp.priuil.Cleric.Regul.p.*2.*Iulij II.Sixti IV. Innoc.VII.& Alex.VI. apud Passarell.in comp.priuil. Vide Rodriq.tom.*1.*q* 24.*art.*4.

13 Dispensatio super irregularitate non potest fieri licitè,& valide,sinè legitima causa.*Nauar.in man.ca.*35.*n.*74.*Silu.loc.cit Graff.*2.*p.dec.lib.*3.*ca.*19.*nu.*30.*& Lezan.tom.*1.*cap.*18.*num.*42.

14 In generalia facultate concessa Regularibus dispensandi super omni irregularitate,non solum excipiuntur casus homicidij voluntarij,mutilationis mẽbri,& bigamiæ.*Rodriq.tom.*1.*quæst.*20. *art.* 20. *Suar. tom.*4.*de Relig.trac.*8 *lib.*2.*c.*21.*num.*2. *& Lezan.tom.* 1.*cap.*18 *num.*40. Sed etiam illæ irregularitates, quæ procedunt ex aliquo enormi corporis, vel animæ vitio, quod posset scandalum generare fidelibus. *Mirand.tom.*2.*man.quæst* 8.*artic.*5.*Maiol.lib.* 1.*de irregularit.cap.*18.*& Laym.cap.*9.*num.*7.

15 In irregularitate cõtracta ex homicidio voluntario, & illicito, sed ita occulto, vt nullo modo sciri, aut probari possit, probabile est posse Prælatos Regulares dispensare. *Lezan.num.*44.

Limita, nisi homicidium patratum sit per assasinum, seu proditoriè. *Peyr. tom. 1. priuil. minim. in const. 2 Iulij II. §. 29. à num. 103. Vide Portell. in dub. Regul. in add. v. dispensare.*

16 Prælati Regulares communicantes in priuilegijs cum Dominicanis, propter priuilegium Pij V. quod ipsi eam habeant auctoritatem in suos subditos, quam habent Episcopi in suos, ex *Trid. sess. 24. de reform. cap* 6. possunt dispensare in irregularitate ab ipsis contracta, propter mors, & mutilationes, ab ijsdem causatas, in bello iusto pugnantibus. Quando enim irregularitas orta ex homicidio voluntario dicitur Papę reseruata, nomine homicidij intelligitur homicidium iniustum, non vero, quod in bello iusto contingit *Lezan. v. bellum. num. 22. citans. Suar. Cornex Candid. & Peyr.*

17 In irregularitate contracta propter hæresim, si casus est occultus probabile est, posse Prælatos Regulares, virtute priuilegiorum, dispensare cum suis subditis *Laym. lib. 1. trac. 5. p. 5. c. 4. in fi.*

Amplia à fortiori, quo ad irregularitatem contractam à filijs hęreticorum, Apostatarum, fautorum Receptatorum, &c.

18 In irregularitate illa, quæ incurritur suscipiendo Ordines cum excommunicatione posita ab Episcopo ante Ordinationem contra eos qui ordinantur habentes aliquod impedimentum occultum, dispensare possunt Prælati Regulares, cum suis subditis. *Peyr. tom. 1. priuil. in const. 1. Iulij II. § 16. num. 39. & Lez. tom. 1. cap. 14. num. 22.*

19 Prælati Generales, & Prouinciales dispensare possunt cum sibi subditis in irregularitate, quę incurritur celebrando in suspensione. *Peyr. num. 24. & Lezan. num. 21.*

Limita nisi dicta irregularitas sit deducta ad forũ exterius; Tunc enim stylus Curiæ est, vt dispensatio petatur à Papa, vel per Datarium, vel per Summum Pœnitentiarium. *ibid.*

Reliqua in v. Dispensare.

ITINERANTES.

1 REgulares, qui sine mandato suorum Superiorum in scriptis, extra suos Conuentus reperti fuerint, tanquam desertores sui instituti, ab Ordinarijs locorum puniantur. *Trid. sess. 25 c. 4.*

Limita in casu recursus ad Superiorem, etiam sine licentia, eo quod à suo Prælato iniustè grauentur. *Dian. tract. 2. de dub. Regul. resol 56.*

2 Religiosi itinerantes, vel de vna in aliam Prouinciam, vel de vno in aliud eiusdem Prouinciæ Monasterium, tam sui, quam alterius Ordinis, non possunt recipi tamquam hospites, etiam ad modicum tempus, nisi, sui Superioris, à quo discesserunt, licentiam expressam, in scriptis exhibuerint; vel nisi satis cogniti sint. *Quarant. in sum. bullarij. v. Monaster. Peyr. tom. 1. priuil. in const. 13. Leon. X. §. 1. & Lezan. tom. 1. cap. 10. num. 14.*

3 Religiosi, qui sine licentia Eminen. Protectoris, vel Generalis, vel Prouincialis, Romam petunt, in-

currunt priuationem vocis actiuæ, ac passiuæ per biẽnium, interdicta Protectori, ac Generali, illam pœnam moderandi, ac relaxandi facultate. *Clem. VIII. in decr. pro reform. Regul. die 20. Martij. 1601.* Amplia aduersus eos, qui supradictos Religiosos admiserint, ac receperint. *Clem. VIII. in decr. 25. Iunij 1599. nu. 23. Vide tamen v. Inquisitor n. 3.*

4 Regulares sine sui Superioris licentia vltra mare proficiscentes, sunt de hæresi suspecti *Io: XXII. in extrau. Ad nostrum. de Regul. apud Bonac. de claus. qu. 2. punct. 4.*

IVBILÆVM.

1 Regulares, quibus tempore Iubilæi conceditur facultas eligendi Confessarium approbatum ab Ordinario, possunt illum eligere extra Ordinem. *Boss. de Iubil. sect. 3. cas. 4. nu. 17. & Dian. p. 5. tract. 12. resol. 37.*

2 Confessarius eligibilis à Regularibus, tempore iubilæi, sufficit vt sit approbatus à suo Prælato. *Bonac. de sacr. pæn. disp. 5. q. 7. punct. 4. §. 1. num. 25. & Boss. cas. 3. num. 10. Contrarium docent alij.*

3 Tempore Iubilæi non possunt Moniales eligere Confessarium approbatum, sed proprio Confessario confiteri debent. *Polach. in bull. iubil. Vrb. III. sect. 41. num. 8.* Contrarium docent. *Boss. cas. 5. num. 2. & Bonac. num. 22. Vide Dian. loc. cit. resol. 12.*

IVDEX.

1 IVdices Regularium Ordinarij sunt Generales, Prouinciales, & locales omnes Superiores, quocumque nomine appellentur, vel qui præfatorum locum tenent, quando illi ex officio, quomodocumque ceciderint. Delegati verò sunt, quibus à Iudice Ordinario, quomodocumque causa cognoscenda, & decidenda committitur. *Innoc. & Hostiens. in c cum ab Ecclesia extr. de off. Iud. Ord. D. Anton. 3. p. tit. 9. c. 1. §. 1. & Silu. v Iudex.*

2 Iudex Ordinarius, etiam Generalis, potest vt suspectus recusari, tam in visitatione Generali, quam in particulari. *Hostiens. in sum. lib. 2. de recusat num. 1. Abb. in cap si quis contra Clericum. de for. comp. num. 6. Graff. 2 p. decis. lib. 3. cap. 4. num 6. Sanch. lib. 6. in decal. cap. 8. num. 111. & Peyr. de subd. cap. 19. quæst. 1.* Id quod multò magis dicitur de Iudice Delegato. *Silu. Armill. Tabien. & Angel. v. recusatio.*

3 Allegans Iudicem suspectum, & suspicionem non probans, debet arbitrio Arbitrorum puniri. *gl. in cap suspicionis. de off. & potest. Iudic. Deleg. v. ad quos omnia, & Baiard. ad pract. Clari lib. 5. §. fin. q. 43. nu. 4.*

4 Iudex Ordinarius, vel Delegatus, propter negligentiam amittit iurisdictionem. *c. prudentiam. §. sexta. de off. Deleg.*

5 Iudex Ordinarius potest supplere negligentiã, ac desidiam Delegati *glo. 1. in cap. cum causa. eod.*

6 Iudex, à quo appellatum est à grauamine, si illud

illud reuocat, poteſt in principali cauſa procedere. *cap.cum ceſſante.60.de appellat.*

7 Non poteſt Iudex Regularis procedere contra aliquem per ſpecialem inquiſitionem, niſi præcedat infamia, ſiue clamoroſa inſinuatio, vel indicia manifeſta, aut ſemiplena probatio. *Nauar.lib.1.de reſtitut.cap.4 num.159 Sot.de ſecr.memb.2.quaſt.6.dub.2. Vide v.Inquirere.num.1.2.& 5.*

8 Poteſt Iudex Regulares, pœnas per leges quaſcumque ſtatutas, iuſta de cauſa, moderari, magis, vel minus.*Innoc.in c.qualiter & quando.de accuſat.col.1.Tiraquell.in tract.de pænit.in præfat.num.16 Menoch. de Arbitr.Iud.lib.1.quaſt.69.Salzedo in pract.crim.ca.144.& Didacus lib.2.reſolut.cap.9.num.8.*

9 Iudex non poteſt interrogare reum, niſi vltra accuſationem, vel denunciationem,vel inquiſitioné, adſit vnus teſtis oculatus omni exceptione maior; vel indicia illi æquiualentia. *D.Tho. 2.2. q.69. art.1. & 2.vbi Caiet.*

10 Prælatus Regularis, quando materia eſt grauis, quomodocumque procedat, non poteſt omittere ea, quæ ſunt de iure diuino, vel naturali. *Peyr. in formul lit.P.cap.16.num.2.vbi præter D.Th. 2.2.qu. 33.art 7.accumulat plures Doct.*

11 Si ſciat accuſatum eſſe innocentem, licet aliàs per legitimos teſtes probetur nocens, non poteſt illũ condemnare. *Sot lib.5.de iuſt.q.4.art.2. Cordub.lib.1. quaſ.37.Nald.in ſum.v Iudex.& Peyr.ibid.num.13.*

12 Iudex Regulares ſcribere poteſt per ſe ipſum dicta teſtium, quando ſcilicet proceditur ad corre-

ctionem,& in causis minimis. *Rodriq.to.2.q.14.art.3.*

13 Religiosi non possunt munus Iudicis laici exercere sub pœna excommunicationis latæ sententiæ. *c. Clericis. ne Clerici, vel Monachi. Vide Thesaur. in prax.p.2.verbo.Iudex.cap.2.*

14 Regulares, in casibus à iure permissis, petere possunt Iudicem non suspectum à Principibus, seu Magistratibus secularibus, dum tamen ipsi Regulares sint Actores, agant contra laicum, non verò contra Ecclesiasticum, vel aliàs à iurisdictione seculari exemptum,& dum causa sit profana,& non Ecclesiastica. *Gregor. XV. in sua const. de Conseruat.*

15 Iudex sæcularis non potest iudicare causas Regularium, etiam quando ipsi prætendunt violentiam pati à suis Superioribus, sed causæ cognitio spectat ad Superiorem Prælati, qui prætenditur facere violentiam. *Suar. contra Reg. Angl. lib. 4. cap.34.& 35. Azor. tom.1. lib.5 cap.12.& cap.14 quæs.2. Bonac. de leg. disp.10. quæst.2. punct.1. §.1. num. 10. & Lezan. v. exemptio num.16. citans decisionem Rotæ 1595. in qua opposita sententia, quam tenent Salgado. in tract. de potest. reg. tom.1. p. p. cap.1.& Pereira de man. reg. p. p. cap. 4. quæst.7. vocatur periculosa. & contra Sac. can.*

Limita, nisi essemus in casu certissimæ violentiæ, magnæ, & vrgentis necessitatis, & absentiæ, vel malæ voluntatis Superioris Iudicis, ad quem deberet fieri recursus; Tunc enim videtur licere oppresso, vim sibi illatam repellere,& secularis potestatis adiutorio vti, non per modum iurisdictionis, sed puræ defensionis. *Vide Suar. ibid. num.6.& 9. Azor. quæst.2. cit.*

cit. Laym. lib. 4. trac. 9. cap 4. num. 4. Dian. 3. p. tract. 1. resol. 53. & p. 5. tract. 1. resol. 13. & Valer. in diff. vtr. for. v. Peccatum. diff. 30 vbi plura accumulat.

Reliqua in v. Delictum. Inquirere. Recusatio. Reus. Sententia.

IVRAMENTVM.

1 IVramentum Deo factum extinguitur per professionem; est enim veluti votum quoddam *Suar. tom. 2. de Relig. lib. 6. de voto. c. 14. num. 12.* Secus si sit factum homini, & ab eo acceptatum, quia est ius acquisitũ tertio. *Sanch. lib. 5. in dec. cap. 5. n. 45.*

2 Prælatus Regularis potest irritare iuramenta suorum subditorum. *D Th. 2. 2. quæst. 89. ar. 9. ad 3. D. Anton. 2. p. tit. 10. cap. 6. Sot. lib. 8. de iust. q. 1. art. 9. Sãchez. 3. in decal. cap. 19. & 20.* Est enim illorum eadẽ ratio, ac de votis. *ibid.*

Amplia quo ad iuramenta, seu vota iurata facta à Religiosis in vtilitatem tertij, in ijs rebus, in quibus Religiosi sunt subiecti Prælatis. *Bonac. disp. 4. circa 2. præcept. q. 1. punct. 17. nu. 4. & Lezan. tom. 1. c. 18. n. 53.*

3 Iuramentum falsum in iudicio regulari, seu legitimo, est casus reseruabilis à Prælatis Regularibus. *Clem. VIII. in decr. de cas. reseru. Peyr. tom. 2. de Præl. quæst. 3. cap. 2 num. 42.*

4 Religiosus, metu tormentorum, quæ Superior communatur, confitens delictum à se non commissum, & sic iuramentum falsum assumens, non incidit in casum reseruabilem. *Peyr. num. 45. citans Nauar.*

Nauar.in sum.c.18.num.27.& Molfes.p.p. sum.trac.7. c.20 num.63.

5 Religiosus interrogatus legitimè à suo Superiore potest aliquando iurare vtendo æquiuocatione. *Fagund.in 2.Eccl.præcep.lib.8.c.7.n.9.& Tolet. in sum. lib.4.c.21.n.6.*

6 Regulares non possunt iurare in manu laici, sine licentia sui Superioris. *Sāch.6.in decal.c.13.n.103. Rodriq.to.2.q.10.a.4.& 5.& Portell. in dub. Regul.v. Abb.num.10.*

7 Casu quo ab Vrbis custodibus cogantur Religiosi iurare an veniant ex loco peste infecto, tenentur ad mentem dictorum custodum iurare. *Silu. v iurament.3.q.2. & Candid. tom. 2. disquis. mor. disquisit. 26.a.3. dubit. 8.*

8 Si Iudex Secularis, per vim, aut metum, cogeret Regulares ad iurandum contra aliquem in causa sāguis, possunt æquiuocatione vti iurando se nescire tale delictum, subintelligendo, ita vt dicere debeāt; Tunc enim se habent vt testes nō iuridicè interrogati *Silu v.Mēdacium.q.vlt. Sot 5.de iust.q 6.a.2.& Sayr.in clau.reg.lib.4.c.15 n.24.& lib.2.cap.17.n.29.*

Reliqua in v Iudex. Testis.

IVRISDICTIO.

1 Competit Prælatis Regularibus iurisdictio de iure diuino. *Mich.Medin.de indulg.disp. 6.c.29.Rodriq.to.1.q 17.a.2. Sot.10.de iust.q.1.a.4.& Mirand.to.1.man.q.13.a.4.*

2 Iurisdictio sine potestate exequendi, & coercendi, nullius videtur momenti *c. pastoralis. & ibi gl. coerctionem. c. ex litteris 21. de off. deleg. & gl. fi. in c. 1. de off. Archidiac.*

3 Iurisdictio ordinaria transfertur in aliquē duobus modis, scilicet per viam electionis vniuersitatis, vel immediatè per viam legis, aut datur ab homine legem confirmante. *gl. ad quos omnia in c. suspitionis. 39. de off. deleg.*

4 Iurisdictionem ordinariam possunt dare tria, scilicet Canon, Priuilegium, & Consuetudo. *c. duo simul. de off. Ordinar.*

5 Iurisdictio, vbi per viam iuris defertur alicui, dicitur Ordinarius Iudex, nisi exprimatur specificè, quod sit delegatus, *c. irrefragabili. §. cæterum. eod.*

6 Iurisdictione concessa videntur etiam concessa omnia, sine quibus iurisdictio expediri non potest. *gl. fi. in c. 1. de off. deleg.*

7 Iurisdictio quandoque committitur per verbū, hortamur; *c. quia indicante. de præscript. gl. hortamur. in can. sicut inquit. 2. q. 7.*

8 Iurisdictio Prælati non suspenditur per interdictum, etiam circa spiritualia. *c fi. de excess. Præl.*

9 Iurisdictio Delegati expirat lata sententia, & executioni mandata; item mortuo Iudice, cui proprio nomine scribitur: vel qui simpliciter cū alio, vel alijs datus est: itē per mortē illius, contra quē litteræ impetrātur, re integra. *gl. fi. in c. in litteris. de off. Deleg.*

10 Non aufertur iurisdictio saltem in exercitio ante præsentatas litteras iurisdictionis reuocatorias.

Grat.

Grat.disc.for.c.127.n.31.citans Innoc.in c.audita.4. de restit.spoliat. & alios.

11 Maioritas iurisdictionis arguit maioritatem dignitatis, & præeminentiæ. *Grat.c.111.nu.76. citans Hostien.in sum.de maiorit. & obed.§.1.circa fi.*

Vide v. Delegatus. Iudex.

IVS.

1 REgulares non tenentur ad apices iuris. *Bonifac.VIII.apud Peyr.in formul. litt. P. c.16.n.3. & Eug.IV.vt est in to.1.c.6.nostrarum const.*

Fallit, quando agitur de reo habitu spoliando, ad triremes damnando, carceribus perpetuò detinẽdo, Prælato deponendo,&c. Tunc enim illæ omnes solẽnitates seruandæ sunt, quæ reo possunt quidquã proficere. *Rodriq.to.2.q.16.a.1. Ghisiler.in sua pract. cap. 11.num.24 & Peyr. de subd. q.1.c.20.§.vnic.*

2 Si in aliqua Religione fuerit statutum, vt in iudicijs nulla admittatur appellatio, illud erit validũ, præsertim si totius Religionis consensu fuerit factum. *Bouer.in direct.for.iudic.p.3.c.4.*

IVS PATRONATVS.

1 VT quis habeat ius patronatus in aliquo Monasterio, vel Ecclesia Regularium, requiritur, vt acquisierit illud ratione fundationis,cõstructionis, vel dotationis ex bonis proprijs, siue patrimonialibus. *Didac.c.36.pract.q.q.n.2. Laym. lib.4. tract.*

tract.2 c.13.n.4.Franc.Leo in Thesaur.for.Eccles.p.2.c.6.n.25.Iulian.Viuian.in prax.iuris patron.p.1. lib.1.c.1.à n. 32. Azor.instit.mor p.2.lib.6.c.11.q.10. Rodr. to. 2. q. 49. a. 7.

2 Fundator Monasterij non potest hanc legem imponere Fratribus, vt in Collecta, quæ pro Rege dicitur, etiam ipsius Fundatoris nomen exprimatur. *Sac.Cong.apud Barbos. in collect.bull.v.fundatio.*

3 Nulla consuetudine, aut præscriptione potest acquiri ius patronatus ad habendum suffragium in electione Prælati Regularis. *c. quia propter. de elect. Nauar.com. 3. de Regul. & Suar. to. 4. de Relig. tract. 8. lib. 2.c.6.nu.19.*

4 Regulares sunt capaces iuris patronatus, etiã si sit laicale. *Andr.Molfes.cons.31.apud Bariol.lit. R.*

5 Si aliquis habens ius patronatus ratione suæ personæ, fiat Religiosus, Monasterium succedit in tale ius. *Rodriq.to.2.q. 122. art. 2. & Sanch. 7. in decal. cap. 14. nu. 2.*

6 Quoties ius patronatus transit in Monasterium ius præsentandi pertinet ad Capitulum Conuentus, non verò ad solum superiorem, nisi ex præscripta cõsuetudine, vel priuilegio ic habeat. *Sanch. num. 7. & Lambert.de iure patr.lib.2.p.p.q.2.a.12.n 2.& 3.*

7 Si Nouitius habet ius præsentandi ad aliquod beneficium, ad ipsum, non ad Monasterium pertinet id facere, cum adhuc ius suum, in Monasterium non transtulerit. *gl.in c.beneficium. v. conferendum in fi.Silu. v. Religio. 5. q.11.& Sanch.c.4.nu.12.*

LABORARE.

1 LAborare aliquo exercitij genere, siue corporalis, siue spiritualis, est adeo necessarium Religiosis, vt aliqui putent peccare mortaliter Religiosos id omittentes. *D. Th. 2.2. qu. 187. ar. 4. & Thom. à Iesu super reg. Carmel. p. 4. de labor. man dub. 5. Vide Tho. Valden. lib. 4. doctr. fid. ca. 22. Mirand. in man. tom. 1. q. 11. art. 5. & Lezan. tom. 5. fol. mihi 657. & deinceps.*

Reliqua in v. Otium.

LAICVS.

1 LAicorum quidam sunt Religiosi, quidam non. *c. Ecclesia S. Mariæ de const.* Nam laicorum appellatione comprehenduntur etiam Conuersi, si habeatur respectus ad Clericos Regulares, non item si ad cæteros laicos sæculares. *cap. ex eo. §. fin. de elect. in 6.*

2 Laicis etiam Religiosis, super Ecclesijs, & Ecclesiasticis, cùm personis, tùm rebus, nulla est attributa potestas, cum eos obsequendi teneat necessitas non auctoritas imperandi. *c. Ecclesia S. Mariæ cit. c. fi. de reb. Eccl. non alien & gl. 1. in c. quamuis. 17. de decim.*

3 Laicus est incapax cuiuscumque Ecclesiastici iuris. *c. laicis 16 q. 7. c. adhæc de Dec. iunct. c. quamuis tit. eod. gl. vel personis in extrau. suscepti Io. XXII. can. causam, quæ de præscription.* Nisi tamen allegent titu-

lum auctoritate Papæ concessum. *gl fi.ibid. Vide Ricci in collect.decis.* 1640. *&* 1641.

4 Laicus non est idoneus testis in criminalibus aduersus Religiosum, licet non omnino reijciendus, maximè in ciuilibus. *cap. veniens cap. de cætero de test. c.laicos* 2.*quæst.* 7.*Rodriq. tom.* 2. *q.* 10. *art.* 5.*&* *Alderet. lib.* 2. *de relig. discipl.c.*3. *nu.*14. *Vide tamen Abb.in c. de cætero cit & c. testimonium* 11.*quæst.*1. *&* *Spath. de mo.cor. Regul. tract.*7. *c.* 3. vbi absolutè doceat laicos integræ, & bonæ famæ posse esse testes in criminalibus contra Regulares.

LECTIO.

1 IN Monasterijs Monachorum, vbi commodè fieri potest, lectio Sacræ Scripturæ habeatur; In quo, si Abbates negligentes fuerint, Episcopi locorum, eos, ad id opportunis remedijs, compellant. *Trid. sess.* 5. *c.* 1.

2 In Conuentibus aliorum Regularium, in quibus studia commodè vigere possunt, lectio Sacræ Scripturæ similiter habeatur, quæ à Capitulis Generalibus, vel Prouincialibus, assignetur dignioribus. *Trid. ibid.* Cui tamen decreto satis sit, si habeatur lectio Theologiæ scholasticæ, vel moralis. *Rodriquez tom.* 2. *quæst.* 130. *art.* 2. *& Peyr.tom.* 1 *priuil. in const.* 2. *Iulij II.* §. 5. *num.* 16.

Reliqua in v. Studium.

1 NVllus, nisi actu legat, vel prædicet, aliquo sui gradus priuilegio gaudet. *Clem. VIII. in decr. pro Refor. Reg. confirmatis ab Vrb. VIII.*

2 Lectores dicuntur etiam actu legere, quando tempore vacationum student, vt legant. *Peyr. tom. 1. priuil. in const. 2. Iulij II. §. 5. nu. 21.*

3 Lectores, à seruitio chori eximi possunt à Prælatis, ijs tantum diebus, quibus eos legere contigerit. *to. 4. Bullar. inter const. Vrb. VIII. num. 26. Lezan. tom. 1. ca. 18. num. 70.*

4 Lectores Regulares recitando sex, aut septem psalmos assignandos à Prælato cum septem Pater noster, & bis Symbolo Apostolorum, satisfaciunt oneri horarum canonicarum. *Clem. VII. Ord. Theatin. vide Rodriq. in comp. resol. 20. n. 6.*

5 Lectores plus indigent, quam alij Religiosi, & hoc mandantibus Sacris canonibus, est illis dandum de publico erario. *c. quia non nulli. & c. super specula. de Magistr. Peyr. in formul. lit. L. c. 1. n. 3. vide Contzen. 4. polit. c. 14. & 15.* vbi centum, & octoginta priuilegia Lectorum, & studentium colligit.

6 Lectores non tenentur ieiunare. *Tabien. v. ieiunium num. 15. Filiuc. tom. 2. trac. 27. q. 2. c. 6. num. 124. & Dian. tom. 1. trac. 9. resol. 10.*

Limita, nisi ieiunando, æquè benè possint suo muneri satisfacere. *Less. lib. 4. c. 2. dub. 6. n. 44. & Dian. res. 7.* Et hoc, etiam si legant ratione stipendij: nam stipendium vires non auget, *Less. & Dian. ibid.*

7 Si titulus Lectoris importet solum munus legendi, Lectoratus est merum officium honorificum in Religionibus: Quod si importet gradum aliquem, dicit veluti personatum, cum importet præeminentiam sine iurisdictione, vt est, in aliquibus Religionibus. *Lezan tom.2.cap.13. num.6.& tom. 5.fol.193. num.13.vbi citat Bordon resol.29.num.114.*

LEGATVM.

1 Legata facta Regularibus ad certum vsum, possunt per Prælatos Regulares in alium permutari. *Rodriq.tom.1.q.27.a.4.citans bullam Sixti IV. Enriq.lib.2. de indulg.c. 22. & Peyr.to.1.priuil. in const.2.Iulij II.§.26.à n.74.*

Limita, nisi ad sit scandalum relinquentium dicta legata. *ibid.*

2 Legatum, si sit relictum Monasterio S. Mariæ indeterminatè, cum sint plura Monasteria eiusdem nominis, debetur pauperiori. *gl.fi.in c.indic. de test.*

3 Si fiat legatum Religioso, ea conditione, vt ad ipsum tantum, & non ad Conuentum pertineat, credendum est testatorem solum voluisse, quod vsus rei legatæ pertineat ad Religiosum, & non ad Monasterium. *Molin.tom.1. de iust disp.140. col.9.& Azor. to. 1.lib. 12. c. 10. q. 3.* Contrarium tenet. *Graff.p.1. decis.lib.3. c. 5. num. 41.*

4 Si testator expresse appofuit conditionem, vt dominium, & proprietas legati pertineant tantum ad Monacuhm, valet legatum, & conditio habetur

pro non adiecta; Nam cõditio turpis adiecta legato, non vitiat, sed vitiatur *Sanch. 7. in decal. cap. 17. n. 12.*

Amplia, etiamsi testator dicat se velle, quod legatum, & quo ad dominium, & quo ad proprietatem pertineat ad Monachum, & non ad Monasterium, & si secus fiat, legatum transeat ad alium extraneum; Quoniam adiectio pœnæ actui interdicto est ipso iure nulla. *Silu. v. Religio 6. q. 7. Cordub. in sum. qu. 154. Sanch ibid. & Lezan. tom 1. cap. 6. num. 34.* Contrariũ tenent *Azor. inst. mor. lib. 12. c. 10. qu. 3. & Bartol. à S. Faust. de trib. vot. lib 8 q. 87.*

5 Religiosus acceptans donationem, seu legatũ absque licẽtia sui Superioris, peccat. *Sanch. c. 31. n. 34.*

6 Legatum relictum certæ puellæ pro ea maritãda, dari ei debet, etiamsi Religionem ingrediatur. *Lara lib. 1. capell cap. 21. num. 26.*

Amplia ad legatum relictum pro incertis puellis maritandis. *Ochagaũ de Sacram tract. 1. de matr. q. 15. num. 17. Dian. p. 5. trac. 14. resol 35. & Pont. de Matr. lib. 3. cap. 7. num. 11. Vide tamen Valer. v. testamentum. diff. 10. per totam.*

7 Legatum pro Monachata relictum dari potest mulieribus vitam celibem in propria domo vouentibus, vulgò dictis, Bizochæ *Nouar. de elect for. sect. 1. qu. 76. num. 16.*

8 Licitum est legatum perpetuum relictum Fratribus Minoribus pro fabrica templi, aut pro vestimentis, & ornamentis Ecclesiæ, vel Sacristiæ. *Homob. p. 2. tract. 9. cap. 11. q. 33.* Nam Regula D. Francisci prohibet tantum legata pro eorum victu. *Vide Sanchez*

chez in sum. tom. 2. lib. 7. cap. 26. num. 47.

Amplia ad legatum temporaneum eisdem Fratribus relictum, si spatium decem annorum non attingat; Tempus enim infra decennium est modicum. *Laym.lib.3 sect.5.tract.5.cap.10.nu. 4. Cordub.in reg. D.Franc.cap.6.q.11.punc.3.& Lezan.tom.5.pag.253. sub n.121.vbi plura ad intentum.Vide.v.Redditus.n.4.*

9 Legatum factum Religioso professo, qui ante professionem, omnia bona sua, sibi quomodolibet cõpetentia, tam presentia, quam futura renunciauit in fauorem alicuius sæcularis, non pertinet ad secularem, sed ad monasterium, si est capax talium bonorum. Cum enim renunciatio sit strictè interpretãda. *Crauett.cons.257.n.5.* Non est extendenda nisi ad ea, quæ sunt sub dominio renunciationis, seu ad iura, & bona, de quibus disponere potuit renuncians. *Lezan.in mari magno Seruit.n.106.*

LEGATVS A LATERE.

1 Regulares non sunt exempti à iurisdictione Legati à Latere. *Peyr.to.1.priu.in cõst. 2. Sixti IV.§.7.& Lezan.to.1.c.11 n.18. Vide Abb.in c.1.de off.Legat.v.vniuersos.& c.1.de verb.signif.* Alij verò Legati, seu Nuncij Apostolici, Ordinarij sunt, à quibus Regulares sunt exẽpti. *Silu.in sum.v.Exempt. n.1.Enriq lib.7.de ind.c.25.& Rodr.t.1.bull.in Clẽ.IV.*

2 Legatus à latere potest in Visitatorem instituere Regularem alterius professionis. *Rodriq.to.2.q.52. art.9.& Peyr.de subd.q.1.§.2.*

3 Poteſt confirmare electiones exemptorum, & dare Prẹlatis exemptis licentiam tranſeundi ad alias dignitates. *c.cum venerabilis.7.de conſuet.*

4 Poteſt cognoſcere de cauſis, quæ contra exemptos mouentur, non obſtantibus eorum priuilegijs. *gl.reſeruata in fi.in c.quod translationem.de off.Leg.*

5 Non poteſt venire contra priuilegia cōceſſa Eccleſiæ à Papa. *gl. recepiſſe.in c.pro illorum.de præben.*

L E X.

1 PRælati Regulares, de iure communi non poſſunt condere leges, aut ſtatuta perpetua. *Suar.to.4.de Reglig.tract.8.lib.2.c.8.num.4. & 5.* Standum tamen particularibus Religionum ſtatutis. *Lezan.to.1.c.18.n.90.*

2 Tenentur Prælati obſeruare leges, & conſtitutiones à ſe latas, quo ad vim directiuã, & in conſciētia, ita vt ſi eas tranſgrediantur, peccent eodem peccati genere, quo ſubditi. Aliàs poteſtas Prælatorũ cederet in deſtructionem, non in ædificationē. *D.Th. p.2.q.96.art.5.ad 3.Suar.to.4.de Relig tract.1. lib.2.c. 8.n.19.Vaſq.1.2.diſp.167.cap.3.n.17.& Didac. in ca. Alma.Mattr.p.p.§.1.n.7.* Sed non quo ad vim coactiuam, ideſt quo ad pẹnam talibus legibus impoſitam. *DD.cit & Sotus lib.1 de iuſt q. 6.art. 7.concl.3.* Nemo enim poteſt ſe ipſum cogere, & in ſe iudicium condemnationis ferre.

3 Prælatus publicè non obſeruans legem à ſe latam, cenſetur illam abrogare: Secus ſi in ſecreto, &

pro

pro aliqua vice tantum, nam si actus multiplicet, derogat sine dubio *Peyr.to.2.de Præl.q.1.c.8.*

4 Quando prohibetur interpretatio legis, puta quando in decreto, seu constitutione dicitur (nemini liceat hãc nostram paginam aliter interpretari) prohibetur solum interpretatio friuola, & quæ est planè contra mentem legislatoris, neque iuri, neque rationi innititur. *Barbos.in prologo Remiss.in Concil.Salas.de leg.disp.21.sect.2.Reginald.lib.20.prax.n.53. Sà. v. interpretatio, & Rodriq.tom.1.q.11.art.5.*

5 Lex de nouo statuta nõ derogat priuilegijs positis, & insertis in corpore iuris communis, etiam positis quibuscumque circumstantijs, & clausulis generalibus, nisi faciat de illis specialem mentionem. *Mirand.to.1.man.q.45 art.6 Bonac.de cens.disp.2.q.6.pu.2.n.15.& Peyr.de subd.q.1.c.13.*

6 Vna, & eadem lex, secundum varios respectus est fauorabilis, & odiosa; potest enim esse fauorabilis, quatenus respicit bonum commune: odiosa verò, quatenus pœnam inducit. Vndè secundum vnã considerationem debebit ampliari, & secundum aliam restringi, iuxta regulam, *Odia.15.de reg.iur.in 6.Suar.to.5.in.3.p.disp.23.sect.4.n.9.& Molfes.to.1.sum.tract.9.cap.9.num. 19.*

7 Religiosus dubitans, an in sua Religione sit aliqua lex, seu constitutio, seu præceptum Superioris, non tenetur obedire. *Enriq.lib.8.c.45.nu.3.& Sanch.1.in decal. c. 10.n. 32.*

Fallit si constat de lege, aut præcepto, sed dubitat an res, quæ præcipitur, sit licita, nec ne. *Sanch. ibid.*

*num.*35.*& Lezan.to.*1.*c.*4 *n.*24. In dubio enim possessio stat pro Superiore.

8 Religiosi non sunt exempti à legibus ciuilibus, quæ non sunt contra libertatem Ecclesiasticam, sed ad bonam Reipublicæ administrationem. *Molin.to.*1. *de iust.disp.*31.*concl.*6.*& Rodriq.to.*1.*q.*66.*a.*2.*cõcl.vl.*

Amplia primo, quod ad leges ciuiles irritantes cõtractus, & testamenta, nisi tali solemnitate, & modo fiant. *Vasq.*1.2.*quæst.*96.*art.*1.*disp.*167.*& Sanch.*7.*in decal. cap.* 3.*num.* 20.

Amplia secundò, quo ad leges taxantes pretia rerum, prohibentes venationem certo tempore, aut extrahere triticum extra prouinciam tempore penuriæ, aut præcipientes occisionem locustarum, &c. *Lezan.tom.*1.*cap.*11.*num.*17.

9 An lex conciliaris, vel Synodalis obliget Regulares, Controuertitur inter DD. *Vide tamen v. Constitutio. num.* 12 *&* 13.

LIBELLVS.

1 Libellus est scriptura, in qua continetur res quæ petitur, & causa petendi, & nomen actoris, & rei, & coram quo Iudice. *gl* 1. *in c.*1. *de libell. oblat.*

2 Non tenentur Regulares ad legem libellorum, sed sufficit, vt accusatio redigatur à Secretario in scriptis, cui accusator se subscribat. *Spath.de mo.cor.Regul. tract.* 6 *cap.* 1. *n.* 8.

Reliqua in v. Accusatio.

LI-

1 Libellus famosus, cantilenas, vel rithmos edens, vel retinens, vel publicans in infamiam Ord. Prædicatorum, & Minorum (idem dic de alijs Ordinibus, propter communicationem priuilegiorum) est excommunicatus. *Lezan.to.1.c.3.nu.10. citans D. Anton.3.p.tit.24.cap.70.& Vincent. Filiuc. tom.1.tract.15.cap.5.*

2 Libellum famosum componens, si fuerit conuictus, secūdum leges capite punitur, & fit intestabilis: secundū canones subijcitur verberibus. *gl.in su.5.q.1.*

3 Libellum famosum inueniens domi, vel alio quocumque loco, statim debet dilacerare. Quod si non fecerit, & contumeliam eius dolosè publicauerit capite punitur. In illo autem descriptus non infamatur. *can fi.§.fi.5.q.1.& extraug.Romani Pontificis prouidētia. Pij.V.vide Nau.de pæn.dist.6.c.1.can.sacerdos.*

LIBER.

1 Licentiæ omnes legendi, & habendi libros prohibitos concessæ Regularibus, hodiè sunt reuocatæ, cuiuscumque status, conditionis, & qualitatis illi sint, etiam speciali nota, & mentione digni. *Greg. XV. anno 1623.& Vrb.VIII.apud Lez. tom.1.cap.18.num.96. Vide Bullar.tom.4.in fin. & Sanch.2.in decal c.10.per tot.*

2 Regulares ob retentionem librorum prohibitorum suspecti vehementer, possunt priuari voce

actiua, & passiua, suspendi à diuinis, & à muneribus legendi, concionandi, &c. *Caren. de off. S. Inquis. p. 2. titul. 10. §. 9. vbi plures DD. accumulat.*

3 Non potest Generalis dare licentiam suis Fratribus legendi libros hæreticos, etiam ad hæreses oppugnandas. *Caren. ibid.*

4 Regulares, vltra licentiam Ordinarij, habeant quoque licentiam à suis Superioribus, imprimendi libros. *Gauant. in man. v. libr. edit. nu. 2. citans Conc. Later. sess. 10. & Trident. sess. 4. in decr. de edit. libr.*

5 Libris censualibus Monasteriorum, seu Ecclesiarum, fides adhibetur contra Censuarios, & Emphyteutas in eis descriptos. *Lezan. to. 5. fol. mihi 140. nu. 186. citans Felin. in 5. comment. de præscript. Rom. cons. 127. col. 2. Bald. in l. fin. C. sine censu, & Tuscum lit. L. concl. 345.*

LICENTIA.

1 Licentia Superioris, quæ requiritur, & regulariter sufficit ad hoc vt Religiosus possit tenere, accipere, dare, expendere, &c. sufficit, quod sit tacita, vel prudenter præsumpta; Taciti enim, & expressi, est eadem virtus. *cap. 2. de rescript. D. Th. 2. 2. q. 32. art. 8. ad 1. & Cordub in sum. q. 109.*

Limita nisi fuerit præceptum Superioris de non accipiendo, retinendo, dando, &c. sine sui expressa licentia. *Lopez p. p. instruct. c. 156. & Rodriq. in sum tom. 2. cap. 31. num. 7.*

2 Non est semper implicita licentia Prælati, eius. taci-

taciturnitas, quando nimirum videt Religiosum aliquid possidere, accipere, expendere, &c. & non contradicit; Quia potest oriri, vel ex proteruia subditi, vel ex pusillanimitate Superioris. *Graff.2.p. decis. lib. 3. cap. 9. à num. 4.*

3 Licentia Superioris requisita ad hoc vt Religiosus possideat, accipiat, expendat, &c. debet esse voluntaria, & non coacta, vel præcibus importunis, vel fauoribus, metu, dolo, &c. extorta. *Nauar. com. 2. n. 21. corrol. 7. Sanch. 7. in decal. cap. 19. à nu. 16. & Teyr. de subd. q. 2. c. 2. §. 3.* Extortum enim per vim nō dicitur obtentum. *cap. quorundam. 24.*

4 Prælati licentia nō excusat subditos in delictis, vel in his, quæ aguntur cōtra ius. *Clē. in plerisq. de elect.*

L I S.

1 Est grauissimorum damnorum causa, quæque omnes virtutes tollit. *Homöb. de hum. vit. stat. p. 2, cap. 5. pag. 462. vide D. Anton. p. 2. tit. 4. cap. 9. per. tot.*

2 Habetur pro contestata, si per rerum stat, ne contestetur; & dicitur lis pendes per contestationē. *Grat. c. 66. num. 29. & 31.*

3 Non potest dici iusta, vel iniusta, nisi sequuta sententia. *Grat c. 844. num. 14.*

4 Lucrum consequitur, qui discedit à lite. *Grat. cap. 861. num. 14.*

5 Iusta causa litigandi excusat ab expensis. *Idem cap. 725. num. 38.*

1 NVllus, nisi actu legat, vel prædicet, aliquo sui gradus priuilegio gaudet. *Clem. VIII. in decr. pro Refor. Reg. confirmatis ab Vrb. VIII.*

2 Lectores dicuntur etiam actu legere, quando tempore vacationum student, vt legant. *Peyr. tom. 1. priuil. in const. 2. Iulij II. §. 5. nu. 21.*

3 Lectores, à seruitio chori eximi possunt à Prælatis, ijs tantum diebus, quibus eos legere contigerit. *to. 4. Bullar. inter const. Vrb. VIII. num. 26. Lezan. tom. 1. ca. 18. num. 70.*

4 Lectores Regulares recitando sex, aut septem psalmos assignandos à Prælato cum septem Pater noster, & bis Symbolo Apostolorum; satisfaciunt oneri horarum canonicarum. *Clem. VII. Ord. Theatin. vide Rodriq. in comp. resol. 20. n. 6.*

5 Lectores plus indigent, quam alij Religiosi, & hoc mandantibus Sacris canonibus, est illis dandum de publico erario. *c. quia non nulli. & c. super specula. de Magistr. Peyr. in formul. lit. L. c. 1. n. 3. vide Contzen. 4. polit. c. 14. & 15.* vbi centum, & octoginta priuilegia Lectorum, & studentium colligit.

6 Lectores non tenentur ieiunare. *Tabien. v. ieiunium num. 15. Filiuc. tom. 2. trac. 27. q. 2. c. 6. num. 124. & Dian. tom. 1. trac. 9. resol. 10.*

Limita, nisi ieiunando, æquè benè possint suo muneri satisfacere. *Less. lib. 4. c. 2. dub. 6. n. 44. & Dian. res. 7.* Et hoc, etiam si legant ratione stipendij: nam stipendium vires non auget, *Less. & Dian. ibid.*

7 Si titulus Lectoris importet solum munus legendi, Lectoratus est merum officium honorificum in Religionibus: Quod si importet gradum aliquem, dicit veluti personatum, cum importet praeeminentiam sine iurisdictione, vt est, in aliquibus Religionibus. *Lezan tom.2.cap.13. num.6.& tom. 5.fol.193. num.13.vbi citat Bordon resol.29.num.114.*

LEGATVM.

1 Legata facta Regularibus ad certum vsum, possunt per Praelatos Regulares in alium permutari. *Rodriq.tom.1.q.27.a.4.citans bullam Sixti IV. Enriq.lib.2. de indulg.c. 22. & Peyr.to.1.priuil. in const.2.Iulij II.§.26.à n.74.*

Limita, nisi ad sit scandalum relinquentium dicta legata. *ibid.*

2 Legatum, si sit relictum Monasterio S. Mariae indeterminatè, cum sint plura Monasteria eiusdem nominis, debetur pauperiori. *gl.fi.in c.indic. de test.*

3 Si fiat legatum Religioso, ea conditione, vt ad ipsum tantum, & non ad Conuentum pertineat, credendum est testatorem solum voluisse, quod vsus rei legatae pertineat ad Religiosum, & non ad Monasterium. *Molin.tom.1. de iust disp.140. col.9.& Azor. to. 1.lib. 12. c. 10. q. 3.* Contrarium tenet. *Graff.p.1. decis.lib.3. c.5. num. 41.*

4 Si testator expressè apposuit conditionem, vt dominium, & proprietas legati pertineant tantum ad Monacuhm, valet legatum, & conditio habetur

pro non adiecta; Nam cōditio turpis adiecta legato, non vitiat, sed vitiatur *Sanch.7.in decal.cap.17.n.12.*

Amplia, etiamsi testator dicat se velle, quod legatum, & quo ad dominium, & quo ad proprietatem pertineat ad Monachum, & non ad Monasterium, & si secus fiat, legatum transeat ad alium extraneum; Quoniam adiectio pœnæ actui interdicto est ipso iure nulla. *Silu.v.Religio 6.q.7.Cordub. in sum.qu.154. Sanch ibid.& Lezan.tom 1.cap.6.num.34.* Contrariū tenent *Azor.inst.mor.lib.12.c.10.qu.3.& Bartol.à S. Faust.de trib.vot.lib 8 q.87.*

5 Religiosus acceptans donationem, seu legatū absque licētia sui Superioris, peccat. *Sanch.c.31.n.34.*

6 Legatum relictum certæ puellæ pro ea maritāda, dari ei debet, etiamsi Religionem ingrediatur. *Lara lib.1.capell cap.21.num 26.*

Amplia ad legatum relictum pro incertis puellis maritandis. *Ochagau de Sacram tract.1.de matr.q.15. num.17. Dian. p.5.trac.14.resol 35.& Pont.de Matr. lib.3.cap.7.num.11. Vide tamen Valer.v.testamentum. diff.10. per totam.*

7 Legatum pro Monachata relictum dari potest mulieribus vitam celibem in propria domo vouentibus, vulgò dictis, Bizochæ *Nouar.de elect for.sect.1. qu.76.num.16.*

8 Licitum est legatum perpetuum relictum Fratribus Minoribus pro fabrica templi, aut pro vestimentis, & ornamentis Ecclesiæ, vel Sacristiæ. *Homob. p.2.tract.9.cap.11.q.33.* Nam Regula D. Francisci prohibet tantum legata pro eorum victu. *Vide Sanchez*

thez in sum. tom. 2. lib. 7. cap. 26. num. 47.

Amplia ad legatum temporaneum eisdem Fratribus relictum, si spatium decem annorum non attingat; Tempus enim infra decennium est modicum. *Laym.lib.3 sect.5.tract.5.cap.10.nu.* 4. *Cordub.in reg. D.Franc.cap.6.q.11.punc.3.& Lezan.tom.5.pag.253. sub n.121.vbi plura ad intentum.Vide.v.Redditus.n.4.*

9 Legatum factum Religioso professo, qui ante professionem, omnia bona sua, sibi quomodolibet cõpetentia, tam presentia, quam futura renunciauit in fauorem alicuius sæcularis, non pertinet ad secularem, sed ad monasterium, si est capax talium bonorum. Cum enim renunciatio sit strictè interpretãda. *Crauett.cons.257.n.5.* Non est extendenda nisi ad ea, quæ sunt sub dominio renunciationis, seu ad iura, & bona, de quibus disponere potuit renuncians. *Lezan.in mari magno Seruit.n.106.*

LEGATVS A LATERE.

1 REgulares non sunt exempti à iurisdictione Legati à Latere. *Peyr.to.1.priu.in cõst. Sixti IV.§.7.& Lezan.to.1.c.11.n.18. Vide Abb.in c.1.de off.Legat.v.vniuersos.& c.1.de verb.signif.* Alij verò Legati, seu Nuncij Apostolici, Ordinarij sunt, à quibus Regulares sunt exẽpti. *Silu.in sum.v.Exempt. n.1.Enriq lib.7.de ind.c.25.& Rodr.t.1.bull.in Clẽ.IV.*

2 Legatus à latere potest in Visitatorem instituere Regularem alterius professionis. *Rodriq.to.2.q.52. art.9.& Peyr.de subd.q.1.§.2.*

3 Poteſt confirmare electiones exemptorum, & dare Prelatis exemptis licentiam tranſeundi ad alias dignitates. *c.cum venerabilis.7.de conſuet.*

4 Poteſt cognoſcere de cauſis, quæ contra exemptos mouentur, non obſtantibus eorum priuilegijs. *gl.reſeruata in fi.in c.quod translationem.de off.Leg.*

5 Non poteſt venire contra priuilegia cõceſſa Ecclefiæ à Papa. *gl. recepiſſe.in c.pro illorum.de præben.*

L E X.

1 PRælati Regulares, de iure communi non poſſunt condere leges, aut ſtatuta perpetua. *Suar.to.4.de Reglig.tract.8.lib.2.c.8.num.4. & 5.* Standum tamen particularibus Religionum ſtatutis. *Lezan.to.1.c.18.n.90.*

2 Tenentur Prælati obſeruare leges, & conſtitutiones à ſe latas, quo ad vim directiuã, & in conſciẽtia, ita vt ſi eas tranſgrediantur, peccent eodem peccati genere, quo ſubditi. Aliàs poteſtas Prælatorũ cederet in deſtructionem, non in ædificationẽ. *D.Th. p.2.q.96.art.5.ad 3.Suar.to.4.de Relig tract.1. lib.2.c. 8.n.19.Vaſq.1.2.diſp.167.cap.3.n.17.& Didac. in ca. Alma.Mattr.p.p.§.1.n.7.* Sed non quo ad vim coactiuam, ideſt quo ad pęnam talibus legibus impoſitam. *DD.cit & Sotus lib.1 de iuſt q. 6.art. 7.concl.3.* Nemo enim poteſt ſe ipſum cogere, & in ſe iudicium condemnationis ferre.

3 Prælatus publicè non obſeruans legem à ſe latam, cenſetur illam abrogare: Secus ſi in ſecreto, &

pro aliqua vice tantum, nam si actus multiplicet, derogat sine dubio *Peyr.to.2.de Prӕl.q.1.c.8.*

4 Quando prohibetur interpretatio legis, puta quando in decreto, seu constitutione dicitur (nemini liceat hãc nostram paginam aliter interpretari) prohibetur solum interpretatio friuola, & quæ est planè contra mentem legislatoris, neque iuri, neque rationi innititur. *Barbos.in prologo Remiss.in Concil.Salas.de leg.disp.21.sect.2.Reginald.lib.20.prax.n.53. Sà. v. interpretatio, & Rodriq.tom.1.q.11.art.5.*

5 Lex de nouo statuta nõ derogat priuilegijs positis, & insertis in corpore iuris communis, etiam positis quibuscumque circumstantijs, & clausulis generalibus, nisi faciat de illis specialem mentionem. *Mirand.to.1.man.q.45.art.6 Bonac.de cens.disp.2.q.6.pu.2.n.15.& Peyr.de subd.q.1.c.13.*

6 Vna, & eadem lex, secundum varios respectus est fauorabilis, & odiosa; potest enim esse fauorabilis, quatenus respicit bonum commune: odiosa verò, quatenus pœnam inducit. Vndè secundum vnã considerationem debebit ampliari, & secundum aliam restringi, iuxta regulam, *Odia.15.de reg.iur.in 6.Suar. to.5.in.3.p.disp.23.sect.4.n.9.& Molfes.to.1.sum.tract. 9. cap.9.num. 19.*

7 Religiosus dubitans, an in sua Religione sit aliqua lex, seu constitutio, seu præceptum Superioris, non tenetur obedire. *Enriq.lib.8.c.45.nu.3. & Sanch. 1. in decal. c. 10. n. 32.*

Fallit si constat de lege, aut præcepto, sed dubitat an res, quæ præcipitur, sit licita, nec ne. *Sancb. ibid.*

num.35.& Lezan.to.1.c.4 n.24. In dubio enim possessio stat pro Superiore.

8 Religiosi non sunt exempti à legibus ciuilibus, quæ non sunt contra libertatem Ecclesiasticam, sed ad bonam Reipublicæ administrationem. *Molin.to.1. de iust.disp.31.concl.6.& Rodriq.to.1.q.66.a.2.cōcl.vl.*

Amplia primo, quod ad leges ciuiles irritantes cōtractus, & testamenta, nisi tali solemnitate, & modo fiant. *Vasq.1.2.quæst.96.art.1.disp.167.& Sanch.7.in decal. cap. 3.num.20.*

Amplia secundò, quo ad leges taxantes pretia rerum, prohibentes venationem certo tempore, aut extrahere triticum extra prouinciam tempore penuriæ, aut præcipientes occisionem locustarum, &c. *Lezan.tom.1.cap.11.num.17.*

9 An lex conciliaris, vel Synodalis obliget Regulares, Controuertitur inter DD. *Vide tamen v. Constitutio. num. 12 & 13.*

L I B E L L V S.

1 Libellus est scriptura, in qua continetur res quæ petitur, & causa petendi, & nomen actoris, & rei, & coram quo Iudice. *gl 1.in c.1. de libell. oblat.*

2 Non tenentur Regulares ad legem libellorum, sed sufficit, vt accusatio redigatur à Secretario in scriptis, cui accusator se subscribat. *Spath.de mo.cor.Regul. tract. 6 cap. 1.n. 8.*

Reliqua in v. Accusatio.

1 Libellus famosus, cantilenas, vel rithmos edens, vel retinens, vel publicans in infamiam Ord. Prædicatorum, & Minorum (idem dic de alijs Ordinibus, propter communicationem priuilegiorum) est excommunicatus. *Lezan.to.1.c.3.nu.10. citans D. Anton.3.p.tit.24.cap.70.& Vincent. Filiuc. tom.1.tract.15.cap.5.*

2 Libellum famosum componens, si fuerit conuictus, secūdum leges capite punitur, & fit intestabilis: secundū canones subijcitur verberibus.*gl.in su.5.q.1.*

3 Libellum famosum inueniens domi, vel alio quocumque loco, statim debet dilacerare. Quod si non fecerit,& contumeliam eius dolosè publicauerit capite punitur. In illo autem descriptus non infamatur. *can fi.§.fi.5.q.1.& extraug.Romani Pontificis prouidētia. Pij.V.vide Nau.de pæn.dist.6.c.1.can.sacerdos.*

LIBER.

1 Licentiæ omnes legendi, & habendi libros prohibitos concessæ Regularibus, hodiè sunt reuocatæ, cuiuscumque status, conditionis, & qualitatis illi sint, etiam speciali nota, & mentione digni. *Greg. XV. anno 1623.& Vrb.VIII.apud Lez. tom.1.cap.18.num.96. Vide Bullar.tom.4.in fin. & Sanch.2.in decal c.10.per tot.*

2 Regulares ob retentionem librorum prohibitorum suspecti vehementer, possunt priuari voce

actiua, & passiua, suspendi à diuinis, & à muneribus legendi, concionandi, &c. *Caren. de off. S.Inquis.p.2. titul. 10.§.9. vbi plures DD. accumulat.*

3 Non potest Generalis dare licentiam suis Fratribus legendi libros hæreticos, etiam ad hæreses oppugnandas. *Caren. ibid.*

4 Regulares, vltra licentiam Ordinarij, habeant quoque licentiam à suis Superioribus, imprimendi libros. *Gauant. in man. v. libr. edit. nu. 2. citans Conc. Later. sess. 10. & Trident. sess. 4. in decr. de edit. libr.*

5 Libris censualibus Monasteriorum, seu Ecclesiarum, fides adhibetur contra Censuarios, & Emphyteutas in eis descriptos. *Lezan. to. 5. fol. mihi 140. nu. 186. citans Felin. in 5. comment. de præscript. Rom. cons. 127. col. 2. Bald. in l. fin. C. sine censu, & Tuscum lit. L. concl. 345.*

LICENTIA.

1 Licentia Superioris, quæ requiritur, & regulariter sufficit ad hoc vt Religiosus possit tenere, accipere, dare, expendere, &c. sufficit, quod sit tacita, vel prudenter præsumpta; Taciti enim, & expressi, est eadem virtus. *cap. 2. de rescript. D.Th. 2.2. q. 32. art. 8. ad 1. & Cordub in sum. q. 109.*

Limita nisi fuerit præceptum Superioris de non accipiendo, retinendo, dando, &c. sine sui expressa licentia. *Lopez p. p. instruct. c. 156. & Rodriq. in sum tom. 2. cap. 31. num. 7.*

2 Non est semper implicita licentia Prælati, eius.

taci-

taciturnitas, quando nimirum videt Religioſum aliquid poſſidere, accipere, expendere, &c. & non contradicit; Quia poteſt oriri, vel ex proteruia ſubditi, vel ex puſillanimitate Superioris. *Graff.2.p. deciſ. lib. 3. cap. 9. à num. 4.*

3 Licentia Superioris requiſita ad hoc vt Religioſus poſſideat, accipiat, expendat, &c. debet eſſe voluntaria, & non coacta, vel præcibus importunis, vel fauoribus, metu, dolo, &c. extorta. *Nauar. com. 2. n. 21. corrol. 7. Sanch. 7. in decal. cap. 19. à nu. 16. & Peyr. de ſubd. q. 2. c. 2. §. 3.* Extortum enim per vim nõ dicitur obtentum. *cap. quorundam, 24.*

4 Prælati licentia nõ excuſat ſubditos in delictis, vel in his, quæ aguntur cõtra ius. *Clē. in pleriſq. de elect.*

L I S.

1 EST grauiſſimorum damnorum cauſa, quæque omnes virtutes tollit. *Homòb. de hum. vit. ſtat. p. 2, cap. 5. pag. 462. vide D. Anton. p. 2. tit. 4. cap. 9. per tot.*

2 Habetur pro conteſtata, ſi per rerum ſtat, ne conteſtetur; & dicitur lis pendes per conteſtationẽ. *Grat. c. 66. num. 29. & 31.*

3 Non poteſt dici iuſta, vel iniuſta, niſi ſequuta ſententia. *Grat c. 844. num. 14.*

4 Lucrum conſequitur, qui diſcedit à lite. *Grat. cap. 861. num. 14.*

5 Iuſta cauſa litigandi excuſat ab expenſis. *Idem cap. 725. num. 38.*

6 Maior pars præiudicat minori etiam in re communi pluribus, & singulis, vbi agitur de dirimenda lite. *Idem cap.721.num.13.17.& 18.*

7 Est abbreuianda, & iudex ex officio, ad hoc tenetur. *gloss.1.in c.fin.de ferij.& c.fin.de dolo, & contum. Gratian.c.762.num.12.*

8 Lis, si intentetur circa professionis valorem, libellus in ipsum Monachum formandus est. *Sanch.in decal.lib.6.cap.12.num.4.*

9 Inter Patrem, & filium lis esse potest, petita venia. *Ricc.collect.decis.2598.*

10 Lite contestata si procurator alicuius ingrediatur Monasterium, illam amplius non potest prosequi. *Sanch.lib.6.in decal.c.13.nu.26.* vbi ait, quod imò per solum ingressum potest reuocari.

L I T E R AE.

1 Literas dans, aut recipiens Religiosus contra Superioris præceptum peccat quidem mortaliter. *Nauar.lib.3.consil.de sta.Monach.cons.3 & com.2 de Regul.& Peyr.de subd.quæst.2.c.2.* §.10. Sed non contra paupertatem, nisi tamen dictæ literæ sint pretio æstimabiles. *ibid.*

2 Si Superior, ob publicam vtilitatem, subditi literas aperiat, non peccat; Secus verò si animo grauiter nocendi. *Nauar.de pænit.dist.6.c.Sacerdos.num.16.Tolet.de sept pecc.mor.cap.45.& Quarant.in sum.bull.v.cas.reseru.num.12.*

3 Malitiosum impedimentum, aut retardatio, aut

ape-

aperitio litterarum à Superioribus ad inferiores, & è contra, est casus reseruabilis à Superioribus Regularibus. *Clem. VIII. in decr. cas. reseru.*

4 In prædictum casum non incurrit, qui literas inferioris ad Superiorem contra se scriptas de rebus grauiter ipsum falsò infamantibus, retardat, aut cōburit. *Peyr. de Præl. quæst. 3. cap. 2. §. 1. nu. 61.*

Amplia ad eum, qui retardat literas Superioris ad non subditos, & è contra. *Peyr. ibid. citās Quarant. v. cas. reseru. n. 12. Longū de cas. reseru. p. 2. cas. 11. Graff. eod. lib. 3. c. 10. Fagund. Suar. Portell. & Molfes.*

5 Religiosus scribens literas sine nomine ad Prælatum continentes delicta occulta proximi, ex suo genere peccat mortaliter. *Peyr. de subd. q. 2. c. 2. §. 12.*

Limita nisi hoc faceret ex caritate, & non quærēs vltionem, & punitionem, sed tantum proximi emendationem. *ibid.*

6 Confessio delicti in epistola ad amicum, vel alium transmissa, quæ ad Prælati manus peruenit, nō sufficit vt Prælatus possit contra delinquentem procedere. *Nauar. in rubr. de indic. n. 86 Sot. de tegen. secr. membr. 2. q. 6. & Spath de mor. cor. Regul. tract. 3. ca. 10. nu. 2. Vide v. Inquirere fere per tot.*

7 Literæ orbæ, seu sine Auctore, nullam infamiā præseferunt, neque vllum faciunt indicium contra denunciatum, in ipsis, & ideo non potest Superior procedere ad inquisitionem, contra quem scriptæ sunt. *c. inquisitionis. §. tertiæ dubit. de accus. vbi Abb. nu. 4. Iul. Clar. in pract. crim. quæst. 5. nu 3. Ghisiler. de iud. c. Reg cap. 16. nu. 65. Mansus de mo. proced. in caus.*

Regul.cap.12.num.5.Thom.à Iesu de visit.Regul. tract. 2.cap.3.num.9 Mirand.de ord·iudic.quæst. 7. & art.8. concl.1.Salzedo ad Diaz.cap.4.lit.A.& Rodriq.tom.2. quæst.6.art.10.

8 Prædictarum literarum auctorem tenetur Superior inuestigare,& pæna arbitraria punire. *Peyr.in formul.lit.P.c.16 num.18 & Spath.trac.5.cap 12.*

Reliqua in v.Delictum.

L O C A T I O.

1 BOna Regularium non possunt locari vltra triennium,nisi de expressa licentia Sacræ Cong.*in decr.edito 7.Septembr.1624.*

2 Si prædia alternis tantum annis fructum ferunt, possunt locari in sexsennium, & sic respectiuè; nam annus in locatione non taxatur ex simplici decursu temporis,sed ex fructu.*Nauar.tom.2. Coment. de alien. num.21.& Azor. 2.p.lib.9.cap.2. quæst. 2. & Lezan. tom.1 cap 10.num.4.*

3 Non possunt fieri locationes ad sex, vel nouem annos cum conditione, vt tot sint locationes, quot triennia;Hoc enim est in fraudem legis. *Filluc. tract. 44.cap·3.num.9.Vide Redoan.de reb Eccl. non alien. q. 2.cap.14.per tot.& q.57.& 58.*

4 Potest Prælatus ex iusta causa tradere Religioso subdito sui monasterij predium veluti in locationem, ea lege,vt soluta singulis annis certa summa pecuniæ ipsi monasterio,ipse de reliquo viuat. Sic enim vtiliter geritur negotium monasterij,& Côc.Trid.sess.25.

cap.

cap.2.non obstat,sed intelligendum est iuxta ius antiquum,quod non reprobat talem contractum. *Pellizzar. in man. Reg tract.4.cap.2.quæst 24.vide v.bona temporalia num.7.*

LVDVS.

1 Religiosi ludentes pro pecunia,vel re æstimabili, peccant contra paupertatem. *Sanch.7.in decal.cap.19.num.76.*

Limita,nisi id faciant gratia honestæ recreationis, in moderata aliqua quantitate,& de licentia sui Prælati.*Maior.in 4.dist.18.qu.13.ad.2.Ledesm.2.p.qu.15. art.5.* Tunc enim ludus pertinet ad virtutem, quam Eutrapeliam vocat *D.Thom.2.2.quæst.168.art.2. Vide Sot.4 de iust.quæst.5.art.2.*

2 Si Ludus sit prohibitus, vel à iure, vel à regula, vel à constitutionibus,vel à Superiore, aut sit scandalosus,nec magnam,nec paruam licet ludere quantitatem. *Salon. 2.2.tract. de dom. quæst. 5.artic. 6. dub. pe. Molin tom. 2. de iust. disp. 520. & Lezan. tom. 1. cap.6.num.50.*

3 Ludus alearum, vel taxillorum, prohibitus est Religiosis.*in Conc.Illiberit.cap.19.Constantinopolit.6. c.50.Trid.sess.22.de Reform.c.1.& c.Clerici 15. de vita,& honestat.Cleric.*Quod maximè procedit de ludo chartarum.*Alderet de discipl.relig.lib.2.c.16.n.21.& Rodriq.to.2 q 37.art.7.Vide Nauar.in man.cap.19.vel 20.& Graff.2.p.decis.lib.3.c.8.*

4 Possunt tamen Religiosi, chartis lusorrijs, sine

vlla culpa etiam veniali,ludere ob honeſtam cauſam, puta ad recreandum ſocium, vel ſeipſos, modo abſit ſcandalum, nec extet præceptũ Religionis in contrarium. *Rodr.qu.* 28. *artic.* 1. *& Peyr. de ſubd. quæſt.* 2 *cap.*2. §.7.

5 Ludens cum Religioſo,& lucrans vltra eã quantitatem, quam Religioſus potuit ludere, tenetur ad reſtitutionem illius exceſſus.*Ledeſm.*2.*p.ſum.tract.*31. *c.*1.*& Alcoz.lib.de ludo c.*39. Idipſum dicitur de Religioſo ludente vltra eam quantitatem, quam poteſt ludere,ſi contingat ipſum lucrari.*Salon.loc.cit.& Valent.* 2.2.*diſp.*5.*q.*6.*punct.*5.

Limita niſi Religioſus ludat cum illo,qui ſcit eum non poſſe ludere, aut non poſſe perdere vltra illam quantitatem.*Angl. in flor.* 2. *p. de ludi reſtitut. a. vnic. dub.*1.*& Sayr in clau.reg lib.*11.*c.*12.*n.*9.quia tunc videtur cedere iuri ſuo.

6 Modicam quantitatem, quam Religioſus poteſt diſtrahere, in ludos honeſtos, eſſe quatuor, aut quinque Ducatorum quot annis, docent *Nau. in ſum. c.*20.*num.*12.*Valent.tom.*3.*diſp.*5.*q.*6.*p.*5.*dub.*8 *& Ledeſm.de ſtatut.Relig.in com. c.*4.*concl.*3. *dub.*3. Melius tamen relinquitur hoc arbitrio prudentis, conſiderantis Religionem ludentis, perſonam, quantitatem peculij conceſſi,&c.*Peyr.de ſubd.q.*2.*cap.*2.§.7.

7 Prælatus mandans,ſub pœna excommunicationis ipſo facto,ne quis aleis ludat,ſi ludat ipſe, peccat quidem mortaliter, ſed non incidit in excommunicationem;Subditur enim ſuis legibus, & mãdatis quo ad vim dirrectiuam,non coactiuam. *Didac.in c. Alma*

Ma-

Mater.p.p.§.1.n.5.Malder.p.2.q.96.ar.5.col.5.Salas de leg.disp.14.sec.3.num.32.& 33.& Sayr.in Claui.lib.3. cap.4.num.5.

Amplia ad subditum, qui cum dicto Prælato ludit. *Less.lib.2.de iust.cap.35.dub.5.num.32.& Salas.nu.34.* Censetur enim Prælatus tunc dispensare cum subdito Contrarium affirmant alij.

8 Potest Superior, tempore recreationum, præcipere subdito nolenti ludere, vt ludat. *D. Th. 2. 2. quæst.168.art.4.*

9 Mos ludendi, qui est apud aliquos Religiosos, pro pijs quibusdam præcibus dicendis pro animabus Purgatorij, vel ad nutum victoris, non est illaudabilis. *Nauar.in sum.cap.20.n.7.Rebell.de ob.iust lib. 12.ca.1. n.11.& Sal.de contr.lud.dub.23.* Contrarium docent. *Lopez.2.p.instruc.cap.32.Vega.p.p.sum.v. Ludus cas. 14 & Peyr.de Præl q.3.c.2.*

10 Publicus aleator, seu consuetudinarius, si eligatur ad Prælaturas regulares, electio est ipso iure nulla. *Ricc.tom.1.2 p.prax.resol.119 nu.2. Paris. de resign. lib 4 q.3.n 67. Abb.in c.inter dilectos de excess.Prel. n. 6 Tabien.v.ludus num.7.Castell.de elec.c. 4.num.58.& Peyr.de Prel.q.2.cap.5.§.5. vide Trid.sess.22. de refor. cap.1.& sess.24.cap 12.*

MAGISTER.

1 PEccat grauiter, qui asque sufficienti scientia, vt ad Magisterium promoueatur, procurat. *D. Anton.3.p.tit 5.cap.2.§.2.Silu.v. Doctor.& Nauar.cap.25.num.55.*

Amplia ad eos, qui huiusmodi ad Magisterium assumunt. *V ïual.in supplem.c.4.num.29.*

2 Magister, seu Doctor, & Licentiatus, licet quo ad scientiam, & in fauorabilibus æquiparentur, *Felin. in proem.decretal.v.Gregorius.num.* 18. *Enriq. lib.* 7.*de indul c.*29.*num.*4.*& Zerol.in prax. pænit.v. Doctor. & v.Pænitentiarius*: Attamen literæ, quæ a Sac.Pęnitentiaria, Doctoribus in Theologia, vel iure Canonico diriguntur, à licentiatis expediri nō possunt, nisi particulari aliquo priuilegio gaudeant. *Sanch. lib.* 8. *de matr. disp.* 34. *apud Homob. de hum. vit. Spat. p.* 2. *cap.* 10. *pag.* 518.

3 Religiosus recipiens sine licentia suorum Superiorum gradum Magisterij, vel Doctoratus, est proprietarius; Recipit enim aliquid prætio æstimabile *Sanch.7.in decal.cap.*19.*num.*58.

Reliqua in v.Doctor.Gradus.

MAGISTER NOVITIORVM.

1 DEbet esse Sacerdos, ac saltem trigesimum quintum annum agere: Socius vero trigesimum excedere. *Clem. VIII.in decr. sup. recept. &*

educ.

educ.Nouit. Licet Peyr.de Præl. quæst. 2. *cap.* 1. vellit, quod, confiderata qualitate perfonæ, prudentia, & alijs circunftantijs, poffit eligi Magifter, qui in ea ætate non fit conftitutus.

2 Tam Magifter Nouitiorum, quam focius, ab omnibus officijs, & oneribus funt exempti quæ Nouitiorum curam, & regimen valent impedire. *Clem. VIII.ibidem.*

3 Poteft communicare cum Nouitijs excommunicatis non toleratis. *Auil.de cenf.p.* 2.*capit.* 6.*difp.* 11. *dub.* 7. *Sot.in* 4.*dift.* 22.*quæft.* 1.*art.*4.*concl.*5.*& Peyr.de Præl. quæft.*1.*cap.*4.§.4.*n.*83.

4 Debet bonitate, difciplina, & fcientia pollere. *Clem* 1. §.*fanè.de ftat.Monach.Rodriq.tom.*3.*q.q.Regul. q.*34 *ar.*10 *Homob.de hum.vit.ftat.p.p.c.*22.*Vide decr. Clem VIII.pro Nouit.inftitut.*

MATERIAE LEVITAS.

1 SI materia eft leuis, fub quacumque forma verborum Prælatus præcipiat, fiuè in virtute S. Obedientiæ, vel Spiritus fancti, fiuè alio modo, non tenetur fubditus obedire fub mortali. *Ledefm.de fta.Relig.in cō.concl.*8.*dub.*7.*Sanch.*1.*in decal.c.*4.*n.*4.*&* 6.*in decal.c.*4.*n.*46.*Caftro.*1.*de leg.pæn c.*5.*doc.*2.*& Sal.* 1.2.*q.*96. Si enim materię leuitas excufet à mortali in quibufdā præceptis diuinis, cur non etiā in humanis.

Limita nifi adfit contemptus. *D.Th.* 2.2 *q.* 186.*art.* 9 *vide dicta v.Contemptus.n.*3

2 Si fubditus dubitat an materia fit leuis, nec ne,

& Prælatus præcipit ſub verbis, quæ ſolent ad mortale obligare, tenetur obedire ſub mortali *Arag.2.2.q.62.art.3.col.6. Cordub.in Regul.cap.10.quæſt.3.punct.1.& Peyr.de ſubd.quæſt.1.cap.5,§.4.* Tunc enim ratio ſtat pro Superiore.

3 Materię leuitas in materia proprietatis excuſat à mortali. *Cordub.in ſum.q.109 & Lezan.tom.1.cap 6.num.56.* Contrarium ſentiunt Viuald. *in candelab. Sacram.3 p.cap.14.num.68.& Paſſarell.in priuil. Minim. tit.de propriet.abdic.*

4 Transgreſſio venialis, eſt, etiam in materia graui, quando Superior declarat, ſolum velle obligare ad veniale. *Suar. de leg. lib.3. cap. 27. & tom.4. de Relig. lib.1.cap.2. Sanch.lib.1.de matrim.diſp.9.num.6. & Lezan.tom.1.cap.7.num.12.*

5 Tunc materia dicitur grauis, quando, vel ratione ſui, vel ratione circumſtantiarum boni communis, multum conducit ad ſinem à Legislatore intentum. *Suar tom.5.in 3 p.diſp.4 ſec.6.nu.11. & 12 & diſp.18. ſec.3.à num.16.& Vaſq.p.2.diſp. 158.cap.6.num. 59.*

MATRIMONIVM.

1 QVi matrimonio vtuntur non ſunt ſimpliciter Religioſi. *Mar. Alter.tom.1.diſp 22.lib.5.cap.2.ex D Th.2.2.q.186.art.4.*

2 Religioſi matrimonium contrahentes, & committunt ſacrilegium, & ſunt de hæreſi ſuſpecti: Vnde ſunt abiurandi de leui, & ad triremes, ad minus per quinquennium, damnandi. *Dian.4.p.trac. 7.reſol. 5.& Lez.v. hæreſis.num.4.*

Am-

Amplia ad eos, qui in ſocietate Ieſu vota biennij emiſerunt. *Dian. ibid. verſ. notandum ſecundo.*

3 Sit eſſe periculum ſeditionis, aut belli, niſi filius Principis Religioſos vxorem duceret, tenetur ducere, ſub mortali. *Dian. 3. p. trac. 4. reſol. 289.*

4 Deficientibus ſecularibus tenerentur Religioſi matrimonium contrahere. *ibid.*

5 Matrimonium quomodocumque conſumatum non diſſoluitur per profeſſionẽ. *c. ſi quis coniugatus. 27. q. 2. Rebell. lib. 1. ſec. 2. n. 17. & Reginald. lib. 31. nu. 39.*

Limita niſi ſit matrimonium conſumatum infidelium. *Sot. in 4. diſt. 39. q. vnic. ar. 4. & Cornex. to. 2. in 3. p. tract de matr. diſp. 6. dub. 3.*

6 Matrimonium ratum per profeſſionem diſſoluitur. *Silu. v. Religio 2. q. 9. & v. matrimonium. 8 q. 12.* Non tamen diſſoluitur per profeſſionem votorum ſimplicium Societatis. *Vaſq. 1. 2. diſ. 165. c. 10.*

7 Ante matrimonium conſumatum poteſt coniux, altero coniuge repugnante, Religionem ingredi. *Trid. ſeſſ. 24. can. 6. de ſacram. matr. Sanch. lib. 2. de matrim. diſp. 18. n. 3. Leſſ. 2. de iuſt. c. 41. dub. 8. nu. 69. & Rebell. de obligat. iuſt p. 2. lib. 3. q. 4. ſec. 2. nu. 10.* Nullum enim damnum, aut iniuria alteri coniungi infertur.

8 Matrimonio conſumato non poſſunt coniugati admitti ad Religionẽ, niſi de alterius coniugis licentia. *Silu. v. Religio. 2. q. 9. Angel. v. Religioſus. §. 1. 4. Mirãd. in man. to. 1. q. 17. a. 1. & Peyr. de Præl. q. 3. c. 1. §. 2.*

Limita in caſu adulterij alterius coniugis. *Sanch de matr. to. 1. lib. 7. diſp. 32. & 33. & Nauar. conſ. 8. de Reg. & conſ. 1. 3. 4. 5. & 6. de conuerſ. coniugat.*

9 Qui matrimonium cum aliqua contrahere iurauit, si vult Religionem ingredi, debet primò contrahere, vt seruet iuramentum, & ante copulam ingredi Monasterium. *gl.1.in c commissum.de sponsalib.*

10 Bimestre datur Coniugibus ad deliberandũ, an velint Religionem ingredi, vel matrimonium consumare *c.ex publico.de conuers.coniugat.Sãch.2. de matr. disp.24.n.25.& Tolet.lib.7.cap.24.n.3. Vide Trident. sess.25.de Rgeul.cap.15.*

11 Quando vnuus coniux propria auctoritate potest facere perpetuũ diuortium, potest etiam ingredi Religionem. *Lezan.tom.1.c.24.num 19.*

12 Regulares nõ possunt infra Missam publicare matrimonia. *Sac.Cong.2.Iulij* 1620. *Archiep.Bononien.*

13 Possunt Sacerdotes Regulares, de licentia Parochi, Sacramento Matrimonij assistere. *Clem Religiosi de priuil.* Secus incidunt in excommunicationem papalem. *ibid.Mirand.tom.1.q.48 per totam, & Lezan. tom.1.cap.21.num.9.*

14 Tenet matrimonium eius, qui post emisam inualidè professionem, quam nũquam ratificauit, exijt, è Religione, & vxorem duxit, licet omiserit reclamationem, nec deduxerit causas coram Ordinario, & Superiore. Cum enim nunquam fuerit verè professus, semper mansit liber a vinculis Religionis. *Sanch.to.2. de Matr.lib.7.disp 31.num 11.citans.Nauar. com.4.de Regul.n.pe & lib 3.consil tit.de Regul. in edit. consf.89. n 6.& 7.Enriq.lib.11.de matr.cap.6.in comment.fin.& cap.8 n 9.& Sà v.Religio num.9.*

Amplia etiam si existimauerit, se veram professio-

nem emisisse; sufficit enim, vt ex parte rei non sit verè professus *Barth. à S. Faus. de tribus vot. lib. 5. quæst. 258. & Laym. lib. 4. trac. 5. cap. 5. num. 7. Vide v. Reclamatio. num. 7.*

Reliqua in v. Mulier. Vxoratus.

MEDERI.

1 Religiosus non potest mederi, exercendo artem chirurgiæ, cum incisionone, vel adustione. *cap. tua nos. de homic. & c. sententia sanguinis. ne Clerici, vel Monachi.*

Amplia, etiamsi hoc fiat causa pietatis. *Armill. in sum. v. Irregularitas.*

2 Exercentes artem prædictam sunt irregulares, si inde sequatur mors, quantamcumque diligentiam adhibuerint; Dederunt enim operam rei sibi prohibitæ. *Cornex. tom. 2. in 3. p. tract. 5. de irregularit. disp. 3. dub. 2.* Limita, nisi artem exercuerint, citra incisionem, vel adustionem.

3 Ex priuilegio Greg. XIII. possunt Religiosi Societatis Iesu, medicinæ periti, mederi quibuscumque infirmis, quando Medici seculares commodè haberi non possunt, dummodò id fiat cum licentia Superioris, & citra incisionem, & adustionem. Non sic alij Religiosi, iuxta probabilem, *Sanch. 6. in decal. cap. 14. num. 18. Nauar. in sum cap. 25. n. 110. & Lezan. tom 1. cap. 9 num. 15.*

1 MEndicantes sunt, qui quamuis ex priuilegio bona stabilia in communi possideant: ex regula tamen, vel constitutionibus, hoc illis non est permissum. *Azor. tom. 1. lib. 12. cap. 23. & Lez. tom. 2. cap. 1. num. 1.*

2 Licitum est Mendicantibus (Capuccinis, & Minoribus de Obseruantia exceptis) bona immobilia in communi possidere. *Concil. Trid. sess. 25 cap. 3.*

3 Finis proprius Mendicantium est profiteri statum vitæ mistæ ex contemplatiua, quæ exercetur in choro, & diuinis officijs: & actiua, quæ est circa salutem proximorum per doctrinam, & ministerium Sacramentorum. *Abb. in c. causam. il 1. de iudic. num. 2. & Suar. tom. 4. de Relig tract. 6. lib. 1. cap 8.*

4 Mendicantes non tenentur petere facultatem quæstuandi ab Ordinarijs in eorum diœcesibus, sed sufficit vt ostendant licentiam suorum Superiorum. *Sac. Congr. Episcopo Papien. apud Bariol. v. Regulares. n. 267. & Barbos. alleg. 105. num. 51.*

Amplia etiamsi petant eleemosynas superfluas. *Lezan. nu. 5. Vide Peyr. tom. 1. priuil. in const. 4. Sixti IV. §. 8. à nu. 40. & Lezan. tom. 1. c. 6 num. 44.*

5 Mendicantes portant onus diei, & estus, tàm in prædicationibus, quam in cæteris spiritualibus muneribus. *Pius V. in bull. Romanus Pontifex, & in bull. Et si Mendicantium.*

MENSA.

1 NOn est, de iure communi, imposita aliqua obligatio Religiosis benedicendi mensam antè. vel post prandium, aũt cænam. *Suar. tom.*2. *de Relig. lib.*3. *de orat. voc. c.*7. Peccant tamen venialiter id omittentes. *Nouar in man. c.*25. *num.*110.

MERCATVRA.

1 REligiosis prohibita est mercatura, seu negotiatio merè lucratiua, qua scilicet aliquid emitur, vt immutatum carius vendatur, sub pæna excommunicationis, suspensionis, ac depositionis. *ca* 2. *extra, ne Clerici, vel Monachi, & cap. consequẽs.* 88. *dist. & cap pe.* 91. *dist. Io. de Medina. de restit. qu.* 30. *& Molin de contract. trac.*2. *disp.*342.

2 Licitum est Monasterijs Regularium habere aliquam apothecam pro vtilitate ipsorum, in qua, per seculares emantur, & vendantur aliqua, quæ ipsis necessaria sunt vt si habeãt aliquod pharmacapolium, in quo medicamenta, pro ipsis necessaria reseruantur, & ne corrumpantur, vẽdantur, & emantur per aliquem secularem ibi assistentem. *Io de Med. & Mol. ibid Nauar. in man. cap.*25. *num.*110. § *Clericus verò, & Lezan. tom.*1. *cap.*9. *num.*39.

METVS.

1 SOlus metus reuerentialis annulat professionem. *Dian.*3. *p. tract.*2. *resol.*92. Intellige

quando efficit consensum secundum quid inuoluntarium. *Laym.lib.3.tract.4.c.4.assert.4 & ca.5. num.6.*

2 Oni iure validi sunt, ac firmi contractus, & promissiones ob metum ab intrinseco prouenientem. *Laym.ibid.cap.4.citans Medin.de reb.restituen.quæst.3. caus.2 Sanch.4.de matr.disp.9.num7.Molin.tom.2.disp. 267.& Beccan.1.2.tract.1.c.2.* Hic enim metus omni iniuria caret: vnde non est cur debeat contractus rescindere. Secus, si metus fuerit grauis, & ab extrinseco; tunc enim pro arbitrio metum passi, rescindit contractus & promissiones. *Laim. ibid vbi accumulat plures Doctores Vide Azor tom.3.lib.6. cap. 7. & Rebell. lib.1.de contract.quæst 5.concl.1.*

Reliqua in v.Professio.Religio.

MILITES.

1 Milites S.Iacobi, & S.Ioãnis, sunt veri Religiosi, cum promittant Obedientiam, & paupertatem accommodatam instituto ipsorum: & castitatem, vel simpliciter, vt Milites S.Ioannis, vel secundum quid, idest coniugalem, vt Milites S. Iacobi. *Nauar. cons. 11. de Regul. & Suar. tom 4. de Relig. tract.9 lib.1 cap 4.*

2 Non cõprehẽdũtur sub iure Religiosorũ quãtum ad odia, & rigores. *Quarant.in sum.bull.v. Monaster.*

3 Etiã, qui inter seculares, viuũt, vt sũt Cõmendatores S.Iacobi, & S.Ioãnis, Alcãtaræ, Calatrauæ, & alijs tria vota Religionis emittẽtes, sũt omnino exempti à solutione gabellarum, sicut alij Religiosi. *Nau.ibid.*

Am-

Amplia ad eos, qui duo tantum vota emittunt. Et si enim non sunt veri Religiosi: sunt tamen personæ Ecclesiasticæ, cum Dei cultui speciali modo, & sub regula approbata viuant. *Barb.de off. & potest. episc. alleg.*14.*& Dian.tract.de immunit.Eccles.resol.*49.

4 Militijs, Monasterijs, hospitalibus, aut Collegijs ascripti, aut sub nomine seruientium assumpti, subiecti existunt loci Ordinarijs, tamquam Sedis Apostolicæ Delegatis; exceptis his, qui in prædictis locis, aut militis, actu seruiunt, & intra eorum septa, & domus resident, & sub eorum obedientia viuunt: & exceptis etiam his, qui secundum regulam militiarum, professionem fecerunt. *Concil. Trid. sess.* 24. *de reform. cap.* 11.

5 Vota ipsorum in eo consistunt, quod debeant obedire magistris, & Superioribus in ijs, quæ ad externa opera vitæ actiuæ, spectant, & ad militiam ordinantur: Quod non habeant dominium omninò liberum bonorum, quę possident, sed dependens à voluntate, & licentia suæ Religionis: Et in omnimoda abstinentia à venereis, vt in militibus S. Ioannis: vel certè in abstinentia ab eisdem extra matrimonium, & etiam in matrimonio, quando, & quomodo fuerit necessarium ad eorum finem, qui est defensio fidei & Ecclesiæ in bello, vt est in alijs militibus. *Suar.tom.* 4. *de Relig. tract.* 9. *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 16. *& Azor. tom.* 1. *lib.* 13. *cap.* 5.

6 Non tenentur ad officium diuinum, cum non sint addicti Choro, & Ecclesiasticis ministerijs, sed militiæ. *Azor.ibid.c* 4.*§* 5 *& Sua.t.*2.*de Rel.lib.*4.*c.* 19.

Amplia

Amplia ad Commendatarios, nam commendæ non sunt verè, & simpliciter beneficia Ecclesiastica, cum non dentur ob munus aliquod Ecclesiasticum, vel administrationem sacram, sed ob militiã, in qua se debent exercere. *Lezan.to.2.c.5.v.25.& 32.*

7 Non comprehenduntur decreto Concilij Trid. sess. 6.cap. 3. quod Regularis degens extra Monasterium, si deliquerit, ab Ordinario loci puniri possit; Neque decreto eiusdem *sess.* 23. *cap.* 18. pro contribuendo pro seminario. *Rodriq.tom.1.q.1.art 6.* Neq; Decreto Clem. VIII. de largit.mun. *Azor.ibid.* nam quantum ad odia, & rigores non veniunt nomine Religiosorum, iuxta dicta num. 2.

8 Tenentur, de redditibus commendarum, eleemosynas largiri, & suarum Ecclesiarum necessitatibus succurrere. *Rodriq. to 2.qu.75.art.5.& Mart. de Ayla in comp.Ord.milit.D.Iacobi.*

9 Qui votum emisit ingrediendi Religionem, non satisfacit assumendo habitum horum militum. *Cord. in sum.q.148.& Sanch.4 decal.c.16.n.11.& 12.* Nam eorum Religio, in genere Religionis, adeo laxa est, vt potius modum viuendi habeat secularem.

Limita, nisi vouens ingrediatur Religionem Clericorum horum Ordinum militarium; sicut, & Canonicorum Regularium, cum illi veram vitam Regularem, instar aliorum Religiosorum ducant in cænobis. *Corduba & Sanchez ibidem. vide Quarant. in sum. bull. v. Monaster. & Conuentus vers. quo ad transitum.*

10 Fratres Ordinis D. Ioannis portantes mediã Crucem albam, merè seculares reputantur, cum viuant

uant sine regula, & cum suis bonis, & vxoribus *Rodriq. tom. 2. q.62.ar.18.*

11 Equites Ierosolymitani, iuxta veriorem, non succedunt in feudis. *Grat. discept.for.c.880.nu. 6.citās Menoch. cons.54.n.14.vsque ad 39.& alios DD.*

12 Non possunt facere testamentum, cum sint veri Religiosi. *Rot.coram Greg.XV.apud Grat.ibid. n.8.*

13 Non sibi, sed Religioni acquirunt. *Grat.n. 11. Vide Sanch. in Dec.lib.7.c.8.à nu.26.*

M I S S A.

1 Regulares, in priuato Oratorio à Prouinciali approbato, in suis domibus celebrare possunt Missam, sine alia Episcopi approbatione, non obstante Tridentino. *Peyr.in const.Pyrrhi. num. 29. citans Azor.tom.1.instit. lib.10.cap. 26. qu. 9.Rodriq. quæst.43.art.4.Suar.tom. 3.in 3.p. disp. 81. sect.3.except.4 & Nald. in sum. v. Missa nu. 32.* In his verò oratorijs possunt celebrare etiam alij sacerdotes non Regulares. *Gauant.in rubr.p.p.tit.20.*

2 In Grangijs etiam Monasteriorum, seu in prædijs ipsorum, vtilitatis, & recreationis causa acquisitis possunt fieri oratoria, in quibus diuina officia celebrentur, sine licentia Ordinarij *Rodriq tom.2.q. 75.ar.1.& 2.Peyr.ibid.n.28.& Lez.to.1.c.21. n.15.*

3 Regulares vtriusque sexus, quibusuis infirmitatibus pro tempore detenti, & è cubiculis suis exire prohibiti, possunt durantibus infirmitatibus tantum missam in proprio cubiculo, super altare portatili, in

loco tamen decenti, & honesto, celebrari facere, illique interesse, absque vlla Ordinarij licentia. *Peyr. ibid. nu. 34. & Lezan. tom. 3. v. Altare num. 15. Vide Valer. v. Missa. diff. 2.*

4 Presbyteri Societatis Iesu, in suis Missionibus possunt vti altari viatico, & super illud, vbique gentium, modo loca sint tuta, & honesta, celebrare. *Greg. XIII. in bulla. Vsum Altaris. 3. tom. bullar. inter bullas huius Pont. nu. 57.*

5 Qui Missas nouas celebrant non possunt circuire Ecclesiam pro oblatione. *Trid. sess. 22. & Gauant. comment. in rubr. tom. 1. p. 2. tit. 7.* Possunt tamen in medio altaris, ad populum conuersi, oblationes ab ipso sponte factas, acceptare. *Sac. Cong. apud Dian. tr. 14. de celebrat Missæ. resol. 50.*

6 Possunt Regulares in Missa dare pacem populo & recipere ea, quæ offeruntur, dummodò à perambulationibus per Ecclesiam, ac similibus eleemosynarum extorsionibus abstineant. *Sac. Congr. Archiep. Bonon. 2. Iulij 1620.*

7 Religiosi Sacerdotes possunt recipere stipẽdia pro missis celebrandis, illa scilicet quæ communi cõsuetudine, aut lege fuerint taxata. *Suar. to. 3. in 3. p. disp. 86. sec. 2. & Lezan. to. 1. c. 21. nu 4.*

8 Regulares, sub prætextu cuiuscumque priuilegijs, nequeunt hodie, certarum missarum, vel anniuersariorum celebratione, aut aliquibus collectis, seu orationibus, plurium missarũ oneribus satisfacere. *Sac. Cong in decr. de celebr. Miss. 21. Iunij. 1625.*

Amplia quo ad reductionem missarum ad minorẽ

nume-

numerum. *ibid.* Possunt quidem Generales in Capitulis Generalibus iuxta Trid. sess 25. de reform. c. 4. reducere missas ante prædictum Concilium relictas, non in limine fundationis, sed pro alia causa. *ibid. Sorb. in comp priuil. v. missa. §. secundò notandum. Azor. p. p. lib. 12. c. 18. & Dian. de celebrat. Missæ resol. 1. & 2. tract. 14. vide infra. nu. 29.*

9 Pecuniæ, & bona mobilia Rægularibus relicta cum onere perpetuo missarum celebrandarum, sub pœna interdicti, ab ingressu Ecclesiæ de facto incurrenda, à die realis acquisitionis, statim deponi debent penes ædem Sacram, vel personam fide, & facultatibus, idoneam, ad effectum, illa quamprimum inuestiendi in bonis immobilibus fructiferis, cum expressa mentione oneris annexi. *Sac. Cong ibid.*

10 Regulares non possunt, onera perpetua missarum celebrãdarum, sine Generalis, vel Prouincialis licentia, in scriptis concedenda, suscipere, sub pœna priuationis officiorũ, quæ tunc obtinent, ac perpetuæ inhabilitatis ad alia de cæterò obtinẽda, vocisq; actiuæ, ac passiuæ absque alia declaratione. *ibid.*

11 Anticipata celebratio missæ pro incerto eleemosynam oblaturo, est prohibita à Paulo V. & Sac. Cong. 15. Nouemb. 1605. *Gauãt. in man. v. Missa n. 33.*

12 Missam celebrantes Superiores Regulares fer. 2. & 4. totius anni pro defunctis easdẽ lucrantur pro eis indulgentias, ac si celebrarent in Ecclesijs Sanctorum Laurentij, Gregorij, Sebastiani, & Scalæ Cæli ex indulto Clem. VII. *Passarell. in comp. priuil. men. apud Bariol. lit M. n. 200.*

13 Sacerdos Ordinis mendicantium habitans in Conuentu, in quo decedit aliquis Frater potest celebrare pro anima illius missam Defunctorum, & eam liberare a Pœnis purgatori per modum Suffragij.

Amplia ad missā dictā pro anima Patris, vel matris vel vtrorūque alterius Religiosi, vel illorū benefactorum, seu benefactricum, qui vel quæ ipsos Fratres recipiunt hospitio in suis domibus, quando eis contingit illac transire: vel demum pro animabus habentium literas fraternitatis. *Peyr. tom. 2. priuil. in const. 4. Clem. VIII. & Rodriq. in bull. to. 2. & tom. 3. q. q. Regul. in principio.*

14 Potest Episcopus prohibere Regularibus, ne in suis Ecclesijs, Sacerdotes exteros ad missam celebrandam admittant, absque eius licentia. *Sac. Cong. 2. Iulij* 1620. *Archiep. Bonon Armendariz in addit ad recopil. leg. Nauar. lib. 2. tit.* 18. *n.* 45. *& Barbos. in collect. v. Episcopus quoad Regul.*

15 In canone Missæ, nomine Antistitis nō sunt nominandi Superiores Regulares, sed tantum Episcopi loci, in quo celebratur. *Gauant. in thesauro. tom.* 1 *p.* 2. *titul.* 8. *& Dian. tractat.* 14. *de celebrat. Miss. resolut.* 40. *referens declarationem. Sac. Congr.*

16 Regulares possunt celebrare missā diebus Dominicis, & festis quacumque hora debita, etiam antequam Rector parochialis celebrauerit. *Sac. Congr. 2. Iulij.* 1620. *Archiep. Bonon.* Quam audientes satisfaciunt precepto Ecclesiæ. *Rodr. to.* 1. *q.* 43. *ar.* 7. *& Flau. Cherub. in comp. bull fol.* 100.

17 Si Prælatus pręcipiat subdito, vt Missam celebret

pro

pro Petro, & ipse celebret pro Francisco, Missa erit pro Francisco, & non pro Petro; Nam in administratione Sacramentorum, & applicatione sacrificiorum, operatur Sacerdos vt Minister Christi, & quatenus illi subijcitur, non vero Superiori. Peccat tamen grauiter non obediendo. *Suar. to. 3. in 3. p. disp. 79. se. 9. & Ledesm. p p sum. de Eucharis. c. 18. concl. 18.*

18 Missa cantanda est in Ecclesijs Regularium, saltem diebus festiuis, ita vt illam omittere sine graui causa, sit graue peccatum. *Peregr. in comp. ad const. sui Ord. p. p cap. 1. lit. E. & Lezan. tom. 1. c. 12. num. 9.*

19 Missæ, quæ circumferuntur, à Sac. Congr. non approbatæ, S. Gregorij pro viuis, & Defunctis, quindecim Auxiliatorum, de Patre æterno, & quæcumque aliæ, reprobatæ sunt, exceptis ijs, quæ sunt permissæ quibusdam Regularibus, veluti Rosarij, Sanctæ Mariæ de Carmelo, &c. *Sac. Cong. 8. April. 1628.* Quæ quidem dici non possunt nisi ab ipsis Regularibus, quibus sunt concessæ *Gauant. tom. 1. p. 3. tit. 10. n. 16.*

20 Missarum celebrandi onus, in Ecclesijs secularibus, Regulares non assumant, nec Clerici in Ecclesijs Regularium, nisi in casu necessitatis. *Sac. Cong. 11. Septemb 1598. apud Bariol. lit. M. fol. 199.*

21 Licentia celebrandi Missam operto capite, non potest à Prælatis Regularibus concedi subditis suis, Sed à Summo Pont. petenda est *Gauant. in rubr. Miss. tom. 1. p 2. tit 2 lit. F. vbi refert declarationes Sac Cong. Vide tamen Nauar. cons. 4. de celebrat. Miss. & Rodriq. tom. 1 quæst. 24 art. 3. & 5.*

22 Prælati Regulares, qui Abbates non sunt, non pos-

possunt in missa gestare annulum. *Sac. Cong.* 11. *Febr.* 1623. *apud Tambur. to.* 1. *disp* 20. *q* 2. *n.* 13.

23 Prælatus qui benedicit Cineres, Candelas, & Ramos, debet etiam cantare missam sequentem. *Sac. Cong. Rit.* 26. *Febr.* 1628.

24 Planetis plicatis vti possunt Regulares in suis Ecclesijs insignioribus. *Sac. Cong. Rit. apud Alcoz. in suo ceremon. quem citat Gauant. in man. v. Missa conuentual. num.* 15.

25 Possunt Fratres nostri ex Priuilegio Mart. V. celebrare missam in Ecclesijs nostris saltem per vnã horam ante albam, seu auroram. *c.* 56 *nostr. priuil.* Simile priuilegium concessit Greg. XIII. Societati Iesu. *Fagund. lib.* 3 *in præcept. Eccles. c.* 17 *nu.* 3 Nomine autem auroræ non intelligitur ortus solis, seu ascensus corporis solaris supra nostrum horizontem, sed initium crepusculi diei, seu prima lucis irradiatio, quæ est per horam, & dimidium ante solis ortum. *Suar.* 3. *p. q.* 83. *art.* 2. *sect.* 4.

26 Priuilegia, quibusdam Regularibus, nempè Cistercientibus, & Augustinianis ab Eug. IV. concessa, celebrandi vsque ad horam nonam, idest tertiam post meridiem, quia multum iuri communi derogabant, reuocata sunt à Pio V. anno 1567. *Fagundez ibid. num* 5. *Vide Azor. tom.* 1. *instit. lib.* 10 *c.* 25. *qu.* 3. *Francolin. de temp. hor. canon. c.* 29. *nu.* 11. *&* 14 *& Enriq. lib.* 9. *de miss cap.* 24. *nu.* 6. Vndè hodiè possunt tantum, infra horam post meridiem celebrare, ex priuil. Greg. XIII. concesso Iesuitis. *Fagund. ibid.*

27 In Altari priuilegiato debet celebrari missa de

Re-

Requiem, aliàs indultum non suffragatur. *Lezan. v. Altare num. 19. vbi adducit plures declarationem Sac. Cong. Contrarium sentit Nauar. cons. 14. de priuil. & cons. 37. de pænit. & remiss Zerol. in prax. Episc. p. 2. v. miss. §. 7. & Fagundez in 1. præcept Eccl. lib. 3. cap. 9. num. 7.* Standum tamen censeo formæ priuilegij, quod, si vniuersaliter loquatur, vniuersaliter est intelligendum, cum priuilegium Principis latè sit interpretandum *Cap. cum olim. de verb. signif. l. beneficium ff. de const. Princ.*

28 Tenentur Superiores locales, sub pœna priuationis suorum officiorum ipso facto incurrenda, bis in anno, idest feria 2. post primam Dominicam Aduentus, & Feria 6. post octauam Corporis Christi, curare, vt decreta Sac. Cong. de celebrat. miss. in publica mensa legantur. *Sac. Cong. ibid. §. Porrò Peyr. in add. ad const. Vrb. VIII. c. 12. nu.* 4. vbi addit Superiorem dictis diebus determinatis non legi facientem dicta decreta ex negligentia, seu inconsideratione, vel ignorantia, sed post aliquot dies, non incurrere priuationem sui officij, citatque pro se graues DD. *Vide declarationes Sac. Congr. die 11. Februarij. 1638. & 21. Martij 1638.*

29 Reductiones Missarum factæ à Papa, vel Sac. Congr. in aliquo Conuentu non possunt deseruire pro alijs Conuentibus, non obstante communicatione priuilegiorum quantumuis amplissima. *Sac. Congr. 10. Nouembr. 1646.*

Reliqua in v. Altare, Oratorium.

1 Finis Monachi est contemplatio, & solitudo. *Abb. in c. causam il 1. de iudic. nu. 2. Suar. to. 4. de Relig tract. 6. lib. 1. c 8. & Lezan. to. 2. c. 1. n. 10.*

2 Monachorum appellatione non comprehendũtur alij Religiosi *c cum singula. 33. de præben. in 6.*

3 Monachi quandoque appellantur Fratres. *cap. causam quæ de iud. c. si Religiosus §. quia verò de elect. in 6.* Nimirum propter spiritualem omnium simul commorantium, animi, & voluntatis vnionem *Pius Rubeus comment in vit. D. Hieron. c. 9. nu. 32.*

4 In Monachis, & Abbatibus dispositum, extenditur ad Abbatissas & ad moniales, quo ad eorum proportionabilia tantum. *cap. fin. §. præcipimus de stat. Monach.*

5 Monachatio præiudicat omnibus votis, puta voto peregrinationis, item iuramento, & etiam matrimonio ante carnalem copulam. *c. ad Monasterium §. fin. eod. Vide v. Matrim. nu. 7. & v. Votum n. 16.*

6 Monachi arctantur singulis Mensibus ad id, ad quod fideles singulis annis, scilicet ad confessionem, & communionem Sacramentalem. *gl. mensibus & gl. singuli in Clem. ne in agro §. sanè eod.*

7 Monacho non est licitum sibi facere cõmatres. *gl. 2. in can. placuit. 16. q. 1. & can. peruenit. 18. q. 2.*

Limita nisi sit factus Episcopus, vel Cardinalis, exemplo Gregorij, qui ex Monacho factus Diaconus Cardinalis, fuit compater Mauritij Imperatoris. *can. 1. 18. quæst. 1.*

8 Mo-

8 Monachus, ad Canonicos Regulares iure trãsire non poteſt: ſed Canonicus Regularis poteſt ad Monachos tranſire, petita facultate à Superiore, licet non obtenta. *cap. licet. de Regul. D. Th.* 2.2. *quæſt.* 189. *art.* 8. *ad* 2.

9 Factus Epiſcopus carnes comedere non debet. *gl fi. in can. carnem. de conſecrat. diſt.* 5.

10 Monachi proficiſcentes, & longinquo itineri, deſtinati, ſuſtentari poſſunt ex volatilibus, & ſi ab Epiſcopo, vel Principe inuitentur, poſſunt carnes deguſtare; ſeruantes apud ſe continentiam conſuetam. *gloſ. pen. ibid.*

11 Monachorum nigrorum regula, cæteris paribus, videtur durior, quam ſit regula Monachorum alborum. *c. ex parte de temp. ord.*

12 Monachus plus eſt ſub Abbate quam vxor ſub viro. *gl.* 1 *in can. noluit.* 33. *q.* 5. quia in concernentibus tantum actum maritalem, & obſequia coniugalia, vxor ſubditur viro: Monachus verò ferè in omnibus eſt ſub Abbate.

13 Monachi, & alij Regulares non debent diſcurrere per curias Principum, & ſi ibi, in aliqua adminiſtratione capiãtur, indignum eſt, eis ab Eccleſia ſubueniri, per quos conſtat ſcandalum in Eccleſia generari. *c. quanto & ibi gl.* 1 *de off. Ord.*

14 Epiſcopus habet omnimodam iuriſdictioné in Monachos Eccleſię Cathedralis ijs rebus exceptis, quæ regularia inſtituta reſpiciunt. *c.* 1. *ne ſede vacante gl. fin. in c. nullus de elect. in* 6. *vbi Io. Andr.*

15 Si Monacho denegentur alimenta per Abbaté

priuatur monasterium bonis per Monachum acquisitis. *Gratian. disc.for c.552.nu.23.citans gl.in c.1.in v. languidis. de infant.& languid.exposit.*

Fallit in casu inopiæ monasterij. *Gratian. ib.n.25: citans Bald. in l.1.§.sed scimus in fin. C. de latinis libert. tollend.*

Reliqua in v.Abbas. Canonicus Regularis. Obses.

MONASTERIVM.

1 Licentiæ omnes, & facultates Regularibus concessæ erigendi Monasteria sunt abrogatæ ab *Vrb.VIII. in literis in forma Breuis. 1624.to. 4. bullar. inter const. huius Pont. num. 25.* Vndè hodiè seruari debent decreta *Clem. VIII. Greg. XV. & Vrb. VIII.*

2 Si de nouo erigãtur Monasteria, in quibus duodecim Religiosi sustentari nequeant, illa Ordinarij loci visitationi, correctioni, atque omnimodæ iurisdictioni sunt subiecta. *Sac. Cong. in decr. de celebrat: miss.Peyr.tom.1. priuil.in const. Pyr. §. 9. & tom. 2. in const. 6 Greg.XV.& Lezan.tom.1.cap 9 nu.35.* Quæ quidem Episcopi iurisdictio est tantum quo ad disciplinam Ecclesiasticam, & non quo ad obseruantias regulares. *ibid.*

3 Non dicitur acquiri nouum Monasterium quãdo fit mutatio de vno loco ad alium in eadem Ciuitate, vel Oppido. *Lezan ibid. & Dian. tract 2. de dub. Regul. resol. 136.*

4 Ad erigenda noua Monasteria vocari debent

Prio-

Priores Conuentum per quatuor milliaria distantiũ, vt videatur, an sine aliorum damno ea erigi possint: Sique Regulares non adsint, debet accedere consensus incolarum loci. *Gregor. XV. anno* 1621. *& Vrb. VIII.* 1625.

5 Monasterium, si totum fuerit destructum, requiritur ad eius extructionem Episcopi licentia: sed non ad reparationem. *gl.* 1 *.in can. de Monach.*18.*q.* 2. Quod si Monasterium sine Episcopi licentia fuerit constructum, potest Episcopus illud confirmare, per ratihabitionem. *gl.fi. ibid.*

6 Monasterio diruto, locus adhuc remanet Sacer. & ideo non potest conuerti ad vsus priuatos. *gl.* 1 *.in can. quæ semel* 19.*q.*3.

Limita in casu magnæ necessitatis & tunc de consensu Episcopi diœcesani. *Mirand. in man. to.* 1.*q.* 34. *ar.*1. *Vide gl. quæritur in can. statuimus* 19.*q.*3.

7 Monasterium non sanctificat aliquem: nam sæpè conuersati in monasterijs sunt deteriores alijs. *gl. cenobijs in can. Præsbiterum dist.*56.

8 Monasterium est locus pœnitentiæ, imò est carcer pęnitentium. *can in primis.§.de Episc.* 2.*q.*2.

9 Ex monasterijs piæ institutis, magnus in Ecclesia Dei splendor, & vtilitas oritur. *Conc. Trid. sess.* 25. *de Regul. cap.* 1.

10 Monasterijs tam virorum, quam mulierum, bona immobilia possidentibus, vel non possidentibus is tantum Religiosorum numerus debet constitui, qui vel ex redditibus proprijs, vel ex consuetis eleemosynis, commode possit sustentari. *Trid. ibid. c* 3.

11 Parentibus non licet filios tradere monasterijs ante quartum decimum annum *can. si in qualibet. 20. q. 2.* Intellige quo ad experiendam Religionem, & nouitiatum faciendum: nam alioqui possunt pueri antè pubertatem, dummodò habeant vsum rationis, de voluntate saltem negatiua Parentum, vel Tutorum, ad Religionem recipi. *D. Th. 2. 2. qu. 189. a. 5. Suar. to. 3. de Relig lib. 5. cap. 1. num. 6. & 7. Sanch. 4. in decal. cap. 18. n. 8. & 5. in decal. c 4. n. 22. & 23. Mirand. to. 1. man. q. 17. a. 5 concl 1. & 2. Rodriq. tom. 3. q. 15. art. 2. Nauar. lib. 3. cons. de Regul. cons. 20. num. 1. & Peyr. de Præl. q 3. c. 1. §. 2. à num* 40.

12 Pro monasterij ingressu recipi potest pecunia, habito respectu ad onera, quæ monasterium sustinet *gl. 1. in can. honorans. 33. q. 2.* Aliàs tam dantes, quam accipientes ex pacto pecunias, iocalia, epulas, &c. sunt excommunicati. *Extrau. sanè. de Simon. Tol. in sum. lib. 1. c. 37.*

13 Monasterium ingrediens ex timore, propter maleficium quod fecit, tenetur in eo permanere, *gl. 1. in sum. 20. q. 3.*

14 Ingratitudo, per ingressum Monasterij, aboletur: vnde Filius ingratus non potest exhæredari à Patre, si post ingratitudinem ingressus sit monasterium. *can non liceat & ibi gl. 1. 19. q. 3.*

15 Ingrediens monasterium, si tempore professionis transtulit bona sua ad illud, & postea, ad aliud strictius se transferat, reuocat, & transfert illa bona secũdo monasterio. *gl. fi. in cap. 3 de Cleric. coniug.* Verior tamẽ est cõtraria opinio teste *Barb. in d. c. 3 n. 4.*

16 In-

16 Ingrediens monaſterium liberis non extantibus, omnia bona ſua transfert per ingreſſum, in monaſterium. *can. ſi qua mulier. 19 q. 3.*

· Amplia, etiamſi extent aſcendentes. *gl. 1. ibid.*

Limita tamen niſi monaſterium incapax ſit bonorum; in quo caſu ingrediens habetur pro mortuo quo ad bona perinde ac ſi naturaliter deceſſiſſet: Vnde transfert bona in perſonas, quibus naturaliter eſſent debita ſi naturaliter obijſſet. *Gratian. diſc. for. cap. 102. num. 8. & 9. citans Soc. in conſ. 92. & Honded. conſ. 62. nu. 33. & 46. lib. 1.*

17 Ingrediens Monaſterium, ſi deceſſerit antequam res ſuas diuideret inter filios, filijs legitima tantum portio competit, reliqua verò ſubſtantia Monaſterio. *ibid.*

18 Per ingreſſum Monaſterij rumpitur teſtamentum antea factum, niſi aliquid relictum ſit Monaſterio. *ibid.*

19 Monachus in monaſterio quidquid acquirit, *ipſi* monaſterio acquirit. *gl. in ſummo. 18. q. 1.*

20 Non poteſt Religioſus, etiam ob parentum neceſſitatem, habitu retento, manere extra monaſterium, niſi de licentia Sedis Apóſtolicæ talem cauſam approbantis. *Clem. VIII. in decr. pro reform. Reg. approbatis, & innouatis à Sac. Cong. iuſſu Vrb. VIII.*

21 Religioſi extra Monaſterium degentes, poſſunt conueniri, in cauſis ciuilibus mercedum, & miſerabilium perſonarum, coram locorum Ordinarijs, tanquam Sedis Apoſtolicę in hoc delegatis. *Trid. ſeſſ. 7. c. 14. Nau. com. 2. de Regul n. 63.*

Limita nisi degant extra Monasterium de licentia suorum Prælatorum. *Lezan.v causa iudic. Regul. num. 5.vbi plures Doctores accumulat.* Tunc enim dicuntur habitare intra Monasterium. *Sanch. in op.mor. tom.2. lib.6.cap.9.dub.2.num.4. Vide tamen Tambur. de iur. Abb.tom.1.disp 15.q.7.num.8.*

22 Post Monasterium cōstructum potest quis compelli, ne altius erigat suum ædificium, neque aperiat fenestras, quando ex ipsis conspici possunt Religiosi intra Monasterium habitantes. *Didac.lib.3. variar.c. 14. num. 8. vers. 7. & Valer. in diff. vtr.for. v.venditio. diff. 7. num.2.*

23 Delinquens in Monasterijs Regularium non subijcitur pænis impositis ab Episcopo contra huiusmodi delinquentem. Dicta enim Monasteria, ratione propriæ exemptionis, sunt extra episcopi iurisdictionem, ac proinde, quo ad hoc se habent, ac Parochiæ, & monasteria extra eius diæcesim existentia. *Lezan. tom.5.fol.mihi 257.num.126.citans Silu. v. Excommunicatio.2.§.circa prædicta Graff.p.p.dec.lib.4.c.8.n. 39. Nald v.exemptio num.5.Azor.Peyr.Dian & alios.*

24 Monasterium habetur loco filij in vltimis voluntatibus, non in contractibus. *Mant.de tacit.lib. 13. tit. 46.num,3.7.& 11.*

25 Fæminæ ingredientes Monasteria Religiosorum incurrunt excommunicationem papæ reseruatam. *Pius V.in motu, qui incipit, Regularium personarum anno 1566.Filliuc.trac.15.cap.5.quæst.7. nu.119. & Quarant.v.Monast.& Conuent.* A qua tamē excommunicatione excusantur, non solum ob bonam fidem,

dem, ſed etiam ob ignorantiam craſſam, & affectatam, dũmodo nonadſit temeritas, quæ Scientiæ comparatur. *Bonac. de clauſ quæſt. 5. pun. 3. propoſ. p.*

26 Religioſi, qui fæminas intra ſua monaſteria introducunt, incurrunt ipſo facto ſuſpenſionem à diuinis, & priuationem officiorum, & inhabilitatem ad illa, & alia in poſterum obtinenda. *Pius V. in motu cit.* Incurrunt etiam excommunicationem Bullæ Gregorij XIII. *Vbi gratiæ Filluc. loc. cit.* Si nimirum permittant fæminas ingredi prætextu facultatum à Summo Pont. vel alijs conceſſarum. *Bonac. ibid. prop. 2.*

Reliqua in v. Clauſura. Conuentus. Domus Regularis. Viſitatio Epiſcopi.

MONASTERIA MONIALIVM.

1 NOn erigantur noua monaſteria Monialium ſine conſenſu Ordinarij, *Sac. Congr. 13. Septemb.* 1583. Immo non ſine ſpeciali Sedis Apoſtolicæ indulto. *ead.* 10. *April.* 1615. & quidem, niſi eiſdem Monaſterijs ad minus aſſignentur redditus trecentorum ſcutorum pro duodecim ſuſtentandis. *ead. 27. Maij.* 1603.

2 Monaſteria Sanctimonialium extra menia Vrbis, vel Oppidi conſtituta malorum hominum prædę, & alijs facinoribus, ſine vlla cuſtodia, ſæpè ſunt expoſita; ideoque Epiſcopi, & alij Superiores, debent curare, ſi ita videant expedire, vt intra Vrbes, vel Oppida frequentia reducantur. *Trid ſeſſ. 25. de Regul c. 5. ad fi.*

3 Monaſteria Sanctimonialium immediatè ſubie-

cta Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ab Episcopis tanquam Sedis Apostolicæ delegatis, gubernari debent. *Trid. ibid. cap. 9.*

4 Monasteria Monialium, quæ per Mares reguntur, non debent regi per homines alterius professionis, vel Religionis. *gloss. 2. in Clem. 1. de elect. can. in decima.* 18. *q.* 2. Nisi tamen aliud cosuetudo suadeat.

5 Non possunt Moniales, inconsulta Sede Apostolica, transferri è Monasterio, pro instructione monasterij noui. *Sac. Congr.* 17. *Maij.* 1603. Quod si concedatur translatio, fiat hæc in aurora. *ibid.*

6 Si Regulares delinquant circa Monasteria Monialium, carcerentur per locorum Ordinarios; mox consignentur suis Superioribus. *Sac. Cong.* 1585. *Patriarch. Venet. Bariol. v. Regulares citans aliud decretum Sacræ Congr cum approbatione Vrb. VIII.*

7 Bona Monasteriorũ monialibus destitutorũ, applicãdas sunt fratribus eiusdẽ Ordinis. *Ita in Mari magno Prædicat. apud Lez. to.* 5. §. 48. *In Mari magno Minor.* §. 46. *ib. & in Mari magno Eremit. S. Aug. ib.* §. 46. De iure autẽ cõmuni, & seclusis priuilegijs, dicta bona pertinẽt ad ea Monasteria, ad quæ præfatę moniales trãsferũtur. Nã subrogatũ sapit naturã eius, in cuius locum subrogatur. *arg. c. Ecclesia S. Mariæ.* 1. *vt lite pendente. vbi Barbos. num.* 4.

MONIALES.

1 Moniales, & earum monasteria, à subsidijs, decimis, & alijs oneribus eximuntur. *extrauag. Pij IV. de stat. Eccl.*

2 Moniales omnes Ordinum mendicantium possunt habere bona immobilia in communi. *Rodriq.to.3.q.29.art.14 Sanch.7.in decal.cap.*12.*num.*2.*& Lez.tom.*2 *c.*1.*nu.*8.*referens declarationem.Sac.Cong.*

3 Qui cogit fęminam, siuè virginem, siuè viduam, vt Fiat monialis, est excommunicatus. *Trid.sess.* 25.*c.*18 *Suar.tom.*3 *de Relig.lib.*5.*cap.*9. Non sic, qui cogit viros *Mirand in man.q.*17.*art.*4.

4 Quæ habitum suscipere voluerit maior sit duodecim annis. *Trident sess.*25. *cap.* 17. Neque eum suscipiat, nisi prius examinetur ab Episcopo, vel eius delegato *ibidem.*

Amplia etiamsi velit ingredi monasterium Regularibus subiectum. *Barbos.alleg.*100.*num.*4.

5 Tertia Soror monialis non admittatur sine licentia Sacræ Congr. *Sacr.Congr.*25.*Maij.*1595.

Amplia ad supernumerariam. *ead* 6.*Febr.*1615.

6 Tempore probationis nihil tribuatur Monasterio de bonis Nouitiæ excepto victu, & vestitu, sub pœna excommunicationis dantibus, & accipientibus. *Trid.sess.*25.*cap.*16.

7 Anno probationis durante, deponatur pecunia, quæ datur nomine dotis, seu alimentorum pro tota vita, & post professionem, in bonis stabilibus seu censibus implicetur *Sac Cong.*1581.*apud.Gauant.in man. v.Monialium alimenta.num.*5.

8 Si Nouitia è Monasterio exierit cum habitu curandæ valetudinis causa, non interrumpitur annus probationis. *Barb.in alleg.*101. *apud Gauant. in man.v. Monialium professio num* 3.

Nulla

9 Nulla fit dotum differentia inter terrerias,& aduenas.*Sac.Cong 30.Setembris 1616.*

10 Nulla renunciatio, aut obligatio valet, nisi fiat de licentia Episcopi, seu eius Vicarij intra duos Menses proximos antè professionem.*Trid sess.25.c. 16.*

11 Ante Mensem Præfecta tenetur facere certiorem Episcopum de tempore professionis, sub pœna suspensionis ab Officio arbitrio Episcopi. *Trident. sess.25.cap.17.*

12 Contradicente maiori parte Monialium, non potest Episcopus Nouitiam admittere ad professionem.*Bonac.de clauſ.q.2.punct.10.difficul.2.§.6.num.6.*

13 Regulariter, finito Nouitiatu, aut profiteatur, aut eiiciatur, *Trident.sess.25.cap.16.*

14 Priores in professione sunt priores etiam in præcedendo *Sac.Congr.26.Iunij* 1615.

15 Monialis professa in anno quinto decimo ætatis suæ, post quinquennium, dicitur tacitè professa. *Gauant. v. Monial. profess. nu. 22. citans Sac. Congreg. 22 Nouemb. 1619.*

16 Habet Episcopus auctoritatem circa numerũ Monialium, vt scilicet is statuatur, qui ex redditibus proprijs, vel ex consuetis eleemosynis, commodè sustentari possit; Et hoc tam in Monasterijs sibi subiectis, quam in exemptis; in his tamen cum interuentu Superioris Regularis. *Greg XIII.in constit. Deo sacris Sac.Congr 1603.27.May & 6.Iunij 1615.Tambur.de iure Abbatiſ.disp.5.q.1.nu.4.*

17 Moniales tenentur ad ea omnia, ad quæ Religiosi respectiuè ad sexum. *Suar.to.4. de Relig. lib. 1.*

cap.

cap. 12. *& Lezan. tom.* 1. *cap.* 25. *num.* 1.

18 Addictæ Choro tenentur persoluere horas canonicas. *Dian.p.6. tract.* 8. *resolut.* 12. *& p.* 7. *tr.* 11. *res.*4.*cum communiori.*

19 Semel saltem singulis mensibus tenentur ad confessionem suorum peccatorum,& Eucharistiæ susceptionem. *Trid.sess.*25. *de Regul. c.*10.

20 Tenentur obedire suis Priorissis, vel Abbatissis in ijs, quæ pertinent ad gubernationem domesticam, & ciuilem. *D. Th. in* 4. *dist.* 19. *qu.* 1. *artic.* 1. *quæstion.* 3. *ad* 4 *Sot.in* 4.*dist.* 20.*q.*1. *art.* 4. Et quidē sub mortali, si materia sit grauis. *Sanch* 6. *in decal. c.* 1.*nu.* 18. *& Lezan. tom.*1.*c.*25.*nu.*4. Non sic verò suis Vicarijs, quos solent habere sicut Prælati. *Mirand.in man.to.*2.*q.*21.*ar.*2.*& Lezan.n.*2.

21 In electione monialium ponentes, vel nutrientes discordiam,ipso iure sunt excommunicati:absolui tamen possunt ab Episcopo.*c.indemnitatibus.* § *postremò.& ibi gl.subiacere.de elect.in* 6.

22 Monialis,correctionis,vel punitionis gratia,non potest transferri de vno monasterio ad aliud etiam eiusdem Religionis,Sede Apostolica inconsulta.*Lez. v.claus.num.* 16.*citans declarationem Sac.Cong.*

23 Monialis nulla energumena,infra septa Monasterij,à quocumque Præsbitero seculari, vel Regulari, etiam confessario, exorcizetur, sed ad Ecclesiam exteriorem,eiusdem Monasterij,obtenta prius à Sac. Cong.licentia,ea de causa,deducatur.*Sac.Cong. apud Lezan.ibid n.*28.

24 Sacratam virginem monialem rapere attētans, etiam

etiam cauſa matrimonij, capitali pœna punitur. *can. ſi quis non dicam. de pænit. diſt. 1.*

25 Translata moniali ad aliud Monaſterium, pro eiuſdem gubernatione, non licet transferre eius fructus dotales *Sac. Cong. 9 Octob. 1618.*

26 Moniali fugitiua inter conuertitas repoſita, dantur Monaſterio conuertitarum bona illius: ſed poſt eius obitum priori Monaſterio reſtituuntur. *Gauant. in man. v. Monial. cura in tempor. num. 19 ex Conc. Prou. Mediol.*

27 Non ſolum in cauſis inter ipſas Moniales verſantibus, admittuntur moniales in teſtes ſed etiam in criminibus, à Fratribus, apud eaſdem moniales, vel earum monaſteria commiſſis. *Spath. de mo cor. Regul. tract. 7 cap. 2.*

28 Moniales ſe inuicem percutientes poteſt Epiſcopus, etiamſi illæ ſint exemptæ, abſoluere ab excōmunicatione incurſu propter manuum iniectionem. *gloſ 1. in cap. de monial. 33. de ſent. excomm. Barboſ. alleg. 105. num. 55.*

29 Moniales decedentes ſepeliri debēt intra clauſtra ſuorum monaſteriorum, vel in earum Eccleſia interiori. *Tambur de iur. Abbatiſſ. diſp. 34. quæſt. 1.* Vbi tamē viget conſuetudo eas ſepeliendi in eccleſia exteriori, permittatur. *Sac. Cong. 28. Septemb. 1594. apud Gauant. in man. Epiſc. v Monial. Eccl. n. 13.*

30 In earum ſepulchris non debent tumulari corpora laicorum, neque mulierū nobilium. *Lauor. var. elucrubr. tit. 2 cap. 11. num. 97.* Imo volens ſepeliri in monaſterio Monialium, debet ſepeliri in Eccleſia exteriori,

teriori,& non intra claustra. *Portel.in dub. Regul v sepultura num.* 14.

31 Monialis,quæ in virum erupit,è monasterio est eijcienda,& ad nuptias potest transire. *Dian.p* 5 *.tract.* 14.*resol* 49.Vide tamen v.Professio.num.24.

32 Non possunt prælati Regulares Moniales sibi subiectas renunciare,& Episcoporum iurisdict.subijcere, cum dictæ moniales exemptæ à iurisdictione Episcoporum,sint immediatè sub iurisdictione Sum. Pont. *Lezan.tom.* 5. *fol.mihi* 722. *& seqq. vbi plura ad intentum.*

1 NOn ammittitur nobilitas per Religionis ingressum. *Tiraquell. de nob. cap.* 26. *nu.* 5. *Graff. decis. p p. lib.* 3 *.num.* 94. *c.* 5 *.& in addit. ad dic. loc. num.* 14. *Sanch.* 7. *in decal. cap.* 12 *n.* 13 *.& Peyr. de Præl. q.* 2 *.cap.* 2. Per ingressum enim Religionis non læditur Religiosus in naturalibus: Nobilitas autem est quoddam ius sanguinis immutabile *l. iura sangu. ff de reg. iur* Contrarium habet *Bertach. v. Nobilitas. vide gl. fin. in cap.* 1 *.de purgat. canon.*

2 In Religionibus attendi debet solum nobilitas penes virtutem. *Tiraq. c.* 4. *n* 1. *Platin. in opusc. de nobil Penna in l. mulieres. C. de dign. col.* 4 *lib.* 12. *& Trull. in elucid. sui Ord lib.* 4 *.cap.* 5 *.considerat.* 2 *.num.* 8.

3 Religiosus, qui de sua nobilitate gloriatur, quod peccet mortaliter tenent. *Tost. cap.* 19 *.math. quest.* 209. *Trull. & Peyr. loc. cit.* Contrarium docet. *Petr. Nauar. lib.* 2 *.de restit. cap.* 4 *.num.* 359.

4 Licet nobilitas in Religione non attendatur: cæteris tamen paribus obilens sunt alijs præferendi. *Tiraq. cap.* 10 *.num.* 10 *.Felin. in cap. cum adeo de rescrip.*

num.

num.6.Bald.in c.statuimus.de maior.& Obed.num. 2. & Lambert.de iur.patron.p.3.lib.2.quæst.5.artic.9.num.1. Nobiles enim, vt plurimum sunt dociliores, magnificentiores, vrbaniores, & perspicaciores, ideoque ad gubernandum aptiores. *vide D. Th. lect. 2. in cap. 1. Epist.ad Hebr.*

5 Nobilitas acquiritur ratione officij dignitatem habentis, vel si à Principe quis nobilitetur. *Barbos. de signif.verb.appell.146.num.2.*

6 Vbi nobilitas requiritur, veniunt etiam nobiles ex priuilegio, sicut nobiles à sanguine. *Garz. de nobilit glos.1.§.1.num.50.*

7 Doctores veniunt nomine nobilium. *Alex.cons. 213.n.9.vers.in eo etiam.lib.6.*

NOTARIVS.

1 NOtarius per ingressum Religionis non perdit officium tabellionatus, licet illud exequi non debeat. *cap.vt officium.§. verum. & ibi gl. præmissa de hæret.in 6.*

2 Factus Monachus poterit rogationes complere, cum licentia sui Prælati: nouas autem assumere non poterit. *gl.præmissa.ibid.*

3 Notarij hæreticæ prauitatis possunt esse constituti in sacris, ac Religiosi. *gl. Notarij quoque. de hæret. Pius IV.in bulla.Pastoralis officij.anno 1561.Flau.Cherub.in comp.bull.in bullis Iulij III.* Et quidem Religiosi quorumcumque Ordinum. *Penna in direct. Inquisit. 3.p.comment.67.& Hieron.Rodr.in comp.resol.73.n.7.*

Su-

4 Superiores Regulares, in vnaquaque prouincia possunt constituere vnum, vel plures Fratres sui Ordinis probatos fide, & doctrina idoneos, in Notarios publicos pro intimandis mandatis, priuilegiis, concessionibus, & indultis Apostolicis Ordini concessis quibusuis personis, siue Ecclesiasticis, siuè secularibus *Pius V. in motu proprio, Debitum pastoralis in 2. to. bull. Laert. Cherub. in Pio V. num. 124. Rodriq. to. 3. q. 8. art. 1. & Peyr. to. 2. priuil. in const. 9. Pij V. num. 9. & in formul. lit. N. cap. 1.* Quorum Notariorum transumptionibus fides omnimoda est adhibenda. *Lezan to. 5. in Mari magno Seruit. n. 221. vbi adducit celebres. DD.*

5 Possunt prædicti Notarij intimare, & exequi mandata apostolica ab Auditore Cameræ Apostolicæ, alijsque Apostolicis Iudicibus emanata, quando concernunt interesse Regularium. *Peyr. in formul. num. 2.*

6 Notarius eligendus pro sumendis informationibus violentium ingredi Religionem, non est necesse quod sit Imperialis, vel Apostolicus, sed sufficit, vt sit electus à Generali, vel Prouinciali. *Rodriq tom. 1. quæst. 11. art. 6. & Castr. Pala. tom. 1. operis mor. trac. 3. dist. 5. §. 3.*

7 Notarius, seu Tabellio, seu scriba, non est necesse, de iure communi quod sit de corpore Capituli, cum nullum ius de hoc extet; Vnde potest etiam esse laicus. *Peyr. de subd. q. 1. c. 31. §. 8.*

Reliqua in v. Tabellio.

NOTORIVM.

1 NOtorium triplex eſt, facti, iuris, & Præſumptionis; Facti quòd ita exhibitum eſt conſpectui hominum, vt nulla tergiuerſatione celari poſſit. Iuris, de quo aliquis condemnatur, vel eſt in iure confeſſus. Præſumptionis, de quo eſt publica fama, ſeu opinio. *c. veſtra. ver. ceterum. de cohabitatione Clericorum. & gl. Notorium. ib. & gl. 1. in can. manifeſta. 2. q. 1. Vide Barboſ. appell. 66. num. 2 & 3.*

2 In notorijs ſeruandus eſt ordo iuris quo ad ſententiã, ſed nõ quo ad alia. *c. porrò & ibi gl. 1. de diuort. c. euidẽtia. 9. de accuſ. & c. licet Heli. 31. eod. vbi gl. 1. & 2.*

3 In monaſterijs peccatum dicetur notorium, ſi à maiori parte Fratrum euidentur ſciatur, licet ab alijs ignoretur. *Spath. de mo. cor. tract. 3. c. 14. n. 5.*

4 In Conuentibus, in quibus pauci Fratres commorantur, dicetur delictum notorium, & publicum ſi pluribus, quam quatuor ſit notum. *ibid. n. 6.* Sed certa regula præſcribi non poteſt. *Sot. in 4. diſt. 12. q. 2 art. 6.*

5 Nomine notorij in dubio, intelligitur de dubio facti non iuris. *Barboſ. loc. cit. n. 4.*

NOVITIVS.

NOuitius poteſt quis eſſe ante rationis v-
1 ſum, ſi Religioni offeratur à Parentibus. *Suar. to. 3. de Relig. lib. 5. c. 1 nu. 10.* cuius doctrina non obſtat dictis *v. Monaſterium. n. 11.*

2 Non ſunt recipiendi ad Relig. Nouitij niſi prius de eorũ parentibus, patria, ante acta vita, & moribus

diligẽter inquiratur,ac de cęteris,de quibus *Sixtus V. in sua const. Quæ de omnibus Ecclesiasticis ordinibus, apud Lezan.tom.1.cap.24.num.12.* Et nisi obseruentur decreta. *Clem VIII.super recept.Nouit.*

3 Non incurrunt Prælati pænas contentas in dicta constitutione Sixti V. recipientes Nouitios ommissis informationibus, quando Nouitij sic recepti carẽt defectibus, de quibus in ead.const. *Vech.de.Nouit.disp.7.dub.5.n 3.Portell.in dub.Regul. v. Nouit. Informat.nu.6.& Dian.to.3. trac.2.de dub.Regul.resol.83.*

4 Nouitij recipiendi ad habitum non debent approbari ab Ordinarijs locorum, sed à suis Superioribus Regularibus. *Sac.Cong.anno 1624.apud.Lez.n.23.*

5 Non debent ad habitũ admitti, nisi in conuentibus à Sede Apostolica designatis, & approbatis. *Clẽ. VIII.in suis decretis 12.Martij 1596. cõfirmatis à Sac. Cong.in decr.de Apost. & Eiect.iussu Vrb. VIII. apud Lez to.2.c.8.n.24.* vbi obseruat dicta decreta Clẽ. non obligare nisi in Italia, & Insulis adiacentibus. Excipiuntur etiam plures Religiones, de quibus *Lez. ibid.*

6 Qui annum probationis non fecerunt in Conuentibus ad id designatis, denuo debẽt professionem emittere; post quam ita se habent omninò, ac si priorem professionem validè emisissent. *Vrb.VIII.in motu proprio 11.April 1631.*

7 Recipere Nouitios pertinet ad Prælatũ, & Conuentum simul. *Nauar.lib. 1. de const.cons. 9. & lib 3.de Regul.cons.36.& 62.Mirand.in man.to.1.q.15.art.2.*

8 Nouitius gaudet priuilegio fori, & canonis: Vnde non potest conueniri pro vllo delicto coram Iudicè se-

seculari.*Nau.conſ.*48.*de Reg & Rodr tom.*2.*q.*2 *ar.*10. *& q* 162. *ar.*14. *&* 15.Siq.illũ percutiat quis,incurrit excommunicationem canonis, ac ſi percuſſiſſet Clericum.*c.Relig.de ſent.excom.in 6. Ludou. Lopez.p.p.instruct conſcien.c.*4.*& Azor.to.*1.*lib.*12.*c.*2.*q.*11.

9 Nouitius receptus ſimoniacè,ſcilicet medijs donis,& muneribus, debet a Monaſterio expelli ſinè ſpè reſtitutionis.*c.quoniam.& a.de Reg.de ſimon.D. Th.* 2.2.*q.*100 *ar.*6.*ad.*5.Recipientes verò ſunt excommunicati ipſo iure *extrau.*1.*de ſim inter com.Nau. in man. c.*27.*n.*106.*& Tol.in inſtruc.Sacerd.lib.*1.*c.*36 *verſ.*8.

10 Nouitius,qui toto anno probationis fuit infirmus,poteſt ad profeſſionē admitti, Quãtũ enim fuit ex ſe,in probatione ſtetit, & ad minus perſeuerauit per annũ ſub Obed.Præl:*Nau.lib* 3.*cõſ.de Reg.cõſ.*32. *n.*5.*Rodr.to.*3.*q* 15.*a.*10.*Barth.à.S.Fauſt.lib.*5.*theſaur. quæſt.*249.*num.*3 *Suar.to.*3.*de Relig lib.*5.*c.*14.*nu.*15. *& Sanch in decal.c.*4.*nu.*52.

Amplia ad eum,qui,de licentia Prælati, fecit annum probationis extra nouitiatũ,& extra monaſterium.*Graff.deciſ.p.p lib.*3 *c.*5.*n.*18.*Sà v Religio.Nauar. conſ.*10.*de Cleric.non reſid.n.*3.*Bariol.v.Nouitius. Suar. ib.à n.*13.*& Dian.tract.*2.*de dub.Regul.reſol* 84.*&* 89. Placet tamen magis quod dictum eſt. *v. Annus nouitiatus.n.*6.*Vide decr Sac. Cong.* 20. *Martij* 1621.*apud Barboſ.in collect.bull v.profeſſus.*

11 Non tenetur Nouitius præceptis communibus regulæ, conſtitutionum, & Superiorum Relig. *Cord. lib.*1.*q.*3.*in* 5 *prob.*1.*opin.Enriq.lib.*7 *de indulg.c.* 22 *n.* 7.*& lib.*6.*pæn c* 16.*num.*3.Niſi ex quadam decentia.

Azor.lib.12.cap.2.quæst.10.& Lezan to.1 c.24.nu.2.

12 Quantũ ad ea,quæ spectant ab bonũ regimen & finem probationis,tenetur in conscientia obedire Superioribus Relig. *Lez.ib.& Sãch.7. in decal.c.10.n.22.*

13 Exemptus est à solutione gabellarum. *Molin. to. 1.de iust.disp.139.& to.3.disp.671.n.2.Sanch.nu.16.& Dian tract deimmunit.Eccl.resol.37.*

14 De licentia sui Superioris potest publicè prędicare. *Suar.to.4.de Relig.trac.3.lib.9.c.1.n.18.*

15 Ad Sacros Ordines potest assumi de licentia Episcopi originis,vel domicilij. *Sanch.p p.in decal. lib.4. cap.39.à n.19.Suar.to.5.in 3.p.disp.50.sec.5.n.3. Dian. tract 2 de dub.Reg.res.7.Lez to.1.c.23.n.6.Quarant. in sum.bullar.v.Ordo.Bariola v.Nouitij. & Nald.in sũ. eod.*

16 Non potest confiteri sine licentia Prælati Confessario habenti tantum approbationẽ ab Episcopo, maxime quo ad casus reseruatos in Cõuẽtu, vbi agit annum probationis. *Cord lib.1.q.30.Suar.to 4.de Rel. tract.8.lib.2 c.17.à n.14.& Lez.to.1.cap.24 n.7.* Contrarium tenent *Mirand.in man. tom. 2. q.34 art.16.& Dian.tract.2.de dub.Regul.resol.4.*

17 Cum Nouitio potest Prælatus dispensare, non solum circa obseruantias regulares Religionis, sed etiam circa obseruantiam præceptorum Ecclesiæ. v. g.ieiunij,auditionis missæ,&c. *Suar.c.14 n.8.*

18 Nouitijs absolui potest à suo prelato ab omnibus cẽsuris,siue à iure, siue ab homine saltẽ generaliter promulgatis. *Lez to.1.c.24.nu.8. vbi adducit plura priu.Põtif Casarub. in cõp. v.absol.ord quo ad Fratr.n.4. Suar c.24.a.n.5.& Peyr.to.1.priu in cõst,2.Iulij II.§.9.*

Amplia ad casus, à quibus, absolui potest professus, quo ad ea, quæ ipse Nouitius commisit in Relig. *Peyr. de Præl. q. 3. c. 1. § 7. vbi accumulat plures D.D.*

19 Quo ad ea, quæ Nouitius commisit in seculo, absolui cũ reincidentia tenent. *Campanil. in diu. rub. 12. c. 3. n. 22. Nald. v. referu v. quo ad Nouit. & Barth. à S. Faust. lib. 5. thesaur. q.* 208. Absolui verò absolutè docet *Suar. to 4. de Relig. tract. 1. lib 2. c. 24. à n. 8.*

20 Potest Prælatus cum Nouitio dispensare super irregularitatibus ab eo in seculo contractis. *Lez. n. 10.*

21 Potest item vota Nouitij commutare, & dispensare. *Sanch. 4. in decal c. 39. n. 17. Enriq. lib. 7. c. 22. nu. 7. Rodr. to. 1. q. 25. a. 8. Less. lib. 2. c. 40. dub. 13. n. 107. Azor. to 1. lib. 11 cap 20. & Molfes p. p. sum. tract. 11. cap. 15. n. 129.* Imò potest ea irritare, si gubernationi, & conuenienti ordinis regimini obuiant. *Suar. tom. 2. de Relig. lib. 6. de voto c. 7. n. 11. & 12. Lezan. to. 1. cap. 18. nu. 47. Vide tamen Rodriq. Molfes. & Less. ibid.*

22 Potest Prælatus punire Nouitium etiam pæna carceris, pro transgressionibus commissis contra Regulam, & Constitutiones. *Azor. to. 1. lib. 12. c. 2. qu. 11. Sanch 6. in decal. c. 10. n. 13. & Rodr. to. 2. q. 2. art. 10.*

Amplia etiamsi Nouitius è Religione egredi vellet. *Suar to. 3. de Relig. lib. 5. c. 16. n 18. & Graff. to. 1 consl. li. 3. cons. 8. n 9. Vide Alderet. lib. 1. de relig. discipl. c. 7. n. 33. & Molin. to 1. de iust. disp. 139. & to 3. disp. 671. nu. 2.*

23 Propter delictum ante Religionis ingressum cõmissum, non potest puniri Nouitus à Iudice laico: nisi tamen ingressus fuerit in fraudem iustitiæ. *Lezan. v. Clericus. n. 22. & Dian. 3. p. trac. 1. resol. 33. Vide tamen*

Iulium Clar.in prax.crim.lib.5.§.fi.num 43.& 44.

Amplia ad delictũ cõmissum tẽpore, nouitiatus si Nouitius reuertatur ad seculũ.*Laym. lib.4.tra. 9.c.4. n 14 Cou.in pract.q.q c.31.n.8.& Diã.resol.34.licet cõtrarium doceat Far.p.p prax.crim.tit.de inquisit. q.8.nu.* 46.eo quod (inquit) Nouitius tũc secularis censetur.

24 Interdictis Religiosis, non intelliguntur interdicti Nouitij, cum hi in odiosis non veniant appellatione Religiosorum.*Præpos.in 3.p.q.4 dub 2.n.11.*

25 Nouitio potest conferri beneficium seculare. *Azor.to 1.lib.12.c.3.q.1.& Sanch.7.in decal.c.4.n.22.*

26 Si Nouitius habeat beneficium, debet curari, vt ei per alium seruiatur, nec prouideri s ante transactum tempus probationis.*Graff.p.p.decis. lib.3. cap.5. Vide dicta v.benefic.num.5.*

27 Potest eligi ad dignitatem Episc.*c.nullus.& c.indemnit.in princ.de elec.in 6.Selu. de benef. 3. p.q.51.*

28 Si est in Sacris, potest de gratia admitti in capitulo cum professis.*Graff.lib.3.dec.c.5.n.13.ex Archid. in c.ex eo.de elect.*

29 Si teneatur restituere bona aliqua diuersis personis, quæ sciri, aut inueniri nequeunt, potest Prælatus localis dicta bona in pios vsus conuertere. *Sixtus IV. apud. Lez.to.1.c.24.n.39.Rodr.to.3.q.57.a.4.Peyr. to.1.priuil.in const.2.Iulij II.*

30 Ex bonis Nouitij non potest aliquid contribui monasterio sub pæna excommunicationis, excepto victu, & vestitu, ante eiusdem Nouitij professionem. *Conc.Trid.sess 25.de Regul.c.16.*

31 Non potest Nouitius validè disponere de suis

bo-

bonis, nisi de licentia Episcopi, vel eius Vicarij, & nisi intra duos menses proximos ante professionem. Talis verò dispositio non erit valida, nisi professione sequuta. *Trid. ib. Nau lib.3. conf 1. edit. tit. de donat. conf. 7. & 8. & in 2. edit tit. de Regul. conf 81. & 82. Rodr. to. 2. q. 47. & ab ar. 8. & Lezan. n. 33. & 34. adducens declarationem Sac. Cong.*

Limita primòquo ad contractus reuocabiles. *Nau. com. 2. de Regul. n. 51. & lib. 3. conf. in 2. edit. tit. de Reg. conf. 83. & Azor. to. 1. lib. 13. c. 9. q. 2.* Et quo ad contractus in quibus nihil perdit de suo *Peyr. tom. 1. priu. in const. 2. Sixti IV. §. 11. num. 75. & Lezan. n. 35.*

Limita secundo quo ad aliquas donationes, & eleemosynas parui momenti, attenti ipsius facultatibus. *Sanch. 7. in decal. c. 5. n. 22. & Azor. ibid.*

32 Si moriatur Nouitius ante professionem, donationes, vel renunciationes ab ipso factæ sunt nullæ. *Trid. ibid. Molin. tom. 1. de iust. disp. 140. Rodriq. tom. 2. sum. c. 7. n. 6. & Sanch. n. 55.*

Limita quo ad donationem factam Monasterio tempore mortis; hæc enim habet vim testamenti. *Peyr. de Præl. q. 3. c. 1. §. 8.*

33 Nouitia monialium S. Dominici, iudicio medici statim moritura, pro sua consolatione spirituali, dummodo ætatem habeat, potest profiteri in manibus Priorissæ, etiam ante completum annum probationis. *Pius V. apud. Rodriq. to. 3. q. 15. ar. 6. & Mirand. in man. p. p q 22. ar. 10.* Quo priuilegio potiri possunt omnes Religiosi habentes communic. priuileg. *Pass. in comp. v. Nouitius, & Lez. nu. 42.* *Vide v. Professio. nu. 31.*

34 Nouitius expulſus ſine iuſta cauſa, habet ius agendi contra Religionem. *Caiet. 2. 2. q. vlt. ar. 4. Paſſ in priu. minim. c. 43. & Lez. n. 28.* Vnde poteſt abſque eo quod annum probationis diſcontinuet, ad Superiorem maiorem recurrere, vt ſuo tempore profiteatur. *Vecch. diſp. 11 dub. 3. n. 9.*

35 Si ipſe à Relig. recedat, omnia, quæ ſua erant ei ſunt reſtituenda. *Trid. ibid. Suar. to. 3. de Relig. lib. 5. ca. 9. a. n. 16. & Peyr. de ſubd. q. 1. c. 29.*

Amplia quo ad expenſas, quas in eo alendo Monaſterium fecit *Dian. 4. p. trac. 4. reſol. 16. Vide tamen Trid. ſeſſ. 25. de Regul. c. 16. & v. Monaſterium. n. 12.*

36 Si poſt emiſſam profeſſionem conſtiterit Nouitium in ſeculo grauiſſimis, & ſcandaloſis criminibus eſſe notatum, vel infirmitate incurabili laborare, illaque interrogatum tacuiſſe, poteſt à Religione expelli, cum profeſſio ſit nulla *Sanch. 5. in decal. cap. 4. num. 57. Rodriq. to. 3. q. 17. ar. 9. Peyr. de ſubd. q. 1. c. 25. § 3. & Lez. n. 16. vbi affert. priuilegium Leon. X.*

37 Non poteſt Religio, Nouitium non ſoluentem, quod promiſerat pro alimentis, eiicere, Sed tantum poteſt cogere hęredes Nouitij ad ſoluendum. *Galuan. apud Vecch. diſp. 12. dub. 2. n. 2.* Non enim adeſt ſufficiens cauſa expulſionis. *Vide Azor. lib. 12 cap. 3. q. 6. to. 1. Sà. v. Religio. n. 8. Sanch. in decal. cap. 4. n. 4. & Barthol. à San Fauſt. lib. 5. theſaur. q. 191.*

38 Nouitius, ex minus iuxta cauſa è Religione egrediens, non peccat. *Suar. to. 3. de Relig lib. 5. c. 13. nu. 4.* In quo caſu poteſt Epiſcopus, per cenſuras compellere Religioſos, vt Nouitio reſtituant omnia, quæ ad

Re-

Religionem attulerat. *Trident.seß.25. cap.16.*

39 Superior,& omnes cum eo cōcurrentes ad iniustam expulsionem Nouitij, peccant mortaliter. *Peyr. de Præl.q.3.cap.1.§.4.cum Caiet.Paßarell Suar.Portell. & alijs, loc. cit.*

40 Post data suffragia, seu Nouitium ad Religionem receptum,ante tamē factam professionem, liberum est Monasterio,noua emergente causa,nouitium dimittere.*Peyr.ib.& Vech disp.12.dub.7.*Annus enim Nouitiatus datur,tam in fauorē Nouitij, quā Relig.

41 Nouitius in renunciatione bonorum,quæ fit infra duos menses ante professionem, potest sibi reseruare electionem puellarum,quibus suus hæres tenetur,quot annis,certam pecuniæ summam distribuere; de licentia tamē Superioris.*Vecch.disp.8 dub.13.n.2.*

42 Casu quo Nouitius ingrediens Religionem, fit vsufructuarius aliquorum reddituum durante eius vita,potest illos sibi retinere de licentia Superioris. *Peyr de subd.q.2.cap.2.§.1 ex doctrina Bart. in aut.Ingreßi de Sacrosanct Eccl.n.20.Graff.lib.3.de caſ.reſeru.c. 4.n.51.& Nauar.com.2.de Regul.n.38.*

43 Nouitij primò feruent, & postea deficiunt *can. Nouitianus & ibi gl ſi.7.q 1.*

Reliqua in v. Annus nouitiatus. Caſ. reſeruati Monaſterium.Profeßio.Religio.Votum.

OBE-

OBEDIENTIA.

1 OBedientiæ votum eſt præcipuum inter tria vota Religionis; Nam per illud offertur Deo propria voluntas, quæ potior eſt, quam corpus, quod offertur per caſtitatem, & exteriora bona, quæ offeruntur per paupertatem. *D. Th. 2.2. quæſt. 186. art 8. & q. 104. art. 3.*

2 Non obligatur Religioſus ad obedientiam formalem, ſed ad materialem, ideſt ad exequutionem rei, quæ præcipitur. *Suar. tom 4. de relig. lib. 4. ca. 14. & Leſſ. de iuſt. lib. 2. c. 46. dub. 6 n. 12.*

3 Prælatus cenſetur velle obligare ſub mortali, quando præcipit in virtute Sanctæ Obedientiæ, vel Spiritus Sancti, vel ſub pœna excommunicationis maioris. *ca. quia contingit. §. pe de Religioſis. dom. Caiet. 2.2. q. 186. art. 9. Valent. tom. 3. diſp. 10 quæſt. 4. punct. 5. Ledeſm. de ſta. Relig. in com. concl. 8. dub. 7. Azor. tom. 1. lib. 5. c. 6 q. 6 & Arragon. 2.2. q 62. art. 3.*

4 Obedire tenetur ſubditus ſui Superioris præcepto quomodocumque intimato, ſiue oretenus, ſiue ſcripto, ſiuè alio modo. *D. Th. 2. 2. q.* 186. Secus ſi voluntas Superioris, non ſit aliquo modo manifeſtata, licet alioqui ſubditus illam ſciat. *Vaſqu. 1. 2 diſp. 155. & Tolet. in ſum. tract. de ſept. pec. mort. c. 15. n. 10.*

5 Non tenetur verò obedire Superiori præcipienti actus merè internos, puta fidei, ſpei, caritatis, &c. nã Sup. nõ poteſt præcipere niſi de ijs, de quib. poteſt iudicare, quales sũt actus externi. *D. Th. 2. 2. q. 104. a. 5*

Li-

Limita nisi actus internus sit modus necessarius externi, vt si Superior præcipiat subdito, quod recitet diuinum officium, aut dicat missam pro aliquo, tunc tenetur habere actus interiores attentionis, & intensionis. *D.Th.ibid. Angel.in sum.v.Obed.num.1.& Lez. to.1.cap.4 n.5.cum communiori.*

6 Obedientia nō est circa ea, quę sunt omninò supra regulam, vt sunt v. g. nimis macerares corpus, magnæ austeritates, subire martyrium, &c, Sed tantùm circa ea, quæ concernunt regulam, vel explicitè, vel implicitè. *D.Th.ibid.ad 3.Lezan. nu.13.Sanch.6.in decal.cap.2.num.15.Vasq.1.2.disp.155.ca.4.& Angel. in flor.2.p.q.1.de voto art.2.*

7 Obedire non tenetur subditus Prælato præcipienti sibi aliquid, propter suspicionem delicti, quod re vera non commisit; innocens enim non debet puniri. *Nauar.in sum.c.23.Vasq.1.2.disp.174.c.vlt. & Lez. n.14.*In publico autem, ratione scandali, tenetur. *ibid.*

8 Si propositis causis Superiori quare subditus obedire non possit, adhuc Superior in sua volūtate persistit, tenetur subditus obedire. *Aluarez.tom.2.de vita spirit.lib.5.p.3.cap. 13.& Alphon. Rodriq. 3.p. exerc. perf.tract.15.c.15.cum D Bonauet.in Speculo.c.4.*

Limita nisi id, quod præcipitur sit in præiudicium animæ, vel honoris, sed saltem sit indifferens, & dubium. *ibid.*

9 Religiosus non obediens suo Prelato non pecat dupliciter nempe contra Religionem, & Obedientiam. *Villalob.tom.1.tract.9.dub.36.num.14.& Perez. in reg.D.Benedict.c.5.n.23.*

10 Obedire tenetur Religiosus in suo Prælato præcipienti, vt eat ad commorandum in loco aeris intemperie laboranti; hoc enim est conforme regulę, & necessarium, pro conseruatione Conuentuum Ordinis. *Peyr. de subd. q. 1. c. 11.*

Limita nisi Prælatus hoc præciperet ex odio, & mala voluntate. *ibid.*

11 Si Prȩlatus præcipiat subdito, vt tempore pestis, vel alterius mali contagiosi, ex quo imminet periculum mortis, ministret infirmis suæ Religionis, tenetur subditus obedire. Nam Religiosos præstare sibi inuicem hæc ministeria spectantia ad conseruationem Religionis, concernit regulam, & sic ad ea tenentur, etiam cum periculo vitæ, sicut etiam tenentur milites prȩliari vel esse in certo loco, cũ periculo vitæ. *Caiet. to. 3. opuscul. tract. 9 q. vnic. Rodriq tom. 3. q. 31. ar. 3. & Lez. num. 19.* Secus si præcipiat, vt ministret extraneis; hoc enim est supra Regulam. *Lez ibid.*

Limita iu casu defectus Parochi; nam Mendicantes, quorum institutum est, saluti proximorum incumbere, sunt coadiutores Episcoporum, & Parochorum *D. Th. 2. 2. q. 118. ar. 4. ad 5. Sanch. 6. in decal c. 2. n. 54. & Rodriq. loc cit. ar. 4.*

12 Obedire tenetur subditus Prælato non solum in rebus, quas scit esse licitas, & honestas, sed etiã quando dubitat an ita sint, dummodo non constet esse malas, & illicitas. *Nauar. in c. si quis autem. num. 114. de pænit. dist. 7. & in sum. cap. 23. & Bannes. 2. 2. quæst. 40. artic. 1. dub. 6.*

Amplia ad casum, quo subditus dubitat an res prȩ-

cepta excedat limites potestatis Superioris, vel regulæ: vel quando solum probabiliter iudicat esse malum, quod præcipitur; Dum enim hoc non constat euidenter, tenetur subditus obedire. *Lez.nu.25.& 26.*

13 Licet subditus non teneatur obedire Superiori excommunicato non tolerato: si tamen sit toleratus, tenetur obedire. *Lez.tom.3.v.Excommunicatio.citans Vgolin.& Cornex.* Peccat tamen Prælatus vtendo tunc sua iurisdictione. *ibid.*

14 Prælati Religionũ, etiam si sint Generales, non possunt eximere aliquem Religiosum ab obedientia sui prælati immediati. *Silu.v. casus qu. 1.cas.5. & Mirand.in man.tom.2 q.7.ar.6 Contrarium videtur docere Suar to.4.de Relig.tract.8.lib.2.cap.2.num.22.*

15 Obedire tenentur Religiosi summo Pontifici, non solum quatenus est caput Ecclesiæ, sed specialiter ratione voti obedientiæ in professione emissi. *S. Thom 2.2.quæst. 186.artic.5.& ad 3.& Ban.2.2.quæst. 11.artic. 10.dub.6.*

Limita nisi Papa præcipiat aliquid, quod sit simpliciter supra regulam. *Silu.v.religio.6.q.6 Cordub.in reg. cap.10.q.2.p.6.Less.2.de iust.cap.41.dub.9.Sanch.in decal.cap.2 n.22.& Peyr.de subd q.1.c.8.§.1.*

16 Ab obedientia Generalis appellari non potest. *Sixtus IV.apud Casarub.in comp. v. Generalis num. 14. & Iulius II. apud eundem.v.appellare nu.3. & Peyr. de subd.q.1 c.12.vbi plura ad intentum.*

Reliqua in v. Inobedientia. Subditus.

1 OBlati, seu Donati sunt, qui se, & sua dicarunt Monasterio, habitu tamen non mutato, saltem simpliciter. *Abb. in cap. non est de Regul. Rodriq. to. 3. q. 21. ar. 1. & Sanch. 6. in decal. c. 7. n. 9*

2 Si tria vota essentialia Religionis emittunt, sunt veri Religiosi. *Rodriq. to. 3 q. 69. art. 8 & quæst. 52. art. 7.* Secus autem si vnum tantum aut duo. *Lezan. tom. 2. cap. 8. num. 3.*

3 Oblati omnes sunt personæ Ecclesiasticæ, gaudentque priuilegio fori, & canonis. *Barbos. de off. & potest. Epis. alleg. 12. n. 38. & 39. & Rodr. to. 2. q. 123. ar. 1. & tom 3. q. 1. art 8.*

4 Qui veram professionem trium votorum emittunt sunt exempti à gabellis, & tributis secularibus. *Flor. de men. var. lib 2. quæst. 21. n. 194. & Barbos n. 38.*

Amplia ad eos, qui, & si veram professionem non emittunt: se tamen, & sua monasterio tradiderunt, habitu aliquo modo mutato. *Barb. ibid. & Lez. n. 8. vbi adducit quasdam declarationes Sac. Cong.*

5 Oblati, vt possint gaudere priuilegio fori canonis, & immunitatis à gabellis, & exactionibus secularibus, requiritut oblatio ipsorum sit perpetua, & irreuocabilis. *Rodriq tom. 3. q. 1. ar 8. & Lezan. n. 11. adducens declarat. Sac. Cong.* Debent etiam viuere intra septa Monasterij, & sub obedientia Superiorum. *Trid. sess. 24 cap. 11.*

6 Vxoratus potest admitti in Oblatum Religionis. Imo, post oblationem factam, potest de licentia

Su-

Superioris Religionis, matrimonium contrahere. *Didac. in cap. Alma Mater. 2. p. §. 2. num. 8. Rodriq. ibid. & Lezan. num. 10.*

7 Qui professionē nō emittunt capaces sunt proprij sibiq; anquirere possunt, quādo scilicet nō tradiderunt Religioni nisi solum sua bona præsentia, non verò futura. *Sanch. 7. in decal. cap. 34. n. 1. & Lez. n. 12.* Sique aliqua bona sibi reseruarunt, de illis testari possunt. *Rodriq. to. 3. q. 69. ar. 8.*

8 Licet in Religione professionem emiserint; non possunt tamen ad Prælatias, seu dignitates illius assumi nec esse Socij, aut Discreti pro Capitulis Generalibus, seu Prouincialibus, nec illa munera exercere, quibus annexum est habere vocem actiuam, aut passiuam in electionibus. *Rodriq to. 1. q. 15. art. 2. Suar to. 4. de Relig. trac 8 lib 2. c. 3 nu. 20. Corn. to. 2. in 3. p trac. 5. de excom disp. 2. dub. 5. & Lezan. num. 18. ex Trid. sess. 22 cap 4.*

9 Possunt quidem in Religione habere officia manualia, vt esse Procuratores Monasteriorum, Sacristę, Oeconomi, &c. *Lez. n. 20.*

10 Si Oblatus, qui veram professionem non emisit, eo onere sit grauatus, vt eius bona transeant ad aliquem tertium, si sine filijs decesserit, dicta bona non transeunt ad Monasterium *Angel v. Hæres. nu. 16. Tabien. q. 12. n. 13. & Sanch 7. in decal. c. 16. n. 28.*

11 Qui professionem non emittunt, possunt admitti ad Religionem in Monasterijs, vbi non sunt Nouitiatus à Sede Apostolica approbati. *Lezan. tom. 2. cap. 8. num. 28.*

Pos-

12 Possunt ad alias Religiones transire. *Suar. to.4. de Relig.trac.8.lib.3.c.10.n.1.& Sanch.c.7. num.9.*

13 Qui professionem trium votorum emittunt gaudent priuilegijs suarum Religionum. *Lezan. num 30 adducens priuilegia Pontif.*

OBSERVANTIA.

1 IN obseruantijs Religionum, siue sint ex Regula, siue ex Constitutionibus, siuè obligent ad culpam, siuè non possunt Prælati dispensare cum suis subditis *Rodriq.to.1.q.26.art.1.& Suar. tom.4.de Relig.tract.8.lib.2.*

2 Supræmus prælatus Religionis, vel potest in dictis obseruantijs secum dispensare, *Cordub. in add.ad. Sorb.v.accedere ad monast.monial.* vel dare facultatem alicui Confessario, qui secum dispenset. *Suar ibid.*

Reliqua in v.Regula.

OBSES.

1 MOnachus, etiam inuitus, potest dari in obsidem pro debito Monasterij ex imperio Abbbatis, vel Monasterij *D.D.repr.gl 1.in cap.ex rescripto.9.de iureiur.*

OFFICIVM.

1 OFficium est administratio sine preeminentia, & iurisdictione, qualis reperitur

tur in Sacristia, Procuratore, & Vicario Conuentus in præsentia Prælati. *Rodriq.to.1.q.23.a.9. & q.13.art. 18 & Lezan.to.2 c.13.nu.2.*

2 Officiorum nomine, iuxta communem sensum plurium Religionum, & decretorum Sum. Pont. veniunt etiam prælatiæ, seu dignitates, dum in illis apponitur pœna priuationis officiorum. *Portell. in dub. Regul.v.offic.ord.in add.n.2.& Lezan.n.7.*

3 Officium, ex quo commissum est alicui, censetur commissa & illa, sine quibus officium commodè expediri non potest. *gl. ratione in c. cum voluntate 54. §.fin. de sentent. excom.*

4 Non obstantibus constitutionibus Religionum, quibus cauetur, ne quis assumatur ad aliquod officiũ nisi v.g. post triennium, vel sexennium, si pauci dies defecerent, puta viginti, aut viginti quinque, poterit nihilominus eligi ad tale officium. *Nauar.lib.1.cons.de ætat.& qualit.cons.7.& Rodriq.to.2.q.q. Regul.q.52.a.* 12.quia paruum istud tempus pro nihilo reputatur.

5 Vt quis dicatur exercuisse aliquod officium, nõ requiritur certa continuitas temporis, sed satis est quod dictum officium existat tempore, quo perficiatur actus, & non habitus. *Rot.decis.496. per Farinac. p.1.recent.* Imò verificatur in eo, qui vnica vice officiũ exercuit. *Bart.in l.legatum.n.4.ff. de legat.3. & in l.in-uiti.§.qui quæstum ff.ad l.Iul.de adulter.* seù sufficit vnicus actus. *Stracca tr.de mercat.p.1.n.9.& 10.*

6 Officia, vel administrationem iurisdictionis, si qui prætio adipiscantur, priuantur illis; & inhabilitãtur perpetuò ad alia. *Extrau.Et si nos diuina Sixti V.*

1 Tenentur ad soluendum diuinum officium Religiosi omnes, non solum, qui in sacris ordinibus sunt constituti. *c. Præsbiteri. de celeb. miss. & c. dolentes. D.T. quod. lib. 6. a* 8. Sed etiam alij professi, qui non sunt in Sacris, dummodo sint Choro destinati. *Io: Medin. C. de orat q. 7. Dian. p* 6. *tr.* 8. *resol.* 12. *& p.* 7. *tr.* 11. *res.* 4. *& Lezan. to.* 1. *c.* 12. *n.* 3. *& to.* 5. *fol. mihi.* 629. vbi tamē, satis probabiliter, excusat eos professos, qui semel, aut bis, propter aliquam nōtabilem occupationem, officium non recitauerint.

2 Si in Religione non sit consuetudo vt professi sint Choro destinati, vti est in Societate Iesu, cessat in illis obligatio persoluendi diuinum officium. *Graff p. p. decis. lib.* 3. *c.* 5. *n.* 59.

3 Superior, ex iusta causa, potest cū suis Religiosis dispensare circa recitationem officij. *Diana* 2. *par. tr.* 12. *resolut.* 19.

4 Professi Choro destinati, si ad Conuersos fuerint deiecti, nō amplius tenebuntur ad officium diuinum. *Peyr. de subd. q.* 1. *de obed. cap.* 24. §. 3.

5 Monachus habens facultatem viuendi perpetuò extra Monasterium, vel ducendi vxorem, si non sit in sacris, immunis est ab onere dicendi diuinum officium. *Sanch. de Matrim. lib.* 8. *disp.* 8. *n.* 11. *& Bonac. de hor canon. disp.* 1. *q.* 2. *punct.* 2. *n.* 4. Secus de Religioso viuente extra Conuentum tantum per aliquod tempus. *Bonac. ibid.*

6 Religiosus ad officium diuinum obligatus li-

cet sit suspésus, interdictus, aut depositus, adhuc manet cum onere officium persoluendi. *Nauar. in sum. cap. 7. num. 17.*

7 Non vtentes Breuiario Romano tenentur ad officium B.V. tàm in choro, quam extra, si in illorum Religionibus sit præceptum, aut consuetudo illud dicendi. *Suar. tom. 2. de Relig. lib. 4. c. 13 & 25. Th. à Iesu in exposit. reg. Carmelit. 3. p. cap. 7. dub. 4. §. 1. & Lezan. tom. 1. cap. 12. num. 21.*

Amplia ad psalmos Pœnitentiales, Graduales, & Officium Defunctorum. *Suar. ibid.*

8 Omnes Ecclesiæ Regulares tenentur psallere quotidiè in Choro horás canonicas. *Clem. 1. de Reg. Suar. c. 10.* Tenenturq. eorum Prælati, sub mortali, efficere, vt officium diuinum, debitis horis, & statutis temporibus persoluatur. *Clem. 1. de celeb. miss. Caiet. v. Hora. §. 4 & Med. C. de orat. q. de horis canon. dub. 1.*

9 Quilibet Religiosus tenetur recitare officium, iuxta Breuiarium pro suo Ordine approbatum. *c. de ijs. & c. placuit. dist. 12. Caiet. v. horæ. §. 2.* Quæ obligatio est sub mortali. *Sot. de iust. & iur q. 5. a. 4. & Lezan. to. 1. c. 12. n. 18.* Vide tamen dicta v. Breuiarium.

10 Priuilegium Leo X. concessum Minoribus, quod dicendo officium satisfaciant, nō integrè verba proferendo propter negligentiam, imperitiam, aut malam pronunciationem, & quod illi, qui cum talibus malè pronunciantibus dicunt officium, non teneātur reiterare ab alijs imperfectè dicta, aut non integrè audita; quodq. ea, quæ in ordinario iubentur dici secrete, non teneantur proferre vocaliter, sed satisfa-

ciant dicendo mentaliter, aut legendo inter se librũ, hodiè vacat, cum sit viuæ vocis oraculum. *Peyr. to. 1. priuil. in const. 28. Leon X. nu. 4. vide Confet. in priuileg. mend in Leone X.*

11 Regulares nō possunt addere Calendarijs, etiā proprijs, Sāctorum officia, nisi ea dumtaxat, quę Breuiarij Romani rubricis, vel Sacræ Rit cong. seu Sedis Apost. licentia, cōceduntur. *Sac. Cōg. Rit. 8. Apr. 1628.*

12 Officium defunctorum, quod dicitur die 2. Nouemb. obligat etiam extra chorum sub mortali. *Sot. lib. 10. de iust. a. 1. Graff. 1 p. decis. lib. 2. c. 53. n. 23. Suar. 2. de Relig. lib. 4. c. 25. nu. 9. & Peyr. de Præl. q. 1. c. 4. nu.* 124 quia est pars officij illius diei.

Amplia ad litanias maiores in die S. Marci, & in tribus diebus Rogationum. *Suar. ibid. n. 8.* Nō desunt tamen, qui contrarium probabiliter asserunt apud. *Pelliz. tr. de monial. c. 6. n. 19. & in man. tr 5. c. 8. n. 48.*

13 Si propè Monasterium, vel Ecclesiam sit Faber ferrarius, vel alij malleatores, qui propter strepitum turbent officium, & cultum diuinum, possunt expelli *argum. can. pridem. 18. q. 2.*

Reliqua in v. Breuiarium. Chorus. Horæ canonicæ.

OLEVM SACRVM.

1 ORdinarij permittāt oleum Sacrum apud Regulares, ad eorum vsum tantum. *Sac. Cong. 13. Iulij. 1589. apud Gauant. in man. v. olea Sacra. num 9.*

1 EXempti sunt Regulares omnes, non solum ab oneribus personalibus sordidis, qualia sunt fossas facere, onera portare, purgare cloacas, &c.*l.2.Cod de Epis.& Cler.c.generaliter & c.placet 16. q.1.Baccon.in 4.dist.12.a.2.& Azor.to.3 instit.lib.5.c.19.qu.12.* Sed etiam à personalibus indifferentibus, qualia sunt custodia Ciuitatis, portarum, aut murorum, tempore pestis, vel belli.*c peruenit de immunit. Eccl. Lauret.de Franch.in controu.Regul & Epis.in q.q. q 94.& 95.& Lezan to.2.c.1.n.34.*

Limita in casu magnæ penuriæ virorum. *Lez.ibid.*

2 Imponentes Regularibus, & eos cogentes ad supradicta onera, incidunt in excommunicationem, de qua *Thesaur.in pra c.v.immunitas c.2.& 3.*

3 Quando in Parlamentis præbetur aliquod donatiuum Principibus pro custodia Regni, reparatione pontium, &c. non tenentur ad illud soluendum Regulares.*Suar contra Reg Angl.lib.4.cap.2.4.& 26. & Dian.tract.de parlam.resol.22.*

4 Exempta sunt loca omnia nostrę Congregationis Fesulanæ acquisita, & acquirenda, ac etiam personę omnes nostrę, ab omnibus impositionibus, subsidijs, collectis, taleis, & alijs grauaminibus, per quascumque personas impositis, & imponendis. *c.42.65.73.102 & 132.nostrorum priuil.*

5 Non possunt cogi Regulares ad onus hospitandi milites. *Piasec.in prax Epis.p.2.c 4.n 56 Molfes.in sum. Theol.mor.p.2.tr.12 c.22.nu 166.& Dian 4.p tr.*

 1.resol.

1 *resol.32. adducens declarationem Sac.Cong.*

6 In quibus teneantur Regulares ad aliqua onera, tum realia, tum personalia, *vide Laym.lib.4.tr.9.c.6.n.7. & Thesaur.loc.cit.*

Reliqua in v. Exemptio. Gabella.

O P E R A.

1 OPera bona subditorum possunt à Prælatis Religionum applicari alijs, per literas communicationis. *Casarub in comp.v.indulgent. exhibent.n.6. D.Th.in 4.dist.20.q.1.art.1. & in add.ad 3.p. quæst.26.art.1.* De his literis communicationis *Peyr. in formul.lit.P cap.11.*

Reliqua in v.Benefactores.Bona spiritualia.

O R A C V L V M.

1 OMmnia viuę vocis oracula hodiè abrogata, & cassata sunt ab Vrb. VIII. 20. Decemb. 1631. etiamsi à Cardinalibus firmata sint. *Lezan.tom.1.cap.3 nu.21.*

Limita primò quo ad oracula, quæ non sunt priuilegia, facultates, licentiæ, aut gratiæ, sed meræ declarationes, aut explicationes. *Peyr.tom.2. priuileg. in const.8 Paul.V. num.1.*

Limita secundò, quo ad ea, quæ sortita sunt suum effectum; & etiam respiciunt effectum pro tempore futuro. *Leza.ibid. & Dian.p.8.tr.7.Miscel.res.58.*

2 Prædicta Vrb. VIII. constitutio non comprehendit

-hendit illos officiales Sanctitatis suæ, quibus ratione muneris suorum, antea de summi Pontificis oraculo, fides haberi solebat. *Idem Vrb.* 11. *April.* 1635. *in suo motu proprio apud Peyr. in formul. lit. Z. append.* 4. *Vide. v. Protector. nu.* 11.

ORATIO.

1 NOn possunt Regulares cogi ad interueniẽdum orationi quadraginta horarũ in Cathedrali. *Sac. Cong. apud Barb. in coll. v. Regulares.*

2 Non est aliquod diuinum præceptum obligans Religiosos ad orationem mẽtalem. *Nauar. in Enchir. cap.* 20. *nu.* 67. Licet enim Religiosi teneantur tendere ad perfectionem: non tamen tenentur tendere ad illam per omnia media, sed solũ per vota, quæ promiserunt, vel per ea, quæ continentur in Regula.

3 Est tamen, moraliter loquendo, simpliciter necessaria Religiosis ad consequendum finem intẽtum in suo statu. *Caiet.* 2. 2. *quæs.* 82. *art.* 3. & *Lezan. to.* 1. *c.* 7. *nu.* 24. & *to.* 5. *pag mihi* 625. Vnde Religiosus contemnens orationem mentalem non tendit ad perfectionem. *Caiet ibid.* & *Duard in bulla cœnæ lib.* 3. *in* §. 8. *pag.* 735. *num.* 11. & 12.

4 Oratio mentalis est vnicum Prælatorum solatium. *Peyr de Præl. q.* 3. *c.* 9. *n.* 6.

ORATORIVM.

1 POssunt fieri Oratoria intra claustra Regularium. v. g. in infirmarijs, in quibus Missa

celebretur. *Peyr.in const.Pyrrh n.30. & 31.* citãs priuilegia, quæ non sunt sublata per Concil. Trid.

Amplia ad Grangias Monasteriorum, seu Prædia ipsorum vtilitatis, & recreationis causa acquisita, iuxta dicta *v.Missa num.1.*

2 In supradictis Oratorijs potest celebrari Missa cũ Altari portatili. *Lezan.to.5. in Mari magno Minim. §.7. citan: Emin.de Lugo Rodriq.Portel. Villalob.Marchin.Pasqualig.& alios DD.*

Reliqua in v.Missa.

ORDINARIVS.

1 PEr Ordinarium intelligitur Episcopus de iure. *gl.loci.in cap.2.de vsur.in 6.* Respectu verò Regularium intelligitur Superior ipsorum. *Nauar.cõs.21.de temp.ordinat.* Et quilibet alius Superior, qui habeat iurisdictionem in materia sibi adaptabili, & proportionabili. *gl.in c.vt animarum v. Ordinariorum. de const.in 6. & in c.Ordinarij.v.locorum.de offi.ord.eo. lib.6. vbi Gemin.num.5. Vide Barbos.de signif. verb.appell.176.per tot.*

2 Regulares, siuè intra, siuè extra claustra degentes, non comprehenduntur. *in c. volentes.de priuil.in 6.* quo statuitur posse Regulares exemptos trahi coram Ordinarij. Neq. *Conc. Trid.sess 7.cap.14.* tale decretum innouantis. *Peyr.to.1.in priuil. in const 2. Sixti IV. nu.32. Nouar.in Lucer.v. causa à num.3. & Lezan. tom.3.v.caus.iudic.Regul.à nu.6.*

3 Ordinarij non possunt se intromittere in delictis

lictis Regularium, nisi quando ea fuerint notoria,& scandalosa. *Trid.sess.25.de reform.c.18.& sess.14.c.7.*

Limita primo quoad eos, qui curam animarũ exercent. *Greg.XV.in const.de exempt. priuil.* (quæ tamen constitutio non est recepta in Regnis Hispaniarum.)

Limita secundò si Regulares delinquant circa personas intra septa degentes, aut circa clausuram, vel administrationem bonorum Monialium. *Greg. XV. ibid. Lezan.tom.1.c.25.n.4.& tom.2.c.1.n.37.*

4 Etiam in casibus, in quibus Exempti tenentur Ordinario obedire, si non obediant, non potest Ordinarius illos capere, & captos carceribus mancipare. *Natt.cons.257.n.7.& Tambur.de iur. Abb. tom. 1. disp.15.quæst.7.num.41.*

Limita nisi sit periculum fugæ. *Felin. in c.fin.de for. cõpet.n.7. Roder.to.2.q.63.a.3.& Enriq.in sũ.lib.7.c.25*

5 Ordinarius suplet negligentiam Abbatis non reuocãtis Monachũ vagabundũ. *c quanto.de off:Ordin.*

6 Non potest Ordinarius recipere sub sua protectione Fratres extra claustra degentes, vel eos detineret inuitis Superioribus. *Casarub. in comp. priuil. v. Apost.ab Ord.cum annot.Cord.& Sorb.& Lezan.tom. 1.c.16.n.15.& tom.2.c.1.num.39.*

7 Si Mendicantes, cqram Ordinarijs conueniantur, non tenentur ostendere priuilegium suæ exemptionis, sed tãtum respondere se esse exemptos ab ipsorum iurisdictione. Quo facto statim recurrant ad suos Conseruatores. *Sanch.tom.2.cons.mor. lib.6.c.9. dub 4.& Lezan.tom.2.c.1.n.74.*

8 Et si Prælati Regulares negligentes sint in suorum

rum subditorum in correctione, non propterea ius aliquod deuoluitur ad Ordinarios, sed ad Prælatum Superiorem Prælatis supradictis negligentibus. *Sãch. ibid. dub. 1. num. 26. & Enriq. de indulg. cap. 25. num. 4.*

9 Nõ possunt Regulares, coram Ordinarijs, si sint sub regulari obseruantia, à suis creditoribus trahi; habent enim proprium Superioriorem. *Peyr. tom. 1. priuil. in annot. ad const. 2. Sixti IV. n. 30. adducens. declarationem Sac. Cong. 19. Iulij. 1573.*

10 Ordinarius loci potest rationem exigere à Religiosis, etiam exemptis, de testamentorum exequutionibus, quas gesserunt: & si circa id deliquerint, poterit illos punire. *Clem. 1. de testam.*

Reliqua in v. Episcopus.

O R D O.

1 POssunt Regulares ad Sac. Ordines àdmitti si bene legere, & cantare sciant, quãuis deficiant, aliqua ex parte, in lingua latina. *c. nullus de temporibus ordin. in 6. gl. 1. in Clem. 1. de concess. præben. Rodriq q. 24. ar. 7. Bariol. v. Regulares, & v. Sacerdos, & Dian. p. 5. tract. 2. resol. 86.* Non enim ordinantur ad titulum beneficij, vel curam animarum.

2 Possunt Episcopi nõ examinare Regulares ordinandos, sed credere literis dimissorijs suorum Superiorum circa eorum sufficiẽtiam, & doctrinam. *Peyr. de Præl. q. 3. c. 7. citans Mirand tom. 1. in man. q. 39. art. 4. Portel. in addit ad dub. Regul. v. Ordo sacer. Rodriq. to. 1. q. 24. art. 7. & Tamb. de iur. Abb. tom. 2. disp. 2. q. 21.*

Re-

3 Religiosi non ordinantur ad titulum beneficij, vel patrimonij, sed paupertatis. *D. Anton. 3. p. tit. 14. & Nauar. in man. cap. 27. num. 258.*

4 Regularis sciens suam professionē esse nullam, peccat mortaliter, si accedat ad Ordinem sacrum, & incurrit pœnas, quas incurrunt Clerici sæculares ordinati sine beneficio, aut patrimonio. *Portell. in dub. Reg. v. Ord. sacr. n. 8 & Dian. trac. 2. de dub. Reg. res. 113.*

5 Duo Ordines Sacri, eodem die, neque Regularibus possunt conferri. *Trid. sess. 23. de reform. c. 13.*

6 Regulares, post Concilium Trid. non possunt, extra tempora ordinari. *Trid. sess. 23. cap. 8. de reform. Mirand. in man. tom. 1. quæst. 38. art. 4. Rodriq. tom. 1. q. 18. art. 6 Scort. in select. bull. theor. 379. & Peyr. tom. 1. priuil. in const. 2. Sixti IV. n. 38.*

Limita in partibus Indiarum Occidentalium. *Vrb. VIII. Fratrib. S. Franc. de Obseru. const. 44. to. 4. bullar.*

7 Nouitij Religionum, si ordinari volunt, debent obseruare decretum *Trid. sess. 21. c. 2. Peyr. to. 1. priuil. in const. 2. Sixti IV. §. 11. num. 37. & Gauant. in man. v. Ordo in gen. num. 29.*

8 Episcopus potest ordinare Nouitios alibi natos dūmodo degant in Monasterijs suæ diæcesis. *Barbos. alleg. 2. n 8. & alleg. 4 num. 62.*

9 Non vero potest ordinare Monachum exemptū, sine licentia proprij Abbatis. *Barb. alleg. 111. n. 17.*

10 Regulares degentes in Monasterij nullius diæcesis, ordinādi sunt ab Episcopo viciniori. *Nald. v. Ordo. n. 26. & Peyr. to. 1. priu. in const. 2. Sixti IV. §. 11. n. 36*

11 Etiam in suis Monasterijs non possunt ab extra-

neo

neo Episcopo ordinari, sine licentia Diæcesani. *Trid. sess.6.c.5.Mirand.in man.to.1.q.38.ar.3.Rodriq.tom.3. q.24.ar.2.& Ricc.4.p.prax.dec.118.n.4* quia quo ad Ordines subduntur omnino Episcopo loci.

12 Excommunicatio, quam solet ponere Episcopus ante ordinationem contra eos, qui ordinantur habentes aliquod impedimentum occultum, afficit etiam Regulares. *Nauar.c.25.n.72.& Peyr.to.1.priu. in const.1.Iulij II.§.16 num.39.*

13 Si Diæcesanus abest, vel non est habiturus ordinationes, possunt Regulares à quocumque alio Episcopo ordinari, dum tamen ab eo, à quo ordinantur, examinentur quo ad doctrinam, & dum Superiores Regulares non distulerint, de industria, cōcessionem dimissoriarum in id tempus, quo Diæcesanus absfuturus est, vel non est habiturus ordinationes. *Sac. Cong. de mandato Clem.VIII.apud Lezan.to 1.c.14.n.12.*

14 Regulares, in literis dimissorijs, quas concedunt suis subditis, debēt exprimere causam absentiæ Diæcesani, vel ordinationum ab eo non habendarum, sub pēnis priuationis officij, & dignitatis, seu administrationis, vocisque actiuæ, ac passiuæ, & alijs, arbitrio Sāctissimi reseruatis. *Quarant.in sum. bullar. v. Ordo, & Mirand.in man.to.1.q 38.ar.2.* His verò dimissorijs tenentur Episcopi stare. *Peyr.de Præl.q.3.c.7.*

15 Religiosus ordinatus sinè literis dimissorijs sui Superioris, tandiù est suspensus, quandiù eius Ordinario videbitur expedire. *Trid.sess.23.c.8.de reform. & sess.13.cap.2.Vide Ricc.3.p.prax.resol.236.n.3.*

16 Prælati Regulares non possunt, ad solum effe-

ctum

ctum ordinationis, subditum localem constituere in aliquo Episcopato,& sequuta ordinatione, illum statim remouere; hoc enim est in fraudem proprij Episcopi,& constitutionum Sum.Pont.*Peyr. ibid.n.7.*

Fallit in aliquibus casibus,de quibus *Peyr. ib.n.* 4.

17 Dispensare Regulares in interstitijs, non pertinet ad Prælatos Regulares, sed ad Episcopos ordinantes.*Passarell.in comp fol.*223.*Mirand.tom.*1.*q.*38.*art.*2.*& Lezan.to.*1.*c.*14.*num.*15. *vbi adducit declarationem Sac.Cong.*

Limita in Abbate Regulari ordinante suos subditos in minoribus *Mirand. vt sup. Sorb. v. Ord. Sac.* §. *quando verò Rodriq.to.*3.*quæst.*24.*ar.*3.*& Campanil.in diuer.rubr.*12.*c.*13.*n.*42.

18 Cum Religioso ordinato per saltum, etiã scienter, si tamen non ministrauit in ordine malè suscepto, potest Prælatus Regularis, in foro conscientię dispensare, vt ordinem prætermissum suscipiat,& deinde in malè suscepto ministret.*Maiol.de irregularit.lib.* 4.*c.*12.*n.* 2.*Nauar.in man.c.*27.*n.*242.*Barbos.de potest. Epis.n.6.& de Cler.Ord.per sal.num.*5.*& Campanil.ib.* 10.*cap.vn.num.*5.

Amplia etiam in casu, quo ministrauit etiam scienter in ordine malè suscepto, quando delictum est occultum.*Peyr.de Præl.q.*3.*cap.*7.*num.*14. *citans Maiol. Campanil.Barbos.Ricc.Bonac.& alios.*

19 Si contingat Religiosum Doctorem velle ordinari, examinari non debet, quia supponitur notoriè litteratus.*Enriq. in sum.lib.* 10. *cap.* 18. *& Barbos. de clausul.claus.*151.*n.*4.

Non

20 Non tenentur Religiosi morem gerere Episcopis volentibus in eorum Monasterijs Ordinationes facere. *Lezan.tom.5.fol.mihi 370 n.44. adducit priuil. Pont.& congerit plures D.D.* Monasteriū enim exemptum se habet ac locus extra Diœcesim *Roland. cons. 33.nu.23.Enriq.in sum.lib.7.c.15.§.4.& Barbos.de off. & pot.epis.p.3.alleg.80.num.9.*

21 Non comprehenduntur Regulares decreto, quo statuitur, ne Ordines cōferantur vltramontanis, absq; Sanctitatis suæ, vel Sac.Cong. licentia. Nam in decr. generalibus non comprehenduntur Regul. nisi specialiter nominentur. *Sac.Cong.30.Decemb.1617.apud Barbos.in collect.bull.v.Regulares.*

O T I V M.

1 OTium est maximè perniciosum Claustralibus. *Peyr.de subd.q.3.ca.2. pag.193.*

2 Vitare otium non est merum consilium sed continet præceptum *Thom.à Iesu initio p. 4.sup. reg. Carmel.& sup.cap.15.glos.2.*

3 Otiosus in foro exteriori non est, nisi qui nihil operatur, etiam si mala, & vana operetur: in foro verò Dei, otiosus est, qui nihil boni facit. *Valer. in diff. vtr.for.v.Otiositas.diff.vnic.*

Reliqua in v.laborare.

PACTA.

1 Pacta inita per Fratres Mendicantes cum Rectoribus parochialium Ecclesiarum, super parochialibus iuribus, si facta sint per Priores, vel Guardianos de consensu Conuentuum, seruanda sunt, dummodò aliàs sint licita, & honestà. *c.fi.de pactis in 6.* Etiamsi non sint confirmata à Prouincialibus, vel Generalibus, vel à Sede Apost. *Barbos.in cap.fin. cit.num.*1.*& Viu.in rational iur.Pontif.lib.*1.*fol.*497.

2 Pactiones omnes factæ pro spiritualibus obtinendis, nullius sunt momenti. *ibid.*

3 Pacta, à Monialibus Ordinis Mendicantium, etiam sine consensu, & auctoritate Superioris possunt celebrari. *Menoch.cons.*73.*n.*13.

4 Pactum etiam iuratum nullum effectum habet contra publicam vtilitatem. *Grat.disc.for.c.*451.*n.*23.

5 Pacta inducentes grauiter sunt puniendi. *c.quia propter, c.cum terra.de elect.*ibi *Abb.Nauar.lib.*1 *cons. tit.de elec.cons.*3. Auferunt enim libertatem, redduntque actiones nullas *Castell.de elect c.*3 *n.*5.

PAPA.

1 Papa est Pater Regularium potiori in re, quam aliorum Christianorum, etiam Clericorum, etiam Episcoporum. *Peyr.de Præl.q.*3.*c.*3.*n.*26. Vnde tamquam Religionum Generalissimus, habet in eos

ſolum tenetur votis Religionis generalibus, & præcepto portandi habitum, ſed etiam votis, & obſeruantijs, ſpecialibus, quatenus non repugnat muneri, quod gerit. *Silu v. Religio.7.quæſt.11.& Azor.lib.12.cap.19.quæſt.15.*

2 Monachus non debet conſtitui in Eccleſia parochiali ſubiecta monaſterio ſine ſocio ſui ordinis. *c. 2. de ſtat. Monach. & ca. quod Dei timorem eod Sanch.6. in decal cap.6.num.vlt.*

3 Tenetur ſoluere officium diuinum iuxta ritum Eccleſiæ, cui deſeruit. *Sanch. ibid. num. 38. & Roſell. v. Monachus num.5.*

4 Parochus Regularis ab Epiſcopo approbatus ad curam animarum, non poteſt à ſucceſſore examinari, niſi examinentur etiam alij Parochi. *Peyr. in formul. lit. C. c.13. per totum ex Trid. ſeſſ.23. c.15. de refor. & pluribus DD Vide Dian.4.p.reſol.49.tract.4.*

Reliqua in v. Curatus.

PATER.

1 PAter factus Religioſus perdit patriam poteſtatem. *Graff. deciſ. lib.2. cap.56. nu.14. citans Bartol. in l. Patre. ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur.*

2 Si ſe, & filium impuberem, cum bonis ſuis obtulit Monaſterio, filius factus maior exire poterit Religionem, & legitimam petere à Monaſterio. *c. cum ſimus. de Regul.*

3 Pater poteſt reuocare Filium, qui ingreſſus eſt Religionem, ſi eo abſente ingreſſus ſit, & infra legiti-

mam ætatem. Secus si Patre præsente, & non contradicente *cau.1.20.q.2.*

4 Si Pater efficiatur Monachus, tenebitur Monasterium præstare alimẽta eius filio etiam spurio: prout è contra, Patri inopi, si filius ingrediatur monasterium, nam onus alendi transit ad hæredem, & Monasterium est loco hæredis. *Grat. disc. for. c. 102. num. 13. citans auth. nisi rogati. C. ad Trebell. & Tiraquel. in l. si unquam num. 42. v. susceperit liberos C. de reuoc. don.*

PATRINVS.

1 Religiosus non potest esse Patrinus, aut leuare aliquem de fonte. *c. nõ liceat de consecrat. dist. 4. Nau. de sta. Monach. lib. 3. cons. 5. & Graff. p. p. dec. lib. 3. cap. 5. num. 136. Vide v. Baptizare. num. 2. & v. Monachus num. 7.*

PAVPERTAS.

1 Paupertatem voluntariam diligens dicitur habere Spiritum Sanctum. *glos. fin. in can. Si quis. 1. quæst. 2.*

2 Paupertas Religiosa est vltronea, & voluntaria rerum temporalium abdicatio, per quam Religiosus, ipsarum proprietate priuatur. *D Tho. 2. 2. q. 186. ar. 3. & Azor. to. 1. instit. lib. 10.*

3 Dicit solum abdicationem dominij priuati bonorum temporalium, non vero dominij in communi. *Trident sess 25. de Regul. cap. 3.* vbi conceditur omnibus

bus Mendicantibus (Cappucinis, & Minoribus de obſeruantia exceptis) vt deinceps bona immobilia eis poſſidere liceat. Ex quo apparet iuxta doctrinam *D.Th.2.2.q.184.art.3.* quod non eſt vna, & eadem paupertas in omni ſtatu perfectionis neceſſaria, ſed in vnoquoque ſtatu, illa quæ eſt ſuo fini proportionata, dummodo ſit ſufficiens ad tollenda impedimenta perfectionis acquirẽdæ. Vnde alia eſt paupertas Monachorum, & Canonicorum Regularium, alia Mendicantium, alia Minorum, alia Soc. Ieſu &c. de quibus latè *Pellizzar.in man.trac.4.c.2.per tot. Vide D.Thom. opuſc.17 c.15.& 16.*

4 Per paupertatem non priuatur Religioſus vſu facti, ideſt vſu rerum neceſſariarũ dependenter à voluntate Superioris. *Nauar.com.2.de Regul.& Rodr. tom.3.quæſt.29.art.4.* Benè tamen priuatur quocumque dominio, vſufructu, vel quocũque alio vſu prout importat quid iuris. *Valent.to.3.diſp.10.q.4.p.3. Barthol.a S.Fauſ.tract.de vitio propriet.q.3.n.5.& 6. Peyr. de ſubd.quæſt.2.cap.2.*

5 Peccat contra paupertatem Religioſus reſiſtẽs Superiori volenti conceſſum ſibi peculium reuocare, vel ſi non ſit paratus, illud ad nutum Superioris, à ſe abdicare. *Leſſ.lib.2.de iuſt.cap 4.dub.5 num 31.& 32. Graff.li.3 de caſ.reſeru.cap.4.n.51.& Barthol.à.S.Fauſt. quæſt.10.num.24.*

Limita niſi Superior velit reuocare etiam neceſſarium, non verò tantum ſuperfluum. *Sanch.7.in decal.c.19.num.15.*

6 Non tenetur ſubditus obedire Superiori volen-

ti sibi auferre aliquid, vt sibi retineat, vel si auferat sibi particulari, & non alij. *Peyr.§.1.*

7 Inter multas causas, ob quas Religio solet à primæuo sui instituti feruore deficere, principem locum tenet relaxatio paupertatis. *S.Bonau.tom.1.opus. in fi.* Est enim iuxta *D.Th.2.2.q.184.art.3.* paupertas primum Religionis fundamẽtum, quod estructo corruit Religionis edificium *can.cum Paulus.1.q.1.*

Vide v. Dominium. Peculium. Proprietas. Redditus. Superfluum.

PAX.

1 PAcem debet procurare quilibet Præsidens inter suos inferiores vel subditos. *glos. quieta. in extrauag. Quorumdam. Io: XXII. cap. dissidentes. c. studendum. c. placuit. dist. 90.*

2 Pro bono pacis multa tolerantur, quę alias reprobarentur. *cap. nisi essent. 21. & ibi gl. 1. de præben. c. 2. & ibi gl. fin. de despons. impub.*

3 Possunt Prælati, censuris, & alij pęnis ad pacificationem cogere dissidentes. *Carbon. de repacif. c. 39.*

4 Pro bono pacis concessum debet esse firmum, & perpetuum: ita vt pro illius cõseruatione multa concedantur, quæ aliàs non possent concedi. *c. vt constitueretur in fi. dist. 50. Grat. disc. for. c. 959. n. 2.*

5 Primò insultans tenetur de pace facta sed non tenetur, qui postea eum offendit. *Abb. in c. 1. de treg. & pac. & Valer. in diff. vtr. for. v. transactio. diff. 1.*

Reliqua in v. Discordia.

PEC-

PECCATVM.

1 PEccatum Religiosi, absolutè loquendo grauius est, cæteris paribus, peccato secularium. *Caiet.2.2.q.187.art.4.*

2 Prælato, post pænitentiam peractam, imputari non debet peccatum prius commissum. *can. ferrum. dist 50.*

3 Peccatum Fratris deferri potest statim Prælato, sine culpa. *D. Thom. quodlib.11.q.10.art.13.*

4 Religiosi cum pertinacia asserentes, vt liberiùs peccent, Superiores non posse eos obligare ad peccatum in ijs, in quibus eos Constitutiones non obligãt, in profundum malorum venerunt. *Georg. Polach. de potest. Prel. n.257.*

PECVLIVM.

1 PEculij nomine intelliguntur tam bona mobilia, quam immobilia. *Azor. lib.12. cap. 9. q.1. & Peyr. de subd q.2. cap.2.*

2 Peculium idem est quod proprium. *cap. 2. & ibi addit. marg. de stat. Monach.* Intellige de peculio cum dominio.

3 Habere peculium, dependenter tamen à voluntate Superioris, non est prohibitum Religiosis, neque ex natura voti paupertatis, neque ex vi iuris communis. *Nauar. com.2. num.14. & com. 3. num.27. de Regul Azor. tom.1. cit. q.2, Cordub in sum. q.54. op.2,*

Concilium autem Trid.*seß.* 25. *de Regul. cap.* 2. non obstat in illis Monasterijs, in quibus, vel ob nimiam paupertatem, vel ob malitiam, incuriam, aut negligentiam Superiorum, non potest obseruari vita communis, dando singulis Religiosis, quæ sunt ipsis necessaria simpliciter secundum decentiam status ipsorum. *Lezan tom.* 1. *capit.* 6 *numer.* 21. *citans Valent.* 2.2 *disp.* 1. *quæst.* 4. *punct.* 3. *Vegam tom.* 2. *sum. capit.* 32. *cas.* 19. & *Rodriq tom.* 1. *in sum in* 2. *edit. cap.* 90. *num.* 9. *concl.* 4.

4 De licentia saltem Summi Pontif. potest Religiosus facere professionem, cum hac cõditione, quod possit habere peculium, quo ad vsum facti solum; Hoc enim non repugnat essentiæ paupertatis. *Sanch.* 7 *in decal. cap.* 22. *n.* 24. *Nauar. com.* 2. *num.* 16. *de Regul.* & *Lezan. num.* 29.

5 An retentio peculij quoad dominium repugnet substantiæ paupertatis, negat. *Leß. de iust. lib.* 2 *cap.* 4. *dub.* 5. *sub. num.* 27. Alij contrarium sentiunt ob resistentiam iuris canonici.

Vide v. Dominium. Paupertas. Redditus.

PECVNIA.

1 PEcunia non est de genere eorum, quæ seruando seruari possunt. *Redoan. de reb. eccl. non alien. quæst.* 4 *numer.* 11. Vnde indefinitè, & simpliciter venit appellatione mobilium. *Rot. Rom. dec. p* 1. *dec.* 332. *num.* 1. Et raro conseruatur vt thesaurus. *ibid. dec.* 334. *num.* 1.

Le-

2 Legati appellatione simpliciter facti non venit pecunia parata ad expendendum *ibid. dec.332.nu.4.* quia habet finem destinatum.

3 Pecuniæ Religionis depositæ in bancho, eo fine vt in stabilium emptionem conuertantur, non possunt ad alios effectus expendi. *Rot.Rom p.3. lib. 3.decis.133.num.9.*

4 Pecuniam solutam propter Monachum professum interfectum, deberi monasterio, ait *Roman. sing.* 450.*Boer. autem decis.* 121. *num.*8. *&* 9. vult deberi Patri Religiosi occisi. Sed *Clarus. lib.* 5. *sent.*§.*fin.quæst.*58.*num.*25.distinguit: Aut constat iniuriam factam fuisse Monacho intuitu monasterij, & tunc debetur monasterio: aut apparet factam intuitu personæ, & tunc Pater est præferendus monasterio: aut sumus in dubio, & tunc pecunia ex compositione soluta, inter vtrumque est diuidēda, sicut vindicta, & remissio ad vtrumque spectat Sequitur.*Ceuall.com. opin.con.com.opin.quæst.*333.*in fin.*

PENSIO.

1 Regularis non potest recipere pensionem, nisi de licentia Papæ.*Sot.9.de iust. quæst.* 7.*ar.*2.*Vide Graff.in prac.quinq.cas.reseru.lib.*3. *cap.*4. Intellige de pensione propriè dicta, quæ est ius percipiendi certos redditus ex fructibus alieni beneficij, nam alioqui pensionem impropriam, quæ scilicet imponitur non beneficio, sed beneficiario potest Religiosos obtinere à Prælato si hic conferat Religioso

beneficium regulare cum hoc, vt alteri religioſo det partem fructuum. *Pellizzar. in man. trac. 4. capit. 2. num. 202.*

2 Religioſus habens penſionem Eccleſiaſticam, ex indulto Pontificis, acquirit Monaſterio; cum per talem penſionem non eximatur à iuriſdictione Religionis. *Sà. v. Religio. num. 27.*

3 Penſio ante profeſſionem obtenta, per profeſſionem extinguitur. Ita enim immutabiliter ſequitur penſionarium, vt ſine licentia Papæ non poſſit in alium, puta in monaſterium transferri. *Pellizar. ibid. num. 203.*

PERCVSSIO.

1 PEr Monachum, ob cuius percuſſionem incurritur excommunicatio canonis, *Si quis ſuadente*, 17. *quæſt.* 4. intelligitur quicumque Religioſus, etiam Conuerſus, & Conuerſa, *cap. non dub. de ſent. excom.* & etiam Nouitius, vel Nouitia. *Tolet. in ſum. lib. 1. cap. 32. & Lezan. tom. 1. cap. 3. num. 16.*

2 Modica, ſeu leuis percuſſio eſt pugni, palmæ manus, pedis, digiti, baculi, lapidis, &c. quæ nullam maculam, vel ſigillationem carnium relinquit, neque abſcindit membrum, vel fit ſine fractione dentium, ſine auulſione multorum capillorum, & ſine effuſione multi ſanguinis. *Io: XXII. apud Nauar. in man. cap. 27. num. 92.*

3 Mediocris eſt, qua vel dens extrahitur, vel

capillorum copia euellitur, aut sigillatio carnis relinquitur, aut sanguinis copia effunditur, absque tamen graui læsione. *Lezan. v. Cler. n.* 11.

4 Grauis, seu enormis est, quæ fit cum occisione, vel membri mutilatione, vel magna sanguinis effusione, (intellige in alia parte, quã in naribus) vel magno vulnere, aut ictu, etiam sine sanguine. *Nauar. ibid.* & *Suar. to.* 5. *disp.* 22. *sect.* 1. *nu.* 88.

5 Ad incurrendam prædictam excommunicationem canonis, requiritur, quod & actus internus percutiendi sit peccatum mortale, & quod externa ipsa percussio sit in se grauis, licet comparatiuè ad percussionum enormen, vel mediocrem, dicatur leuis. *Laym. lib.* 5. *tr.* 5. *p.* 2. *c.* 5. & *Bonac. de cens. disp.* 1. *qu.* 1. *punct.* 3. *n.* 7. Vnde si externa percussio sit in se leuis, licet culpa mortalis sit ob malum percutientis animum, non incurritur excommunicatio. *Enriqu. lib.* 13. *cap.* 17. *num.* 2. *Gutier. canon. q. q. lib.* 1. *cap.* 5. *nu.* 13. & *Sanch.* 2. *in decal. cap.* 8 *nu.* 7.

6 In dubio vtrum percussio sit grauis, vel leuis, iudicanda est grauis. *Nau. c.* 27. *nu.* 91. & *Peyr. de Præl. qu.* 3. *cap.* 2. *nu.* 58. Vt scilicet arceantur omnes à qualibet percussione.

7 Cum leuis, est percussio, sicut potest ab excommunicatione contracta absoluere Episcopus, tã Clericos, quã laicos: sic Prælati Regulares, suos subditos. *Tambur. de iur. Abb. to.* 2 *disp.* 14. *q.* 10. *nu.* 1. & 2.

Amplia ad percussionem mediocrem. *Tambur. ib.* & *Suar. sect.* 1. *n.* 71. Nisi tamẽ percussio sit in Episcopum, vel Abbatem. *c. illorum. de sentent. excom.*

8 In

8 In casu grauis, seu enormis percussionis, nō teneri Religiosos ad Papam, recurrere pro absolutione, in aliquibus casibus, docent. *Suar.tom.4.de Relig.tract.8.lib.2.c.20. nu.8. & Peyr. tom.1. priuil.in const.Pyrrh.§.8.n.46.* Sed Prælati habentes facultatē absoluendi suos subditos à casibus Papæ reseruatis, possunt illos absoluere, nisi aliter particularibus statutis Religionum caueatur. *Lezan.v. Clericus.nu.12.*

9 Casu quo in Conuentu essent tantum Prælatus & subditus, qui se inuicem percussissent, nec esset à quo possent absolui, possent se inuicem absoluere, stante casu necessitatis. *Tabien.v.absolutio.2.§.10. Rodriq.tom 1. qu.20.art.12. Mirand.to.2.man.qu.35.art. 24.Coriol.de cas.reseru.p.2.cas 10 de iudic.Regul.§.10. nu.17.& Peyr.de Præl.qu.1.c.4.nu.82.*

Limita nisi excommunicatio sit publica. Cū enim tunc Prælatus sit priuatus communicatione; debet extra Religionem eligere Sacerdotem habilē, à quo absoluatur,& ipse postea absolutus absoluere subditum. *Suar.ibid.cap.23.num.10.& 11.& Tambur.disp. 14.quæst.11.num.1 & 2.*

10 Grauis percussio cuiusq persona est casu reseruabilis inter Regulares. *Clem.VIII in Decr.de cas.res.*

11 Percussio Prælati, siuè localis, siuè Prouincialis, siuè Generalis, semper est enormis, etiam si non sit effusus sanguis. *Nauar.in sum.c.27.nu.91. Sayr.de cens. lib.3.c.28.& Suar.to.5.in 3.p.disp.22.sect.1.n.90.*

Limita nisi tales circumstantiæ adsint, quæ excessum minuant. *Suar.ibid.*

12 In Ordine Minorum vulnerans Prælatum localem,

lem, non sequuta morte; vel Prouincialē quouis modo, etiam leuiter, damnatur ad triremes arbitrio Generalis. Qui verò ipsum Generalē etiā leuissimè percusserit, vel Prouincialem gladio, perpetuò ad triremes damnatur. *Spath de mo.cor.Regul.tr.10.p.3.c.17.*

13 Superior percutiens Religiosum correctionis gratia per laicum, est excommunicatus. *cap.vniuersitatis.de sent.excom. Salon.de contract.p.2.q.77.art.1. controu.8.n.11.& Homobon.de cas.reser.c.7.* Nisi tamē necessitas aliud suaderet, vt per *Barbos.in d.cap. vniuersitatis.nu.1.& seqq.*

14 Si Religiosus percussus, vel prouocatus alium Religiosum percutiat, nō est declarandus excommunicatus, nisi modū in se defendendo excesserit. *Ricc. p.p.prax.decis.466. Genuens.in prax.cap.29.num.9 ex Felin.in c.significasti.de homicid.*

15 Si Religiosi iuuenes iocantes, ira moti, se statim percutiunt, non incidunt in canon *Long.2.p.cas. 10 n.17.& Peyr.de præl.q.3.c.2.n.59.*

16 Offendens Prælatum immediatè finito suo officio, seu intuitu præcedentis officij, debet puniri, ac si illum offendisset, quando in officio erat. *Tiraquell.in tract.de caus.cessant.limit.15 num.11.apud Peyr.in formul.lit.V.cap 6.num.4.*

17 Regularis, Clericum secularem percutiens absoluendus est à proprio Prælato Regulari, In huius autem defectu, absolui potest ab Episcopo. *Molin.to. 4.de contract.disp 60. Reginal.prax.for.pœn.tom.1 nu. 245. Rodriq.to.1.quæs.20 art.29. & Beia. respons.cas. cons.p.4 cas.6. Vide tamen gl.prioris.in can. Si quis Monachus.*

nachus.dist.90. & Barbos.alleg.105.num.52.

18 Potest Episcopus absoluere eos Regulares, qui sæ percutiunt extra claustra. *Gauant. in Man.v. Absolutio. num.28.*

19 Monachi se ad inuicem percutientes non enormiter, possunt absolui ab Abbate, & Abbate deficiéte recurritur ab Episcopum. *cap.2 de sent. excom. Alter.to.1 disp.12.lib.5.cap.7.ex glos. & DD.in cap. Monachi, eod. & in cap.quoniam.in fin.v atrocitas.de vita, & honest.Cleric.*

20 Monachus si percusserit non enormiter Monachum alterius Monasterij, absolui debet per Abbatem vtriusque Monasterij. *glos.fin.ibid. Tambur.tom.2. disp.14.quæst.10.num.4.*

21 Si laici percutiant Regularem, non Superior Monachorum, sed Episcopus eos absoluit. *Barbos. alleg.105.num.54.*

22 Monachi, & Canonici Regulares manus violétas inijcientes in Episcopum, vel Abbatem, non possunt absolui ab Abbate. *glos.1.in c.2. de sent.excom.*

PERFECTIO.

1 Tenetur sub mortali Religiosus ad perfectionem tendere. *Cordub.in.reg.D.Franc c. 1. Rodriq.to.3.q.48.art.1. & Lezan.to 1.cap 1. num.8.*

2 Præceptum tendendi ad perfectionem non est distinctũ à præcepto seruandi vota Religionis. *Sanch. 6.in decal cap.5.à num.3. & Peyr. de subd.qu.1.cap.5. Vide v. Religiosus.num.5.*

PER-

1 PErmutationes, seu cõmutationes officiorũ Ordinis non sunt simoniacæ, stando in iure diuino: benè tamẽ de iure Ecclesiastico, nisi fiant auctoritate Superioris. *cap. quæsitum cum olim. de rerum permutat. c. cum vniuersorum. eod. c. Maioribus. de præben. & cap. vlt. de pact. Suar tom. 1 de Relig. lib. 4 c. 30. 31. & 32. Vide Nauar. cons. 42. nu. 1. tit. de simon. & Lezan. tom. 1. c. 15. n. 32. & v. Abb. n. 19.*

2 Permutationes bonorum immobilium, vel mobilium prètiosorũ Ecclesiæ inter Monasteria eiusdẽ Religionis, videntur posse fieri stando in iure cõmuni. *Barbos. de off. & potest. Episc alleg. 95. nu. 55. & 56. & Lez. v. alienatio. nu. 12.* Contrarium docent alij fundati in prax Rom. Cur. cui standum.

3 Permutatio nõ venit appellatione alienationis in statutis, in quibus verba sunt propriè, & strictè intelligenda. *Grat. disc for. c. 885. à nu. 10.* vbi de veriori testatur, & docet quando cõtraria opinio locum habeat. Vide tamen *Rodean. de reb. Eccl. non alien. quæst. 12. à num. 28.*

PERSONATVS.

1 PErsonatus est præeminentia, seu præcedentia sine iurisdictione. *Lezan. in sum. tom. 2. cap. 13. num. 2.*

1 TEnentur Prælati Religionum, tempore pestis, assistere sui Monasterijs, etiam cum periculo vitæ. *Sanch 6. in decal. c 2. n. 55. Lopez p. p instruc. c. 67. col. 3. & Nau in sum. c. 24. nu. 10.* Sunt enim tanquam Parochi respectu suorum Parochianorum.

Limita in casu quo Superior Conuentus prouidisset saluti suorum subditorum per alium Fratrem. *Peyr. de subd qu. 1. cap. 11.*

Reliqua in v. Residentia.

POENA.

1 NOn potest pęna à Prælato ordinario, puta Prouinciali, subdito imposita, per Superiorem, puta Generalem tolli, nisi superiori cōstet de iniustitia: vel nisi in sententia ab Ordinario lata, facta sit reseruatio arbitrio Superioris. *Bariol. lit. P. citans Trid. sess. 14. c. 1. de reform. Rodriq. tom. 1. qu. 22. artic. 8.* Aliàs, superior ordinarius contemneretur à subditis, *Peyr. de Præl. q. 1 c. 8.*

2 Pœna talionis contra falsò accusantes, & non probantes, in Religionibus seruari debet. *Spath. de mo. cor. Regul. trac. 6 c. 5. nu. 2.*

3 Potest ex charitate offensus intercedere apud Iudicem, vt delinquenti remittatur tota pœna, per legem statuta. *Spath tr. 10. c. 9.*

Fallit si agatur de damno Reipub. vel tertij. *ibid.*

4 Potest etiam Superior, subdito remittere pœ-

nam,

nam, si aliqua persona eminens pro eo intercedat, eius emendationem promittens. Secus verò si nō sit spes emendationis. *Spath. ibid. n. 5.*

5 Non posse Prælatos Regulares, ad instantiam quarumcunq. personarum, extra suos ordines existēti um, pęnas aliquas remittere suis subditis, docet. *Lezan. to. 1 c. 18. adducens constitutiones Pontif.*

6 Pœna priuationis officij, seu dignitatis, quę apponi solet in constitutionibus Religionum, etiamsi ponatur sub verbis, ipso facto, ipso iure, eo ipso, &c. non incurritur in foro conscientiæ, nisi præmissa declaratione superioris, qua ad minus constet Religiosum perpetrasse illud crimen, propter quod imponitur talis pœna. *arg c. Porro. de diuort. Valer. de diff. vtr. for. v. pęna. diff. 20. & Lezan. n. 33. & c 10 à n. 30.*

7 In pęnis ex quibusuis delictis contractis, quales sunt inhabilitates ad officia, & dignitates, priuationes officiorum, seu dignitatum, vocis actiuæ, ac passiuæ, loci, &c. possunt Prælati Religionum dispensare cum suis subditis in foro conscientiæ, si tales pœnæ non sint Papæ reseruatæ. *Mirand. in Man. to. 2. q 9. art. 3. & q. 31. art. 11. Suar. to. 4. de Relig. trac. 8. lib. 2. cap. 20. & Lezan. tom 1. c. 18 nu. 36.*

Amplia etiam si prædictæ pęnæ sint Papæ reseruatæ, dummodo delicta sint occulta. *Pius V apud Lez. ibid. & Sanch. 6 decal. cap 15. nu 78.* Quam tamen facultatem dispensandi, non possunt dicti Prælati delegare alteri. *Vide Sorb. in compend. v. ingredi Monast. Monial. in annot.*

8 Pœnæ priuationum vocis actiuæ, & passiuæ, inhabili-

habilitatum, &c. tollũtur per priuilegia Regularibus concessa, quando in ijs conceditur facultas Superioribus ad absoluendum sibi subditos, non solũ à censuris, sed etiàm à pœnis, &c. *Sorb.in addit. ad Priuil. Mend.v.Ingr.Monast.Fratr.§.nunc autem Io: à Cruc.de Stat.Relig lib.1.c.6.dub.13.conclus.2 & dub.15 conclus. 5.Sanch.6 in decal.cap.15.in fin. Portel.v.Dispensare, in addit.num.4 Barth.a S.Faust.de paup.relig.lib.8. quæst. 232. Peyr.tom.1.priuil in const.6. Iul.II.nu.24. & Lezan.tom.5.pag.mihi 417.nu.124.*

Reliqua in v.Priuatio.

POENITENTIA.

1 Licet Superioribus Regularibus determinare penitentias quasdã graues, quibusdã peccatis, etiam non reseruatis, à Confessarijs imponendas, quæ subditos ab huiusmodi perpetrandis posint cohibere. *Clem.VIII.in decr.de cas. reseru.innouatis à Sac.Cong.21 Septemb.1624.*

2 Pœnitentia non potest imponi Religioso pro peccato cõmisso ante ingresũ.*gl.1.in c.script.de voto.*

PRAECEDENTIA.

1 PRæcedentia inter Regulares debetur antiquioribus in illo loco: *Sac.Congreg.24. Maij. 1583.Epis.Cassani.Barbos.in collect.v.Regul.quo ad process.4.& v.Regul.quo ad præceden.5.*

Fallit in Fratribus Prædicatoribus, qui præcedunt

reliquos Mendicantes. *Pius V. & Greg. XIII. apud Fusc. de visit. lib. 2. c. 15. nu. 66 Vide Laert. Cherub to. 3. bullar. noui. bull. 13. Clem. VIII. Barbos. de off. & potest. epis p. 3. alleg. 78. & Contelor in q. de praeced. n. 764.* Vide prædictam *constit. Greg. in 2 tom. bull.* Cui tamen præualet consuetudo. *Sac Cong. 8 Iunij* 1618. Cęteris vero paribus, & regulariter, loquendo, Ordo prius institutus, & approbatus per Sed. Apost. est præferendus. *Nonius cons. 71. n. 35. & Barbos. in c. fin. n. 4. de constit. in 6. & in tract. de off. Ep. alleg. 78. n. 36.*

2 Præcedentia Regularium intelligitur, quando Monasterium est prius erectum, non simplex domus. *Gauant. in man. v. præcedent. nu. 8. citans declarationem Sac. Congr.*

3 Post Prælatus Fratrum Prædicatorum sequuntur, ordine præcedentiæ Prælati Fratrum Minorum: postea Prælati Eremitarũ D. Augustini: deinde Carmelitarum *Pius V. anno 1567. in const. Romanus Pontifex. & in alia, Apostolicæ Sedis benignitas, apud Tambur. tom. 1. disp. 25. quæst. 7.*

4 Minores Conuentuales, Minoribus de Obseruantia digniorem locum relinquunt. *Leo X. in const. 26. apud Laert. Cherub. tom. 1. bullar.*

5 Monachi omnes, in processionibus, & functionibus publicis præcedunt Ordines Mendicantes. *Clem. VIII. in motu proprio anno 1599.*

6 Canonici Regulares Lateranenses præcedunt Cassinensibus. *Pius IV. 18. Ianuar.* 1564. Et Monachi Cælestini Oliuetanis. *Rot. in decis. relata à Tãbur. q. 8.*

7 Abbas Regularis, non solum præcedit Canoni-

cis Cathedralis Ecclesiæ, sed etiam alijs dignitatibus Episcopo inferioribus. *Tambur quæs.2.*

Fallit quando Canonici collegialiter procedunt, & Cathedralem Ecclesiam repræsentant. *Dom. de S. Gemm. in cap. quamuis. §. quamquam. 3. not de præben. in 6. & alij apud Tambur. ibid numer. 10. Vide Menoch. cons. 257. num. 28. & 29. vbi in terminis de præcedentia Abbatum.*

8 Præcedere etiã eosdem Abbates Generalibus Ordinum Mendicantium, docet *Tambur. ibid. q 4.*

9 Inualidè professus potest retinere locum præcedentiæ obtentum vigore professionis inualidæ, si bona fide obtinuit. *Pelliz. in man. tr. 3. cap. 1. n. 50. citans Sanch. lib. 7. de matr. disp. 37. nu. 68. & Peyr. de Præl. qu. 3. cap. 1. nu. 152.*

PRAEDICATOR.

Vide v. Concionator.

PRAELATVRA.

1 PRælatura coincidit cum dignitate, & est munus habendi administrationem cum iurisdictione. *Sanch. 6. in decal. c. 3. n. 78.*

2 Religiosus prælaturam appetens sine necessitate, peccat mortaliter, etiam si prælatura sit dignus, eamq; recto ordine appetat, idest, vt prosit, non vt præsit. *D. Th. 2. 2. q. 26. art. 1. D. Anton. 2. p tit. 3 c. 5. §. 3 & 4. Valent. to. 3. disp. 10 qu. 3. p. 2. Silu. v. Episc. q. 3.*

Corrad.

Corrad.p.p.caſ.qu.252. Sot.lib.10. de iuſt.q 2.art.3. & Peyr. de prælat.q.1.c.6. Exponit enim ſe magno ſalutis periculo,ob multitudinem, & grauitatem obligationum,quas ſecum afferunt prælaturæ.

3 Multò grauius peccat,qui indignus cum ſit,prælaturam appetit,vel licet dignus,appetit tamen eam propter bona temporalia, vel celſitudinem gradus. *Valent.ibid.Sot.ibid. Ledeſm.de ſtat.Epiſ.ca.3.concluſ. 5. & 7. Caiet.2.2. quæſt.185. art.1. & quodlib.2. art. 11 & D.Anton ibid.*

4 Prælaturam ſibi oblatam non recipiens, cum credit ſe dignam, peccat mortaliter.*gl.minime* 8.*q*.1.

5 Ad prælaturas,dignius ſunt aſſumendi recuſantes eas,quam affectantes.*can.in ſcripturis* 8.*q*.1.

6 In prælaturis, pro honore, & requie, ſæpius inueniuntur anguſtiæ.*can.nerui.§ alius.diſt.*13.

7 Ad prælaturas,& officia in Religione,ex vi iuris communis,non requiritur aliqua antiquitas, ſed ſtatim facta profeſſione, Religioſus fit ad ea habilis. *Suar.tom.4. de Relig.tract.8.lib.2.cap.3.nu.16.& Lezan.tom.1.cap.18 num.9.*

8 Duas Prælatiás non poteſt vnus Religioſus habere in eadem Religione, vel diuerſis,ſine auctoritate Papæ.*c.multa de præb.Trid.ſeſſ.*7.*cap.*2.& 4.& *ſeſſ.* 24.*cap* 17.& *Mirand.in man.tom.2.quæſt.3.artic.3.& quæſt.7.artic.12.*

9 Non poteſt in Religionibus fieri ſtatutum, vt qui ſacerdos non eſt,poſſit ad prelaturam aſſumi.*Rodriq.to.1.q.15.ar.2.& Tambur to.1.diſp.5.q.12.*

10 Religioſus, ad prælaturam alterius Religionis

 aucto-

auctoritate Papæ euectus, non solum tenetur votis communibus Religiosorum, sed etiam specialibus suæ Religionis, quæ tamen non obstant muneri, quod gerit. *Lezan.tom.1.cap 17.nu.15.* Quoad officium diuinum debet se conformare Religiosis, cum quibus degit. *ibid.*

Reliqua in v Dignitas. Honor.

PRAELATVS.

1 PRælati Religiosi habent diuersa nomina. Quidam dicuntur Priores, alij Guardiani, alij Magistri. *gl. Prælaturam. in cap. nullus 28. de electiòn. in 6.*

2 Prælatus Religionis, ad minus, debet esse vigintiquinque annorum. *cap. cum in cunctis. de elect. Concil. Trid. sess. 24. c. 12 de reform.*

3 Debet esse sacerdos. *c. 1. de ætate, & qualit.* Sufficit autem, si postea fiat talis. *Suar. to. 4. de Relig. tr. 8. lib. 2. c. 3. & Lezan. to 1. c. 18. n. 5.*

4 Debet esse professus in ea Religione, in qua est Prælatus. *c. cum ad nostram c. cum causa & cap. cum in Magistrum, de elect. Clemen. 1. eod. & Trid. sess. 14. c. 10. de reform. & sess. 25. de Regul c. 21.*

5 In ætate, à iure pro Prælatis requisita, non possunt Prælati Religionis dispensare. *cap. cum in nobis olim. de elect. Silu. v Casus. c. 22.*

6 Rèligiosi, qui se eligi sinunt ad Prælaturas, & officia curam animarũ habentia, sine sufficienti scientia, & litterarum peritia, peccant mortaliter. *c. cum in cunctis, de elec. Trid. sess. 25. cap. 2. D. Thom. 2. 2. qu. 2.*

artic.6.& Nauar. in Man cap. 25. num. 12.

7 Prælatus tenetur obſeruare leges communes ſuæ Religionis, & diſpoſitiones Capitulorum Generalium *Suar.ibid.c.8.*

8 Non ſolum habet poteſtatem dominatiuam, qualem habent Patres familias in ſuos: ſed etiam ſpiritualem iuriſdictionem in ſubditos. *Suar.ibid.c.1.*

9 Prælati tam ſupremi, puta Generales, & Prouinciales, quam infimi, vt Priores, Guardiani, &c. habẽt in ſubditos iuriſdictionem quaſi epiſcopalem. *D.D. in Clem.1.de reb.Eccl.non alien.ver.propriј.c.Abbatis. de priuil.in 6.Suar.c.2.& 13.Tamb.de iur.Abb.to.1.diſp.3.q.2.n.2.& Peyr.de Præl.q.1.c.4.§.4.*

10 Habent poteſtatem adminiſtrandi bona temporalia Monaſteriorum. *c nullam 19.q.2. Nauar.com.3.de Regul.nu.5.& 6.& Suar.c.26.* iuxta dicta *v. Adminiſtratio n.2.& v.Bona.n.8.*

11 Facultatem, Prælatis localibus à Summis Pontificibus conceſſam, non poſſunt Generales, & Prouinciales coarctare. *Mirand.to.1.man.q.19.art.5. Rodriq.to.1.q.9.art.2.& Peyr.de Præl. q.1.c.4.§.4.* Quod enim per ſuperiorem conceditur, non poteſt per inferiorem tolli. Contrarium docet *Suar to.4. de Relig. trac. 1.lib.2. cap. 22.& Caſarub. in comp. priuil.v. Abſolutio ordin.* Verum ſtandum particularibus ordinum ſtatutis.

12 Prælatus localis poteſt ſibi eligere Confeſſarium ad libitum, vbicumque, & quotieſcumque. *D. Anton.3.p. tit. 17. capit. 2. §. 2. Silu v. Confeſſor. 1. quæſt.8. Roſell. v. Confeſſio.3. §. 37. Enriquez in ſumm.*

lib 6.capit.13.num.3.Armill.v.Absolutio.§.15. Sot. in 4.dist 18.quæst.4.artic.2. Suar. tom. 4. in 3.p. disp. 27. sec.2.num 9.Vasq.to 4.in 3.p.q.93 art.2.dub.4 Peyr.de Præl.quæst.1.cap.4 §.4.

13 In Prælato non solum requiritur literatura, sed etiam sollicitudo, & prudentia in temporalibus.*glos. literaturæ,in c.cum nobis.19.de elect.*

14 Prælatus non debet facere, quod ipse alijs prohibet.*gl.1.in c.quod in dubijs 30.de sent.excom.*

15 Prelatorum est de excessibus subditorum inquirere,alioquin,eis imputantur.*gl.1 in c.quoties de simonia.& in c.fi.de Regul.*Et si negligentes sint in eis corrigendis, sunt deponendi. *glos. 1. in c.pe.de reg iur. in antiq.*

16 Prælatus tenetur,sub mortali, procurare bonū, cùm spirituale, tùm temporale, prius Religionis, & communitatis, deinde singulorum subditorum. *Rodriquez.tom.3. quæst.34. artic. 5. & Peyr. de Præl. quæst 1.capit.7.ex Barthol. in auten.de hær & falcid.in princ.num.4.*

17 Tenetur etiam sub mortali,vitam,exponere pro spirituali salute suorum subditorum, non solum in vniuersum,sed etiam in singulari.*D.Thom. 2.2. quest. 26.artic.5.Sot.lib.10.de iust.quæst.3.artic.4.Salon.2.2. quæst.62.artic.7.controu.3 Valent.tom.3 disp.3.quæst. 4.punct.3 & Peyr.ibid.*

18 Si vtitur scientia habita in Confessione, ad externum regimen, peccat grauissimè *Armill.v. Confess.num.7. Bannes 2.2. quæst. 33. Suar. tom. 4. in 3.p. disp.33.sect. 7. & Peyr. de prælat.quæst.3.cap.2.§. 2.*

vbi

vbi adducit prohibitionem. Clement. VIII. confirmatam à Paulo V. Greg. XV. & Vrb. VIII. Vide v. electio num.25.

19 Prælatus non dicitur ille, qui prælaturam habet in commendam, *glos. in titulatam. in c dudum. §. licet.43. de elect.*

20 Prælatus ex quo functus est officio suo, admonendo, increpando, & corripiendo, non debet ei imputari, si quis non emendetur. *gl. & vt nostra in can. fin. 27 quæst.1.*

21 Prælatis debetur honor, & reuerentia a suis subditis, ex debito legali: alijs autem Prælatis, ex debito morali *D. Thom. 2.2 quæst.102. art.2. ad vbi Caiet.*

Amplia etiam si Prælati mali sint. *D. Thom. q. 103. art.2. ad 2. & in 3 dist.9. q 2. art.3. D. Anton. 4. p. tit.5. c.10. §.2. & Arragon. 2.2. q.63. art.3. §.1. Vide Peyr. de subd. q.2. c.18.* Huiusmodi autem obligatio aliquando est sub mortali, vt si ex superbia, vel contemptu ommittatur; aliquod sub veniali si sit ex inaduertentia, vel negligentia, aut in re parui momenti. *Peyr. ibid.*

Reliqua in v. Abbas. Generalis. Prior. Superior.

PRAEPOSITVRA.

1 PREpositura, iuxta communem sensum, videtur importare munus Prælationis seu administrationis cum iurisdictione. *Lezan. tom. 2. cap.13. num.3.*

1 PRæscriptio extinguens omninò, & in totum Obediæntiã, Prælatis à subditis iure communi debitam, est prohibita ob resistentiam iuris, quod impedit nè currat præscriptio. *c. cum non liceat. de præscription. Barbos.* 3. *alleg.* 128. *num.* 1. *secundum Lugdunens. impress. Vide Cokier. de iuris. Ord. in exemp. p.p. quæst.* 6. *num* 16.

2 Prælatus Regularis potest præscribere contra Capitulum suum. *c. ea noscitur. & ibi glos.* 1. *de his quæ fiunt à Præl.*

3 Præscriptio tricennalis aduersus Ecclesiam, vel Episcopos, prohibita est Abbatibus, & Monachis: sed non quadragenaria. *can. possessiones, & can. volumus.* 16. *quæst.* 4.

4 In præscriptione requiritur semper bona fides. *glos.* 2. *in can. si virgo.* 34. *q.* 1.

5 Vt præscriptio currat, necesse est quod priuilegiatus habuerit notitiam priuilegij, & oblata occasione eo vtendi, noluerit eo vti. *Tambur. de iur. Abb. tom.* 1. *disp.* 16. *q.* 14. *& disp.* 19. *q.* 5. *citans c. si terra. de priuil. & Suar. de leg. lib.* 8. *c.* 24. *n.* 4.

6 Contra Ecclesiam non præscribitur minori spatio, quadraginta annorum. *c. accedentibus. de priuil. & cap.* 4. *de præscription. Salas de leg. disp* 17. *sect.* 13 *& Suar. num.* 20. Contra Romanam tamen non nisi centum annorum spatio. *ibid.*

7 Quædam Religiones habent ex priuilegio, quod non possit contra ipsarum priuilegia minori

ſpatio quam ſexaginta, imò centum annorum præſcribi. *Rodriq.tom.3.quæſt.35.art 2.& Tambur.loc.cit. vbi adducit priuil. Sum. Pont.* quæ ait participari ab omnibus Regularibus habentibus communicationem cum Caſſinenſibus. *Vide Ioan.à Cruce de ſta. Relig.lib.2.cap.3.*

PRAESENTATIO.

1 PRæſentatio, ſi ſpectet ad Religioſos, ex eorum negligentia fit deuolutio ad habentem inſtituere, ſiuè ille ſit Diœceſanus, ſiuè non *gloſ.diſpoſitionem, in Clem.1.de ſupplen negl.Præl.*

2 Ad præſentationem Monachorum in eorum Eccleſijs, nullus debet inſtitui per Epiſcopum, niſi prius ei congrua portio redituum aſſignetur. *c.de Monach.de præben.* Quod ſi talis inſtitutus ſit ſine prędicta aſſignatione, valet nihilominus inſtitutio, ſed debet ei aſſignari portio. *gloſ. inhibentes, in Clem. 1.de iur.patron.*

PRAESES.

1 PRæſidentes electionibus Regularium non poſſunt priuare Religioſos capitulares voce actiua, vel paſſiua, in prius citentur, ipſiſque detur còpia eorum, quæ contra ipſos ſunt producta, vt poſſint ſe defendere. *Rodriquez.tom.2. quæſt. 51. art.11. Mirand.tom.2.Man.quæſt. 22. & Peyr. de ſubd. quæſt. 1.cap.31.§.10.*

Præ-

2 Præsidentibus non procedentibus secundum iuris ordinem, non tenentur Capitulares obedire. *Rodriq. & Peyr. ibid.*

3 De Præsidentium negligentium manibus requiretur sanguis, idest conscientia subditorum. *glos dolendum. in extrauag Execrabilis. Io: XXII.*

4 Præsidentes electionibus tenentur electores instruere, monere, & hortari charitatiue eos inducendo ad eligendam personam digniorem Capituli. *Castell. de elect. can. c. 3. n. 6. & Lez. tom. 2. cap. 12 n. 32.*

5 Præsidere in Capitulo locali congregato pro electiones, superiori facienda, prohibitum est Prouincialibus in Ordine Minimorum, vt scilicet saluetur libertas electionis *Peyr. in formul. lit E. cap. 7.*

6 Præsidentium integritas est salus subditorum. *can. miramur. dist. 61 gl. superna in extrauag. Ad onus. Ioan. XXI. de Elect.*

PRAESVMPTIO.

1 PRæsumptio recte sit contra aliquem ex eo quod similia facere consueuit. *c. illo vos, & gl. de pignorib. Vide Alciat de præsump. reg. tua artic. 3. præsumpt. 7 n. 2. & Spath. de mo. tor. trac. 8. cap. 3.*

2 Præsumptio dicitur esse rationabile vestigium latentis veritatis, vnde nascitur opinio sapientum, & accipitur pro veritate, donec aliud appareat. *Mantic. de coniect vlt. vol lib. 1. tit. 1. n. 9 & seqq.* vel est quidam mentis conceptus ab aliqua probabili coniectura deductus. *Mantic. ibid. num. 5. & 6.*

3 Præsumptio dicitur conscientias legis. *Mãtic. ib.*

PRIOR.

1 PRior in exercenda iurisdictione in Monasterio, quod per Priorem regitur, habetur loco Abbatis. *c.cum in Ecclesijs.de maiorit.& obed. Vide Peyr.de Prel. quæst. 1. cap. 4. §.4. vbi iurisdictionem Prælati localis explicat.*

2 Prior conuentualis Monachorum nō potest deponi, nisi pro manifesta, & rationabili causa; puta quia sit dilapidator, vel viuat incontinenter. *cap. 2. & ibi gl.fin.de statut. Monach.*

Limita nisi ad voluntatem Abbatis instituatur, & non per canonicā electionem *ib.Vide v. Abbas.n.22.*

3 Prioratus Monachorum, vel Regularium, non sunt incompatibiles cum alijs officijs, seu administrationibus constitutis intus Monasterium vel extra. *gl. Procuratus.in Extrau.Execrabilis de præben.inter com.*

4 Priores, & Guardiani Cōuentus vna cum consilio, & assensu Fratrum possunt facere pacta, & promissiones licitas, quæ obligent perpetuò Conuentum absque alia auctoritate Prouincialis, aut Generalis Ordinis. *c.fi.de pactis.in 6.*

5 Pro habens vsum pontificalium potest conferre ordines minores, sicut Abbas. *Grat.disc for.c.871.n.6.*

PRIORISSA.

1 PRiorissæ non benedicuntur, sed benè Abbatisse. *glos. Abbatissę in c.indemnitatibus. § cæterum.de elect.in 6.*

2 Ad Priorissæ, seu Abbatissæ munus non desideratur virginitas. *Sanch. lib. 5. decal. cap. 5 num. 22.* Contrarium docent alij apud ipsum. num. 21.

Reliqua in v. Abbatissa.

PRIVATIO.

1 PRiuatio vocis actiuæ, ac passiuæ non obligat in conscientia, neque incurritur, nisi post sententiam Iudicis declaratoriam, etiam si in statuto dicatur, quod incurratur eo ipso, vel ipso facto, seu, sine alia declaratione. *Sot. 1. de iust. q. 6. art. 6. ad 4. Rodriq. tom. 3. qu. 56. art. 1. Cordub. in q. q. theol. q. 36. ad 6. Sorb. in comp. v. Ingredi Monast Sanch. 2. in decal. c. 22. num. 19. & lib. 6. cap. 15. num. 65. & Peyr. de subd quæst. 2. capit. 2. §. 11. Vide Valer. de diff. vtr. for. v. pœna diff. 20. num. 6.*

Reliqua in v. Pœna.

PRIVILEGIVM.

1 PRiuilegiorum interpretatio, & declaratio doctrinalis, potest, & debet fieri à Prælatis Religionum, quorum sententiæ tenentur subditi in conscientia stare. *Lezan. tom. 1 c. 18 nu. 56.*

2 Priuilegium Religioni vel communitati concessum in perpetuum, plenissimè est interpretandum. *Enriq in sum. lib. 7. cap. 22. num. 3. & c. 24. num. 4. Salas disp. 20. sect. 10. num. 15. & Sanch. de Matrim. lib. 8. disp. 1. num 16.*

3 Priuilegia Regularium, si dubia sint propter am-

ambiguitatem, verborum, & Iuristarum interpretationem, in fauorem Regularium sunt intelligenda. *Leo X. Camaldulen. & Iulius I. Congr. Mont. Oliu. apud Tambur. to. 1. disp 18. quæst. 6.*

4 In dubio an iurisdictio contra Regulares competat Episcopo, nec ne, non licet ipsi Episcopo, Regularium priuilegia interpretari; Aliàs esset Iudex in causa propria. *Tambur. disp. 16. quæst. 6. vbi adducit priuil. Pont.*

5 Priuilegium concessum contra constitutionem aliquam, aut consuetudinem, aut sententiam, est nullum, nisi de eis faciat mentionem, *c. cum nos. de his quæ fiunt à Præl. & cap. 1. de const. in 6. Silu. v. Priuil. quest. 10. dict. 2.*

6 Capitulum Generale habet auctoritatem restringendi, & limitandi, imò etiam omninò tollendi in Religione vsum quorumcumque priuilegiorum Apostolicorum, si hoc conducat ad Ordinis reformationem. *Rodriq. tom. 1. q. 17. art. 5. Mirand. in man. tom. 2. quæst. 43. art. 4. Portell. in dub. Regul. v. Priuil. num. 78 & Lezan. tom. 1. cap. 18. num 56. vbi adducit plures concessiones Pont.*

7 Si priuilegium, ex parte obiecti, seu materiæ statuat determinatum locum, seu prouinciam, vt est v. g. priuilegium vescendi lacticinijs diebus prohibitis, non extenditur ad alios. *Suar. de leg. lib. 8. cap. 26. Enriq. lib. 7. de indul. cap. 14. & Azor. p. p. lib. 5. cap. 22.*

8 Priuilegium videtur concessum, in dubio, sine præiudicio alterius. *cap. 2. & ibi gl fi. de relig. dom.*

Pri-

9 Priuilegium ſtrictè intelligendum eſt quando tangit præiudicium tertij. *cap.2. de Eccleſ. ædific.*

10 Per priuilegia, quandoquè, minus concedunt Pontifices Regularibus, quam illis competat de iure communi. *Llamaſ. in met. p. p. cap.* 5. §. 5. Exemplum eſt in priuilegio Sixti IV. quo Regular. itinerantibus concedit, vt de licentia ſuorum Superiorum, extraneum Confeſſarium ſibi eligant, & tamen Superior Regularis de iure communi, poteſt etiam extra caſum itineris, prædictam licentiam concedere. Non mirum tamen, quia per conſtitutiones Ordinum, receditur à iure communi, & ideo datur priuilegium ad agendum, contra ipſas *Vide Suar. de Relig. tom.* 4. *lib.* 10. *cap.* 5. *num.* 3.

11 Quando in priuilegijs conceditur facultas abſoluendi, vel diſpenſandi in foro conſcientiæ, per hanc clauſulam denotatur, quod talis abſolutio non ſuffragetur recipienti in foro exteriori, ſed tantum in interiori animæ. *Enriq. lib* 3. *de indulg cap.* 3. *lit. R. Mirand. in man. tom.* 2. *quæſt.* 35. *artic.* 2. *& Lezan. tom.* 1. *cap.* 18. *num* 45.

12 Non ammittittur priuilegium Monaſterio, vel Eccleſiæ conceſſum, ſi illud, vel hæc corruant, & iterum ædificentur. *Tambur tom.* 1 *diſp.* 16 *quæſt.* 18.

13 Priuilegia Religionum non tolluntur per non vſum, aut per vſum contrarium, niſi per ſpatium quadraginta annorum. *Innoc in cap. accedentibus de priu.* Vel per Sexaginta ex priuilegio Eug. IV. conceſſo Monachis Benedictinis Valliſoleti. *Mirand. quæſt.* 42. *art* 4. *& q.* 46. *art.* 8. Imò neque prædicto tempore, ſi

non

non venerit casus, eis vtendi, vel aliquis legitimè impeditus non potuerit illis vti: vel si intercesserit eorum ignorantia. *Peyr. tom. 1. priuil. Minim in const. 15. Iul. II. num. 1.*

14 Amittuntur prædicta priuilegia, saltem in foro conscientiæ, ex eo quod Religiosi non viuant regulariter; sunt enim sub hac conditione concessa *Mirand. q. 43. art. 3. & Lezan tom. 5. fol. mihi 223. n. 71.*

15 Priuilegia quæcumque Mendicantium reuocata censētur à Trident. toties, quoties, in ipso aliquid decernitur cum derogatione saltem generali priuilegiorū, vt si dicat, Nō obstantibus priuilegijs &c. *Portell. in dub. Reg. v. Concil. Trid. Io: à Cruce de stat. Relig. lib 2. cap. 3. dub. 6. & Lezan. to. 2. c. 1. n. 58. Vide tamen Felinum in c. accedentes. de præscript n. 4. & 5.*

16 Per bullam Cruciatæ non suspenduntur priuilegia Mendicantium, & aliorum Regularium, nisi quo ad ea, quæ impedire, vel retardare possent expeditionem dictæ bullæ. *Casarub. in com. priuil. v. Priuil. Fratr. quæst. 2. 3. Mirand. to. 2. q. 45. art. 7. Sorb. in comp. v. cruciata. § quo ad aliud.*

17 priuilegium negatiuum tollitur per vnicum actum contrauenctionis; præsumitur enim priuilegiatus, priuilegio renuntiare. *Tambur. tom. 1. disp. 16. quæst. 14.*

Limita, nisi priuilegiatus protestetur, se nolle præiudicare priuilegio.. *ibid.*

18 Religiosi non amittunt priuilegia, si contra ea, per vnū, aut plures actus fecerint, siuè negligētia, siuè ignorantia. *Roder. in noua collect. priuil. bull. 9. Eug. IV.*

Quan-

19 Quando in confirmatione priuilegiorum dicitur, *Quatenus & sacris Canonibus, & decretis Conc. Trid. non aduersentur.* per sacros canones, non intelliguntur, qui sunt inserti in corpore iuris cõmunis, sed qui sunt in Conc Trid. Nám ijs, qui in iure canonico continentur, multa priuilegia sunt expressè contraria. *Sorb in comp. tit. Priuil. Fratr. pag. 329. Roderic. tom. 1. q 8. art. 8. Peyr. tom. 2. priuil. in constit. 1. Greg. XIII. num. 2. Barbos. de clausul vsu freq. claus. 52. n. 4. & Mirand. tom 2 quæst. 42. art. 3.*

20 Priuilegia, quando confirmantur incipiunt de nouo: Sique præscriptum esset contra ipsa, per non vsum per aliquot annos, non tamen per sexaginta, aut centum, iuxta dicta supra nu. 13, & *v. Præscriptio*, anni transacti nihil faciunt ad præscriptionem, etiam si in confirmatione dicatur, quatenus sit in vsu. *Cord. in add. ad comp. priuil. tit. absol. quo ad secul & Io: à Cruce. de stat Relig. lib 2. c. 3 dub. 2.*

21 Priuilegium ad instar non augetur ad augumentum exemplaris. *Suar. de leg. lib. 8. cap. 15.* nisi in priuilegio constet mentem concedentis esse, vt priuilegiatus ad instar, semper, & omni tempore, sit æqualis exemplari. *Ibid. citans Panorm. in cap. vlt. ne Clerici, vel Monachi. num. 5. & Mandos. trac. de priuil. ad instar quæst. 9.*

22 Priuilegium ad instar valere potest contra eum, ad cuius instar concessum est. *Suar ibid n. 8.*

23 Confirmatio priuilegij in forma communi nullum ius nouum confert, nec dat valorem priuilegio, si erat inualidum, *c. quia diuersitatis. de concess. preben.*

Nam

Nam confirmare non est de nuouo facere, sed roborare factum. *Suar cap.18.n 8.*

Fallit si confirmatio fit ex certa scientia; tunc enim habet vim nouę concessionis noui priuilegij, seu confirmandi actum nullum, illum de inualido, validum reddendo. *gl. in cap. quia diuersitas. & in cap. 1. de transaction. vbi. Innoc. Abb. Felin. & Dec. Suar. num 2.*

24 Priuilegium à principio falsum subreptitiũ, aut alia ratione nullum, non conceditur per confirmationem, etiam ex certa scientia Tale enim priuilegium nunquam fuit vere concessum: confirmatio autem est de concessis. *Abb. in c. inter dilect. de fid. instrum. n. 8. vbi latè Felin nu. 6. Suar. cap. 19.*

25 Licet priuilegium ad instar confirmetur, non redundabit confirmatio in exemplar *Suar. ib num. 9.* Confirmatis verò exemplaribus, censẽtur confirmata priuilegia ad instar illorum alteri concessa. *Roderic. tom. 1. q. 8. art. 2. Mirand. to. 2. q. 42 artic. 5. & Peyr. to. 1. num. 12. in const. 4. Iul. II.*

26 Priuilegijs omnibus, gratijs litteris, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, & indultis specialibus, vel generalibus, Fratribus S. Hieronymi, tàm in Italia, quam in Hispania consistentibus, concessis, & concedendis, gaudet Congregatio nostra D. Hieronymi de Fesulis, perinde, ac si ipsi concessa forent. *Paul. II. cap. 4. Mart. V. cap. 66. & Sixtus IV. cap. 104. nostrorum priuil.*

Amplia ad immunitates, & gratias, quibus Fratres, & Religiosi Conuentum quorumcumque Mendicantium vbicumque existentium gaudent, seu quo-

modolibet gaudere potuerunt. *Alex. VI in cap.* 125. *eorundem. priu.* Quorum quidem confirmatio à Summis Pontif. habetur *c.c.* 2.5.73.79.101.102.103.104.120.123.124.126. *&* 132 *vltimo autem à Paulo V.* 2. *Januar.* 1613.

27 Non solum Papa, sed etiam Princeps secularis supremus potest Priuilegia Regularibus concedere in sua materia, & ditione. Qui enim potest legem concedere, potest & Priuilegium concedere, cum priuilegium sit priuata quædam lex. *D Anton. p.* 1. *tit.* 19. *c.* . *Silu. v. Priuil. q.* 2. *Angel. q.* 3. *Tabien. quæst.* 2. *Suar. de legib. lib.* 8. *cap.* 8. *nu.* 2. *&* 11. *Miran. in man. to.* 2. *q.* 41. *art.* 3. Hæc vero priuilegia postquam a Regularibus sunt acceptata, à Principe seculari amplius reuocari non possunt, sed transeunt in contractum. *Lezan. tom.* 5. *fol mihi* 353. *vbi accumulat plures D.D.* Quod maximè verum est si huiusmodi priuilegia à Sum. Pont. confirmentur. *ibid.*

28 Cessante Causa finali Priuilegij inadequatè tãtum, ita vt maneãt saltem aliquæ reliquiæ ipsius, priuilegium non extinguitur. *Lezan. tom.* 4. *v. Priuil. Regul. num.* 14. *& tom.* 5. *fol.* 201. *vbi plura ad intentum.*

29 Qui nam sint Ordines, qui participiant de priuilegijs Mendicant. enumerat *Barbos. in c. fin. num.* 13. *& seqq. de const.*

Reliqua in v. Communicatio priuilegiorum.

PROBATIO.

1 PRobationes non sunt de substantia iudicij, cum Iudex de veritate, possit aliter

instrui

instrui. *Bart. in l. prolatam propè fin. C. de sent. Dec. post. Abb & alios in c Ecclesia S. Mariæ. n. 7. de const. Afflict. decis. 47. per tot. & Ceph. cons. 377. n. 82.*

2 Plena probatio est depositio duorum testium iuratorum, omni exceptione maiorum, de eadem facto, & qui sensu externo factum perceperint. *Less. de iust lib. 2. c. 30. dub. 4 n. 32. & deinceps.*

3 Semiplena probatio est, per quam rei geste fideis aliqua fit Iudici non tamen tanta, vt iudex debeat in pronuncianda sententia eam sequi. *Mascard. de probat. q. 11. n. 1.* Fit autem vel per vnum tantum testem omni exceptione maiore. *Mascard. ibid. nu 3.* Vel per famam, quæ regulariter non facit plenam probationem. *ibid. n. 21.*

4 In criminalibus probationes debent esse clarissimæ, vt ex eis, de iure possit sequi Rei condemnatio. *Caren. de Off. S Inq p. 3. tit 3. §. 1. citans Farinac. de reo confess. & conuict. q. 86. n. 1. & seqq. & alios.*

Vide v. Testis per. tot.

PROCESSIO.

1 REgulares, & Monachi quicumque ad publicas Processiones vocati, accedere compellantur. *Trid. sess 25 c. 13.*

Fallit primò in ijs, qui in strictiori clausura perpetuò viuunt. *Trid ibid.*

Fallit secundò in ijs, qui ferè vltra medium milliare, à Ciuitate absunt. *Sac. Cong. 5. Maij 1592. Flau. Cherub. in comp. bull tom. 2, in bull 41. Pij V.*

Fallit tertiò in Religiosis illorum Conuentuum,

qui Collegia nuncupantur. *Pius V. in bulla: Et si Mendicantium anno* 1567. *Peyr. tom. 2. priuil. in annot. ad bull prædictam.*

1 Fallit quartò in Fratribus Ioannis Dei. *Greg. XIV. anno* 1591. *apud Gauant. in man. v. processi. n.* 11. & 12.

2 Monachi Cassinenses non tenentur ire ad processiones, nisi iuxta solitum. *Sac. Congr. Rit.* 10. *Iun.* 1602. & 30. *Iul.* 1616.

3 Regulares priuilegiati quo minus compellantur ire ad processiones si tamen ab Episcopo vocati, pluries ad eas accesserunt, nō ideo perdiderunt suum priuilegium; Præcariò enim accessisse videntur, vndè nullum ius acquisitum est Episcopo *Calderin. cons.* 8. *tit. de priuil. & Quarant. v. præceden. vers. an in casu.*

4 Vocari debent Regulares ad processiones non per edictum publicum, sed per Clericos. *Peyr. tom.* 1. *in const.* 2. *Sixti IV. §.* 11. *num.* 52

5 Si Regulares ad processiones obligati, ad eas ire recusent, non ideo possunt, per censuras, ab Episcopo adstringi, sed tantum per alias pænas, vt priuari confessionibus audiendis, prædicatione verbi Dei in Ecclesijs non sui Ordinis &c. *Gambar. in tract. de potest. Legati à latere. c. fi. num.* 7. *Enriq. in summ. lib.* 7. *cap.* 25. *Roderic. in sum. tom.* 1. *cap.* 34. *num.* 4. & *tom.* 3. *qq. regul. quæst.* 36. *artic.* 1. *Scort. in bull. select. theorem.* 393. *Villalob. tom.* 2. *tract* 35. *diff.* 5. *num.* 17. De declarationem autem Sac. Cong. de qua *Barbos. alleg.* 78. *nu.* 25. non constant authenticè. *Dian. p.* 3. *tract.* 2 *resol.* 76. & *p.* 7. *trac.* 12. *resol.* 29.

6 Processiones, ad quas Regulares compelli possunt

sunt ab Ordinario, sunt, quæ fiunt in Festo Corporis Christi, in Litanijs, & Iubilæis. *Peyr. in const.* 7. *Pij V.* §.29.*num.*25. Vel quæ pro bono pacis Ecclesię, vel pro victoria contra Infideles indicuntur. *Pius V. in bulla: & si mendicantium, apud Peyr. ibid. Vide Lezan. tom.* 2. *cap.* 1. *num.* 50. Non tamen tenentur ad processiones, quæ fiunt in diebus Rogationum, & S. Marci. *Graff. de Arbitr. confess. lib.* 2. *cap.* 59. *num.* 4.

7 In processione Sanctissimi Corporis Christi tenentur Regulares deferre cereos, seu cādelas accensas. *Piscar. prax cærem. lib.* 2. *sect* 10. *c.* 3. *num.* 2. *& Gauant. in thesaur. p.* 4. *tit.* 12. *num* 5.

8 Cappucini in processionibus, & possunt ferre Crucem propriam, *Paulus V. anno* 1617. & incedere sub Cruce aliorum S. Francisci. *Greg. XIII. anno* 1583. *apud Gauant. in man. v. præced. num* 13.

9 Debent Regulares in processionibus, Crucem ferre cum velo, seu panno appenso. *Gauant. comment. in rubr. missal. tom.* 1. *p.* 4. *tit.* 10. Quod intellige etiam de Canonicis Lateranensibus. *Sac. Congr. Rit.* 14. *Ianuar* 1617 Standum tamen consuetudini.

10 Non possunt Episcopi in Ecclesijs Regularium exemptorum, processionem solemnem, & generalem ordinare; Hoc enim est potius actus iurisdictionis, quam honoris. *Vitalin in Clem. Archiepis. de priuil. numer.* 55. Contrarium sentit *Lezan. tom.* 5. *fol. mihi.* 804. vbi contendit in priuilegijs Regularium, prohiberi tantum Episcopis conuocare publicos Conuentus in Regularium domibus, qui sunt odiosi, & contentiosi, seu præiudiciales, non

verò qui cedunt in honorem, & æstimationem Religionum, quales sunt processiones, citatque; *Bordon. resol.7. num. 132.* In quo casu non posse Regulares impedire Episcopum, quo minus cantari faciat in eorum ecclesijs Missas per suos Canonicos docet *Barbos. in collect. bull v. Regulares, vbi adducit declarat Sac. Cong 25. Ian. 1603.*

11 Non licet Regularibus processiones facere extra Ecclesias, & ambitus suorũ Monasteriorum (nisi tamen consuetudine, aut priuilegio id habeant) *Sac. Cong. 2. Iul. 1620 Archiep. Bonon. & 26. Februar. 1628.* Alioqui puniri possunt, & impediri ab Ordinario. Non enim habent territorium. *Zerol. in prax Episc. p. p v. Process. & Tambur. de iur. Abb tom. 1. disp. 15. quæst 7. num. 39.*

Limita in processione Rosarijs, Natiuitatis, Annunciationis, Purificationis, & Assumptionis B. M. quæ fieri potest per totã Ciuitatẽ, vbi adest consuetudo decem annorum. *Dian. 3. p. trac. 2. resol. 77. vide Peyr. in const. 7. Pij. V. §. 10. numer. 11. & Graff. cons. 20. de Regul.* vbi absolutè tenet Regulares posse processiones facere per triginta passus extra Conuentum.

12 Non possunt Regulares extra eorum Ecclesiam, feria 5. in Cœna Domini, nec in festo Corporis Christi, extra eorum iurisdictionem, & per Parochiam alienam, processiones facere. *Sac. Congreg. Rit. 11. Decemb. 1613. apud Barbos. in collect. bull. v. Processio.*

13 Processio Sanctissimi Sacramenti potest fie-

ri à Dominicanis per vicos, plateas, & loca, per eos eligenda quæ tamen semel electa mutare non possunt iuxta lit. Clem. VIII. *Sac. Cong. rit. 14. Nouembr. 1615. apud Barbos. ibid.*

14 Religiosus, qui processionem fieri præcipit, vt ea, occasione, mulieres ingrediantur Monasterium, peccat quidem abutendo facultate, quam habet: sed non incurrit pœnas admittentium fæminas intra Monasterium; quia non admittit eas illicitè ingredientes. *Bonac. de claus. quæst. 5. punct. 4. num. 14. citans Coriol. p. 2. cas. 3. num. 34.* Contrarium tenet *Sanch. 6. in decal. c. 17. num. 13. & Rodriq tom. 1. quæst. 46. art. 3.*

Reliqua in v. Baldachinum.

PROCESSVS.

1 PRælati locales non possunt processus in scriptis formare, nisi de commissione Prouincialis, vel Generalis. *Spath. de mo. cor. Regul. tract. 3. c. 1.* Sic enim expedit ad tollendam omnes fraudis suspicionem.

2 Processus fabricatus super literis scriptis absq; nomine, est ipso iure nullus. *cap. inquisitionis. de accusat. Ghisil. de iud. Regul. cap. 16.*

3 Processus inter Regulares expedit, vt terminetur simpliciter, sũmarie, de Plano, & sola veritate inspecta. *Spath. ib. c. 16. & 17.* Quando auté procedi debeat seruato pleno, & exato iuris ordine vide eũdem. *c. 18.*

4 Apud Religiosos reseruatio processuum est fomentum, & incentiuum odij *Peyr. de subd. quæst. 1. c. 16. §. 4.* Vnde Benedict. II. apud *D. Anton. 3. p. tit. 9.*

*cap.7.§ 7.*præcepit vt intra biennium teneatur Prælatus terminare processus; Alias, elapso biennio, non possint amplius obesse.

5 Religioso reperto innocenti in processu contra eum formato, tenetur Prælatus Iudex, sub mortali, per absolutoriam sententiam famam restituere. *Spath tract 10 cap.1.*

Reliqua in v Inquirere.literæ.

PROCVRATOR.

1 NOn potest Religiosus esse Procurator, seu Aduocatus, nisi pro directa, vel indirecta vtilitate Conuentus, de licentia sui Prælati. *Silu. v.Aduocatus:quæst.2.& 6.Sayr.in clau.reg.lib.12.cap. 22.à n.3.Aegid.de contr.c.4.n.18.& 24 Sanch.6.in decal.c.13.n.1.& Graff.decis.lib.3.cap.5.num.*101.

2 Prælatus ipse, absque alicuius licentia, potest onus Procuratoris suscipere. *Nauar.com. 2. de Regul. n.64.& Sanch n.18.& Aegid.num.23.*

3 Procuratores Monasteriorum Monialium, de triennio in triennium mutari debent. *Sac. Cong.Epis. apud Barbos.in collect.bull.v.Procurator.*

Reliqua in v.Actor.Syndicus.

PROCVRAVOR GENERALIS.

1 SI muneri Procuratoris Generalis adiuncta sit Superioritas, seu auctoritas in aliquos, puta hospites, vel alios, tunc dici potest di-

dignitas: Sin minus, erit tantum Perſonatus. *Lezan. tom.2.cap* 13.*num.*25.

2 Debet à Capitulo Generali eligi; Cum enim omniũ negotia habeat tractare, conuenit vt ab omnibus, ſaltem virtualiter eligatur, iuxta *regul.*29. *de reg. iur. in 6. Quod omnes tangit. debet ab omnibus approbari. Peyr. in formul. lit. Z, cap.* 2.

3 Poteſt agere quaſcunque cauſas, etiam mandatum ſpeciale requirentes, omnium Prouinciarum, Conuentum, & Perſonarum Ordinis, ac ſi plenum, liberum, & ſpeciale mandatum, ad huiuſmodi cauſas accepiſſet. *Rot. deciſ.*201.*num.*2.*apud Farinac.p.*2.*deciſ. Sorb. in comp. priuil. v. Procur. Fratr. & Sigiſmund. de elect. dub* 104.*num.*6.

4 Habet locum in Capella Papæ. *Sigiſmund. nu.*7. *& Peyr. num* 6.

5 Procurator Generalis Obſeruantium debet præcedere in Capella Papę Procuratori Conuentualium. *Sac. Cong rit.*25. *Ian.*1602. *apud Barboſ. in collect bull. v. Procurator.*

6 Tria neceſſario in Procuratore Generali requiruntur: Scientia, Prudentia, & Eloquentia. *Peyr. c.*3.*n.*3.*citans D. Thom.*5 *polit. c.*9.

PROFESSIO.

1 NOn poteſt, de iure communi, ſolus Prælatus admittere ad profeſſionem, ſed requiritur maior pars Conuentus; Eſt enim res ex grauiorbus Monaſterij. *Sà. v. Religio, numer.* 65. *& Rodriquez*

driquez tom. 3. quæstion. 17. articol. 7.

2 Expleto anno probationis, poteſt Superioris arbitrio prorogari profeſſio. *Sac.Cong.apud Graff.decis.de Regul.lib.3.cap.5.nu.16. Lezan.to.1.c.24.nu.41. Peyr.to.1.priuil.in const.2. Sixti IV.§.11 nu.81.& 82. & Suar.to.3 de Relig.lib.5.c.13.*

3 In ætate ad profeſſionem requiſita, non valet id quod communiter dicitur, malitia ſupplet ætatem. *Bertach.v.Malitia.*

4 Ad profeſſionem non eſt neceſſaria ſcriptura. *Graff ibid.nu.25. citans gl.in c. vidua.20. quæst.1. & c. Saluberrimum 1.quæst.7.*

5 Si profeſſio eſt inualida ſolum ex defectu poteſtatis in admittente, ſatis eſt, vt habens talem poteſtatem, eam ratam habeat, non mutata profeſſi voluntate; Nam ratihabitio retrò trahitur, & mandato comparatur. *c. ratihabitionem. de reg. iur.in 6. Nauar. lib.3. conſ. de Regul. conſ.6. & 40. Azor.lib.12. instit. cap.5. quæst.7.* A die verò ratihabitionis incipiet valere profeſſio. *Sanch 5 in decal. cap.4. num.80. Vide eumd.1.in decal.cap.4.num.62.*

6 Profeſſio acceptata à Laico habente commiſſionem à legitimo Prælato, eſt valida: & multo magis à ſimplici Religioſo, de licentia eiuſdem Prælati. *Rodriquez tom.3.art.17.num.2.& Dian.tract.2.de dub. Regul.reſol.70.*

7 Profeſſio facta per Procuratorem eſt valida. *Mirand.tom.1.man.q.24.art.1.*

8 Si fiat nutibus tenet. *Sanch 5. in decal.c.3.n.2.*

9 De profeſſionis ſubſtantia non eſt, vt fiat in

Mo-

Monasterio. *cap. Sicut nobis.* 17. *de Reg.*

10 Facta sub conditione de futuro (quæ validè apponitur) licet obligationem suspendat, adueniente tamen conditione, statim absq; alio consensu est valida. Ille enim consensus conditionatus transit in absolutum. *Sanch.5.in decal. cap.4. num.88. & Lezan. tom.1.cap.2 num.26.*

11 Nulla est si fiat sub conditione contraria eius substantiæ, vt si v.g. fiat sub conditione habendi proprium. *Azor.lib.12.c.5.q.2 & lib.11.c.15. & Lezan. ibid.* Valida tamen est, si fiat reseruata sibi facultate testandi de suo patrimonio. *Sac.Congreg.apud Barbos. in collect.v.profess.regul.*

12 Valida est professio facta in Religione laxiori ab habēte votū ingrediendi strictiorem. Pro voto tamen non completo imponenda est ei pœnitentia. *Graff.lib.3.decis.cap.5.num.31.*

13 Facta in Religione reprobata habet vim voti simplicis. *Sanch.num.86.*

14 Non solum professio expressa, quæ scilicet fit verbo, vel scripto vouentis tria vota; sed etiam tacita, quæ nimirum fit portando habitum, & exercendo propria professorum, constituit verum Religiosum, seruatis conditionibus Concil.Trid.sess 25.c.15. *Nauar.com.4. de Regul. & Mirand.in man. to.1.c.24. art. 12. Vide declarationem Sac. Cong.Conc.apud Armend. in addit.ad recopil.leg. Nauar.lib.2.tit.18.l.7.de Relig. numer.6.& 8.*

15 Professio, quam emittunt Patres Societatis Iesu peracto biennio, reddit illos omninò incapaces ad

con-

contrahendum matrimonium. *Greg. XIII. in bulla: Ascendente Domino. Valent.to.4.disp.10 q.5. punct.3.*

16 Facta ob malum finem, qui tamen non sit contra substantiã Religionis, est valida. *Silu.v.Religio.3.q.6.*

17 Si fiat per simoniam tenet. *Suar tom.1.de Relig. lib.4.de simon.cap.57.& Lezan.to.1 cap.2.num.15.* Simonia.n. quoad pœnas non procedit, nisi in casibus expressis in iure: In casu autem nostro nulla extat iuris dispositio, per quam professio declaretur nulla.

18 Professio illius, qui ementitur sexum, est nulla. Ad minus enim deficit consensus in admittente, cum nullus Prælatus huiusmodi professionem possit admittere, nec Ecclesia, ad id concedat auctoritatem. *Nauar.lib.1. consil.in 1.edit.tit. de ætat. & qualit. cons. 8.nu.1. & lib.3.de Regul.cons.47.nu.1. Henr.lib.14.de Regul.c.8.nu.6.& Lezan.tom.1.c.2.nu.20. Vide tamen Valer.in diff.vtr.for.v.Votum.diff 2.*

19 Professio Hermaphroditi, si in eo præualeat sexus virilis, valida est in Monasterio virorũ; si sexus femineus, in Monasterio Monialium; Iudicatur enim vir, aut femina, iuxta sexus prædominium. Si verò sexus sit æqualis, & aptus ad coitum, in neutro Monasterio potest validè profiteri; nam respectu fœminarum est vir, & respectu virorum est fœmina. *Lezan. ibid.vbi alios DD. accumulat.*

20 Valida est professio illius, qui propter morbum, aut senectutem, impotens est ad seruanda præcepta Regulæ: Sufficit enim, vt possit seruare tria vota, quæ sunt essentialia Religionis. *Rodriq.tom.2.sum.c.6.nu. 13.& Lezan. num.22.*

21 Pro-

21 Professio serui, sine licentia sui Domini, non valet. *Lezan. num.* 21. vbi obseruat ex D. Anton. quod si seruus, sciente domino, Religionem ingrediatur, & non repetatur intra triennium, triennio transacto, professio est valida, quia tunc cẽsetur dominus tacitè consensisse. *Vide gl. fin. in c. 2. de seruo non ordinan. & c. si seruus dist. 54. & Sanch. 5. in decal. c. 4. n. 44. & 49.*

22 Peccat mortaliter Religiosus professionẽ emittens, Parentibus in extrema necessitate constitutis, & eius auxilio, & ope indigentibus. Subuenire enim Parentibus est præceptum naturale, quod præponi debet præcepto Religionis, quod est de consilio, *Graff. p. p. decis. lib. 3. c. 5. nu. 37. & Suar. to. 3. de Relig. lib. 5. cap. 5.* Professio tamen tenet. *Nauar. lib. 3. cons. de Regul. consil. 3. in 2. edit. in prima vero, consil. 26. Rodr. tom. 3. q. q. Regul. qu. 13. art. 5. & tom. 2. sum. c. 6. nu. 4. Miran. in man. tom. 1. q. 37. art. 8. Sanch. 4. in dec. c. 20. n. 10 Less. 2 de iust. cap. 41. dub. 3. nu. 34. & alij apud Lezan. tom. 5. fol. mihi 366. nu. 36.*

23 Professio facta à coniugatis post consummatũ matrimonium, si sit de consensu partium, tenet. Potest enim vterque coniux cedere iuri suo. *c. qui vxorẽ. 33. q. 5. Enriq. lib. 11. c. 8. & Bonac. q. 3. de Matrim pun. 4. propos. 3.* Secus si fiat ab vno coniuge absque alterius licentia. *c. placet. & c. quidam. de conuer. coniug. Sanch. 7. de matr. disp. 34. n. 1. & Suar. lib. 6. de Relig. c. 7. nu. 2. Vide v. Matrimonium. nu. 8.*

24 Professio nulla propter seruitutem eis qui profitetur, vel propter sexum ementitum, vel similem causam, habet vim voti simplicis. Quãdo enim actus

non valet eo modo, quo fit, valet eo modo, quo valere potest. *Nauar. libr. 3. conſ. tit. de Regul. conſ. 18. & Azor. lib. 12. c. 1. q. 3. & Lezan. nu. 28.*

25 Inualida ob defectum ętatis, anni probationis, vel ſimilem cauſam, ſuppleta cauſa, quæ deficiebat, nō requiritur reiteratio nouitiatus. *Sanch. 7. de Matr. diſp. 37. n. 45.* Requiritur tamen ratificatio profeſſionis inualidæ, quæ ſaltem internè fiat. *Mirand. in man. tom. 1. quæſt. 30. artic. 3.*

26 Inualida defectu conſenſus, illo ſuperueniente inualeſcit. *Sanch. to. 1. de Matr. lib. 1. d. 16. & lib. 2. diſp. 32. nu. 24. & Nauar. conſ. 50. de Regul.*

27 In dubio an profeſſio ſit valida, nec ne, præſumēdum eſt quod ſit valida. *Grat. diſc. foren. to. 3. c. 413. nu. 17. Sanch. 7. de Matr. diſp 37. n. 12. & lib. 4. in decal. c. 2. Dian. p. 4. tr. 3. reſol. 55. & Sanctarell. var. reſol. to 1. quæſt. 48. n. 48.* Qui verò eſt dubius de validitate ſuæ profeſsionis, eam ratificare tenetur. *Suar. tom. 3. de Relig. lib. 7. cap. 2. num. 3.*

28 Certus de nullitate ſuę profeſsionis, quā nequit in foro exteriori legitimè probare, poteſt ſecluſo ſcādalo, habitum dimittere, & vxorem ducere. *Suar n. 6. & c. 3. n. 1. & 9. Nauar. com. 4. de Regul. n. 76. & lib. 3. conſ de Regul. conſ 89. n. 6 & 7. Enriq. lib. 11 c. 11 n. 3. Rodriq to. 3 q. 17. ar. 17. Sà. v. Relig. n. 71. & Sanch. 7. de Matr. diſ. 37. n. 11.* Nemo enim poteſt ad Relig. cogi.

29 Superior cuiuſque Conuentus, in quo eſt Nouitiatus, particularem librum habeat in quo vniuſcuiuſque nouitij profeſsio regiſtretur; cui profeſſus propria manu, & duo teſtes ſubſcribant. Conuerſus

verò literarum ignarus, in eorũdem testium præsentia, propria manu signum Crucis apponat. *Clemen. VIII in decr.pro instit.Nouit.approbatis ab Vrb.VIII. in decr.de Apostat.& Eiect.*

30 Negans professionem Nouitio absque causa mortaliter peccat. *Eminen.de Lugo.de iust. & iur.tom. 1.disp.9.sec.3. & Dian p.7.tr.11.resol.26. Contrarium docet Sanch & Caramuel.in regula D.Benedict.disp.40. concl.20.n.472.Vide v Nouitius n.39.*

31 Professio facta in articulo mortis iuxta priuilegium Pij V.de quo *v.Nouitius.n.33.* non facit vt professo succedat Monasterium, sed venientes ab intestato. *Molfes.tr.9.c 12.à nu.58. citans Rodriq to.3.qu. 15.a.6. & Mirand in man. to.1.q.12.a.10.* Priuilegium enim contra ius commune,aut in damnum tertij strictissimè est interpretandum: Priuilegium autem Pij V.est contra ius commune, nempe contra *Trid. sess. 25.de Regul.* & tantum concessum videtur ad effectũ lucrandi indulgentias, & pro consolatione spirituali infirmorum. Contrariũ docent. *Sanch.In sum.to.2.lib. 5.cap.4.num.16. & Zanard.par.2 cap.17. Vide tamen decr. Sac. Cong.13. Nouemb.1627. apud Barbos.in collect.bull.v.Profess.Regul.*

23 Professionem ratificare tenetrur,qui, ex vi supradicti priuilegij, professionem emisit in articulo mortis. *Molfes.ibid.cum Rodriq.& Mirand.*

33 Legitima ætas pro professionem emittenda est initium anni decimi septimi. *Trid.sess.25.c.15.* In qua non datur paruitas materiæ. *Villalob.to.2.ar 35 diff 20.iuxta determinationem Rotæ p.p.decis.75.nu.7.*

34 Per

34 Per professionem in gratia Dei factam, consequimur remissionem omnium peccatorum antea commissorum, quo ad pœnam, & manemus absoluti ab omnibus pęnis Purgatorij. *D. Tho. 2. 2. q. vlt. a. 3. ad 3, & in 4. dist. 4 q. 3. a 3. Sanch. 5. in decal c. 5. n. 2 Suar. to. 3. de Relig. lib. 3 c. 13. Azor. to. 1. lib. 12 c. 5. q. 11. & Caraciol. in const. Cleric. Regul. p. 2. c. 1. §. 14.*

35 Qui de sua professione gaudet, eamq; internè innouat, paratus eam facere si non fecisset, plenariã peccatorum remissionem consequitur. *Dion Cartus. in opus. de profess. Mon. in append. & D. Ber. Senen. apud Vech. de Nou. disp. 13. dub. 5. n. 7. Vide tamẽ Sanch. n. 5.*

36 Ingrediens Monasterium, si expresse donauit tempore professionis bona sua credens professionem valere, si professio non tenuit, eo recedente, recuperat bona sua donata. Secus, si sciens professionem non valere donasset. *gl. fin. in cap. 3. de Clerico coniug. vbi Abb. citans Bart. in auth. Ingressi.*

37 Non est concedenda licentia Religiosis exeundi è Religione, eo quod professionem in locis non approbatis emiserint; sed intentio Vrb. VIII. in suo motu proprio 11. April. 1631. est, vt iterum professionem emittant *Lezan. to. 1. cap. 24. n. 24. vbi adducit quasdam literas nomine Sac. Congr. ab Eminen. Ginetto scriptas. Vide Peyr. in const. 17. Vrb. VIII. num. 1.* vbi contendit professionem factam in huiusmodi locis, non esse nullam ex parte emittentis, sed ex parte Religionis: & si loca Nouitiatus à tempore Clem VIII. vel Pauli V. continuata fuerint, habere locum præscriptionem, licet nulla reperiatur authentica.

Reli.

Reliqua in v. Annus nouitiatus. Monasterium. Nouitius. Professus. Religio. Transitus.

PROFESSIO FIDEI.

1 Emissio professionis fidei ferè in omnibus Religionibus non est in vsu, ideoque ad illam non tenentur Prælati Regulares. *Sorb. in annot. ad comp. priuil. tit. profess. fid. Portell. in dub. Regul. eod. & Lezan. tom. 1. c. 18. n. 102.*

2 Lectores Philosophiæ, aut Theologiæ, ad similem professionem non tenentur in illis Religionibus, in quibus non est in vsu. *Lezan. ib. & Dian. 3. p tr. 2. resol.* 78. Contrarium docet *Peyr. de præl. c. 6. per totum.*

PROFESSVS.

1 Professus solam obedientiam secundum Regulam approbatam cēsetur simul profiteri Castitatem, & paupertatem. *D. Th. 2. 2. q. 186. a 8. Nauar cons. 10. de Regul. n. 9. & Sá. v. Religio.*

2 Professus transiens ad aliam Religionem, oportet vt in ea faciat integrum nouitiatum, nec potest secum ferre, quæ acquisiuit in prima Religione. *Nauar. cons. 17. & 60. de Regul. & Graff. lib. 3. c. 5. n. 15.*

Limita quo ad partus intellectus, vt Conciones, Lectiones, &c. *Valer. in diff. vtr. for v. munera. n. 106.*

3 Liber est à potestate Patris. *Silu. v. patria potestas. n. 1. Nauar. com. 3. de Regul. n 41.*

Amplia ad professos Societatis post biennium,

Sanchez 5. in decal. capit. 5. numer. 31.

4 Licet professo remittantur per professionem omnia peccata antea commissa, quo ad omnem pœnam temporalem pro illis in purgatorio debitam, *D.Th.2.2 q.vlt.a.3. Thom. Vualden.de Sacram.tit.9.c.* 80.*n.*8.*&* 9 Non tamen remittuntur quo ad culpam cum professio non sit Sacramentum.*ibid.*

5 Contrahens matrimonium excommunicatur. 27.*qu.*1.*cap.impudicas.c.si quis sacrum, & c.Monacho.* Et punitur à Sacra Inquisitione, vt de hæresi suspectus. *ad dictæ v. Matrimonium. num.2. Simanc. de Cathol instit.*40. *de Matrimon. & Tolet.in sum.lib.7.c.4.*

6 Professus, ob defectum alicuius conditionis irritantis professionem, etiam elapso quinquennio potest eijci à Religione.*Peyr.de subd. q.*1.*cap.*25.§.4.

7 Elapso quinquennio non potest reclamare, seu allegare se non esse professum. *Trid.sess.25.c.19.*

Limita nisi allegauerit legitimas causas, ob quas non potuerit intra id tempus reclamare. *Nauar.com. 4.de Regul.n.71.Vide v.Reclamatio per tot.*

8 Vt audiatur reclamatio professi oportet quod fiat cum habitu, coram Ordinario, & Superiore Religionis.*Conc.Trid.sess.25 de Regul cap.19.*

9 Non potest reclamare, eo quod habeat, vel habuerit tempore professionis Parentes, aut filios in extrema necessitate constitutos; nam, etsi professio eius fuit illicita: fuit tamen valida. *Nauar.lib.3.cons. de Regul.cons.3.Vide v.professio.nu.22.*

10 Tenetur professus succurrere modo congruo, & non contrario suæ Regulæ, Parentibus, aut Filijs in

extre-

extrema necefsitate conftitutis. *Cordub. in regul. D. Franc.cap 2.quæſt 6 art.2.*

11 Profeflus contra formam decr. Clem. VIII. fi prætendat infra quinquennium de nullitate profefsionis, debet fua iura deducere coram Sacra Cong. nec vllus alius, etiam Legatus de Latere, poteft fe in huiufmodi caufa intromittere, fub pœnis contentis in Decret. Sacr. Congr. Concil. iuffu Vrb. VIII. anno 1636. *Lezan.tom.2.cap.8.num.25. Vide v. reclamatio num. 1. & ſeqq.*

12 Profeffus inualide, dum ei tempus non vacat ad reclamandum, quia eft elapfum quinquennium, tenetur ad ratificandam profefsionem, faltem quando fua culpa inualidè profeffus eft. Cum enim habeatur vt profeffus verus à Religione, ipfe vt talis fe gerere debet erga illam, ne eam decipiat. *Rodriq.2. p.ſum.cap.45.nu.5. Vide Valer v. Regularis. diff.2.nu. 3. & Villalob.to.2.tr.35.diff.25.n.8. Contrarium ſentit Pelliz.in man.Reg.tr.3.c.1.q.10.n.48.*

13 Profeffus nulliter, fi iterum vult emittere profefsionem, non indiget noua receptione, fed fufficit, quod prima receptio continuetur per annum. *Graff. 3.deciſ.cap.5.num.24.*

4 Poteft Prælatus poft quinquennium dimittere occultè eum, quem fcit nulliter effe profeffum, nec profefsionem ratificaffe. *Sanch.7.de matr.d.37.n.13.* Superior.n certus quod ius Religionis in talem profeffum eft nullum, feu fundatum in falfa præfumptione, eum fecreto eijciens fine fcandalo, nemini facit iniuriam. *Vide v.profeſſio.n.28.*

15 Professus nulliter nõ censetur ratificare professionem, siue per consensum, siue per admissionem ad actus conuenientes solis professis, nisi data scientia nullitatis, ita vt illa non obstãte, ratificans eam habeat pro bona, & valida; Cum errans, & ignorans nõ censeatur consentire. *Grat. disc. for. c. 440. n. 22. & 23. citans Nauar. cons 26. n. 18. & cons. 28. in fin. n. 7 de Regul. & cons. 89. num 5. eod. & in man. confess. c. 12. num. 71. post Caiet. 22. q. 189. art. 5.*

PROMISSIO.

1 POtest Prælatus irritare promissiones suorum Subditorum; qui cum non habeant velle, & nolle, non possunt se aliis obligare absque eius licentia. *Nauar. tom. 1. consil. de pact. cons. 7. nu. 4. & 5. Suar. tom. 3. de Relig. c. 13. num. 8. & Graff. tom. 2. cons. lib. 3. cons. 1. num. 13.*

2 Si data sit à Prelato licentia subdito, aliquid extra Religionem alicui promittendi, non potest Prælatus dictam promissionem irritare. *Suar. to. 2. de Relig. lib. 6. c. 8 nu. 3. Sanch. 4. in decal. cap. 27. num. 23. & lib. 7. cap. 31. nu 41. & lib. 9. de Matr. disp. 40. num. 14.* Aliàs nemo auderet cum Religiosis contrahere. *Portell. in add. ad dub. Regul. v. votum. num. 73.* Contrarium docent *Aragon. 2. 2. quæst. 88. art. 8. & Less. 2. de iust. cap. 40. dub 13. num. 107.*

Reliqua in v. Contractus.

PRO-

1 PEccatum proprietatis, si sit mortale, est casus reseruabilis à Superioribus Regularibus. *Clem. VIII. in decr. de cas. reseru. Graff. 2. p. decis. lib. 3. cap. 19. num 5. Sanch. 7. in decal. cap. 20. à num. 11. Quarant. in sum. v. casus reseru. & Coriol. de cas. reseru. 2. par.*

2 Peccatum proprietatis duplicem habet malitiam, alteram furti, quia proprietarius vsurpat, quod suum non est: alteram Sacrilegij, quia facit contra votum. *Ledesm. de stat. Relig. in com. cap. 4. conclus. 3. dub. 9. Sanch. 7. in decal. cap. 19. nu. 108. Cordub. in sum. quæst. 109. Sayr. in clau reg. lib. 9. cap. 16. num. 21. & Vasq. 2. par. disp 99. cap. 4. num. 20.*

3 Peccat Religiosus peccato proprietatis retinẽs superflua, etiam cum licentia Superioris; Nam votũ paupertatis solum permittit ea, sine quibus vita transigi non potest. *Silu. v. Religio. 6. quæs. 7. Valent. to. 3. disp. 10. q. 4. Nauãr. com. 2. de Regul. nu 21. Thom. à Iesu in ca. non dicatis. p 4. cap. 7. & Barthol. à S. Faust. in opusc. de vit. propr.* (licet contrarium doceat *Peyr. de subd. quæst 2. cap. 2. § 9.*)

Amplia primò ad Religiosum occultantem suo Superiori id, quod posside, vel nõ manifestans, quando Prælatus id interrogat, seu visitat cellam, & in ea præcipit, vt fiat inuentarium rerum, quas possidet. *Cord. in Reg. D. Franc. cap. 7. q 4. Mendoz. in quodlib. quæst. 8. concl. 4. & Graff. p. p. decis. lib. 3. cap. 5.*

Amplia secundò ad Religiosũ recipientẽ aliquid à

quocumque ſine licentia Prælati. *c. cum ad Monaſterium. de ſtat Monach. Mendoz. concl. 5. Rodriq. tom. 3. q. 29. art. 10. Leſſ. 2. de iuſt. cap. 41. dub. 9. nu. 79. Azor. to. 1. inſt. lib 12. c 12. q. 7. & Sanch. 7. in dec. c. 19. n. 53.*

Limita in caſu, quo Superiores non dent Religioſo ea, quæ ſunt ei ſimpliciter neceſſaria ad vitam. *Lezan tom. 1. cap. 6. num 31. citans Rodriq. to. 2. ſum. cap. 31. num. 6. & Valen. 2. 2. diſp. 10. quæſt. 4. Vide D. Anton. 3. p. tit. 16. cap. 1. §. 11. not. 1.*

4 Proprietarius eſt Religioſus, qui cellam, quam proprijs, vel conſanguineorum expenſis conſtruxit, non vult dare illi, cui eam concedit Superior: vel non eſt paratus illam relinquere ad nutum Superioris. *Graff. p. 2. deciſ. lib. 3 cap. 19 num. 27.*

5 Proprietarius eſt etiam, qui ſine Prælati licentia, permutat, mutuat, accōmodat expendit, ſeu quomodocumque contrahit. *Sanch. num. 65. Leſſ. 2. de iuſt. cap. 41. dub. 9. num. 79. Valen. 2. 2. diſp. 10. quæſt. 4. punct. 3. & Mendoz quodlibet. 8. concl. 3.* quia hæc omnia ſapiunt dominium.

6 Conuictus de proprietatis vitio, priuatus eſt biennio voce actiua, ac paſsiua. *Trid. ſeſſ. 25. cap. 2.* Intellige de retinente contra voluntatem Superioris, non vero de donante; licet hic quoque incurrat pęnas conſtitutionis Clem. VIII. de largit. muner. *Sanch. 7. in decal. cap. 20. num. 11. & 13. & Peyr. de ſubd. quæſt. 2. cap. 2. §. 9.*

7 Proprietarius non poteſt ſepeliri in loco ſacro. *c. Monachi. de ſta. Monach c. cum ad Monaſterium. ibid.* Et ſi eſt ſepultus in loco ſacro, debet extrahi, ſi ſi-

ne magno ſcandalo fieri poſsit. *c. ſuper quodam. eod.*
Reliqua in v. Dominium. Paupertas ſuperfluum, Vita communis.

PROTECTOR.

1 PRotectores dantur Religionibus à Sũmis Pontificibus ad earum defenſionem, conſeruationem, atque dilatationem. *Peyr. de ſubd. q. 1. cap. 18 §. 21. & Lezan. tom 2. cap 9. nu. 2.*

2 Non ſunt propriè Religionum Prælati, vt ſunt Priores, Prouinciales, & cæt. *Lezan. num. 4.* Licet tales, largo modo, dici poſsint. *ibid. num. 5.*

3 Sunt Conſeruatores Ordinum pro omnibus cauſis, quæ poſſunt contingere. *ibid. num. 14.*

4 Poſſunt ſuam interponere auctoritatem pro conſeruatione iuriſdictionis Prælatorum, & pro introducenda in Monaſterijs vera regularis vitæ obſeruantia. *ibid. num. 9. & 10.*

5 Poſſunt admittere appellationes Fratrum, qui à ſuis Superioribus grauati, ad ipſos recurrunt. *ibid. num. 15.* vbi adducuntur decreta Summorum Pont. Interponenda tamen eſt hæc appellatio gradatim, ideſt à Prælato immediato ad Prouincialem, à Prouinciali ad Generalem, & ad Generali ad Protectorem. *Sorb. in comp. priuil. v. appellare. & Barboſ. in collect. Bullar. v. Religioſus.*

6 Superioribus, regimen, & gubernium ſubditorũ penitus debẽt relinquere, nec in negotijs Fratrũ ſe immiſcere, niſi ab ipſis Superioribus requiſiti. *Innoc. X.*

in liter. Protection. quæ hodie à Sanctitate sua emanant. Vide *Laert. Cherub. to. 3. bullar. in Paul. V. nu 53.*

7 Quando occurrit, vt se immisceant in negotijs Ordinum, debent loco Notarij, si hic opus fuerit, adhibere Fratrem sui ordinis. *ibid.*

8 In causis, in quibus se possunt intromittere, possunt Procedere per censuras. *Lez. in Mari magno Carmelit. §. 107. vbi plura ad intentum.*

9 A Protectore potest fieri appellatio ad Sacram Cong. *Barb. ibid. & Thom. à Iesu de visitat. Regul. tract. 3. cap. 17. num. 3. & 7.*

10 Possunt in casu necessitatis, auctoritatem suam delegare. *Lezan. num. 20 citans lit. protect. Pont.*

Limita, nisi causæ Regularium concernant visitationem, vel reformationem Prouinciæ, vel Monasterij Tunc enim nō possunt vices suas delegare alijs, quam eiusdem Ordinis Religiosis. *Rodr. to. 3. q. 77. art. 9. & Peyr. de subd. q. 1. c. 18. §. 2.*

11 Protectoribus est fides adhibēda quando dicunt se habere viuæ vocis oraculum à Papa. *Azor. tom. 2. instit. lib. 4 c. 3. dub. 20. & Lezan. num. 7.* Veniunt enim nomine Officialium, ac Ministrorum Papæ, qui non comprehenduntur in reuocatione viuæ vocis oraculorum Vrb. VIII. *Peyr. in form. lit. Z. c. 3. append 4. n 1.*

Limita quo ad oracula tantum concernentia Religiones, quas protegunt. *ibid.*

12 Protectores possunt concedere Fratribus suæ protectionis licentiam eundi Romam. *Clem. VIII. in decr. pro refor. Regul. confirmatis ab Vrb. VIII. in decr. de Apost. & Eiect.*

PRO-

1 PRoteſtatio, quandoque plus prodeſt; quam appellatio. *gl. ſine præiud. in c. cum. M. de conſt.*

2 Proteſtatio non valet, vbi proteſtans, per contrarium factum, directè obuiat ſuæ proteſtationi: niſi hoc faceret iuſta de cauſa. *ibid.*

PROVINCIA.

1 PRælati Regulares, etiam Generales non poſſunt de nouo aliquam Prouinciam fundare, ſeu erigere, aut iam erectam diuidere, ſine licẽtia Sedis Apoſtolicæ. *c. felix.* 16. *q.* 1. *c. pręcipimus. ib. & c. de locorum. de conſecr. diſt.* 1. *Silu. v. caſus. q.* 1. *caſ.* 8. 9. *&* 10. *Mirand. tom.* 2. *man. quæſt.* 7. *artic.* 11. *& Lez. tom.* 1. *cap.* 18. *num.* 24.

PROVINCIALIS.

1 MVnus Prouincialis eſt dignitas, cum ſit adminiſtratio cum iuriſdictione. *Suar. to* 4. *de Relig tr.* 10. *lib.* 10. *c.* 3. *&* 5. *& Portell. v. Præl. iuriſ vide D. Th.* 2. 2. *q.* 33. *ar.* 7. *& Rodr. to.* 1. *q.* 12. *ar.* 5.

2 Prouinciales Relig. ad minus debẽt eſſe triginta annorum. *Mirand. in man. to.* 2. *q.* 3. *art.* 1. *& Rodr. to.* 1. *q.* 23. *art.* 10. in quo nec Generalis poteſt diſpenſare.

3 Prouincialis, ex cauſa totius Prouinciæ dũtaxat, poteſt concedere facultatem ſuis Fratribus adeundi Romam. *Clem. V III. in decr. pro ref. Reg.* 20. *Mart* 1601.

4 Non poteſt remouere à Prouincia Fratres à Ge-

nerali ibi positos. *Bariol. v. Prouincialis. citans Nauar. conf. 1. de sent. & re iudic.*

5 Finito debitè suo officio, debet in Choro tenere primum locum ob memoriam habitæ dignitatis. *Tiraquell. in trac. de caus. cess. limita 15. num. 9.*

6 Possũt in aliquib. Relig. institui Prouinciales titulares. *Lez. to. 1. c. 18. n. 88 citãs decretũ Sac. Cong. 1592.*

PVRGATIO CANONICA.

1 NOn potest indici Prælato de delicto cõmisso ante promotionẽ. *gl. fi. in c fi. de purgat. can.*

2 Indicenda est Regularibus secundum tenorem regulæ *c. 3. de purgat. can.* Hodie tamen ferè non est in vsu. *Spath. de mo. cor trac. 2. c. 12.*

3 Nunquam admittitur quandiù legitimè probationes ad sunt. *c ad. nostrum. & ibi gl 2. de probat.*

4 Inducitur cum deficiente accusatore, reus laborat infamia; aliàs non. *gl. in summa. 2. q. 5.*

Fallit si fama orta sit à detractoribus, vel à malis, vel ab inimicis. *ibidem.*

5 Si quis purgationem canonicam subierit, riteq; perfecerit, debet Iudex statim illum innocentem declarare, ab infamia criminis absoluere, & in pristinum restituere. *c. ex tuarum de purgat. canon. Spath. ib. n. 6.*

Reliqua in v. inquirere.

PVRIFICATIO.

2 POssunt Regulares in suis Ecclesijs mulieres post partum ad purificationem admittere, *Sac. Cong. 2. Iulij 1620 Archiep. Bononien.*

QVAE-

QVÆRITARE.

1 Regulares possunt,triticũ,vuas,ligna,& similia quæritare antequam Parochus receperit suas primitias.*Sac Cōg.2.Iulij. 16 0.Arch. Bononien:*

2 Inhibẽtes dari eleemosynã Mẽdicãtibus,ipso facto incurrunt sententiã excõmunicationis, & contra illos possunt procedere,sicut cõtra hæræticos, Protector Ord.Auditor Cameræ,& Inquisit.& quilibet eorum per se.*Lezan.tom.5.fol.mihi 795. vbi refert priuilegia concessa suo Ordini Prædicatoribus, & Minoribus.*

3 Contra questuarios Prædicatores procedunt Inquisitores hæreticæ prauitatis.*Vrb.IV. apud Barbos. in collect.bull.v.Quæstuarij.*

4 Religiosi quæstuarij,& ob quæstum publicantes indulgentias,incidunt in cẽsuras,de quibus.*v.Indulg.*
Reliqua in v.Eleemosyna.Mendicantes.

QVARTA.

1 QVarta funeralis non est soluẽda à Monasterijs quæ à quadraginta annis citra fundata existunt,sed tantum ab illis,quæ illam soluere essent solita ante annos quadraginta *Pius V, in sua constitut. Et si mendicantium. vbi Peyr.tom.2.priuil.§.13.n. 14.& tom.1.in const.Pyrrh.n.54.Lezan.to.2.c.1.n. 29.*

2 Vbi quarta solui consueuit, id tantum ceræ, & aliorum, quæ in aliquibus partibus deferri contigerit,tempore, quo defunctorum corpora ad sepulturam deferuntur, non autem de missis, seu legatis,vel alijs,Fratribus,seu Monialibus relictis,aut alias quo-

modolibet donatis, solui debet. *Pius V. ibidem.*

Limita nisi Regulares ea soluere essent soliti, aut Ordinarius, à quadraginta annis citra ea exegerit. *Barbos. in collect. bull. v. Quarta. & Lez. n. 30. citans decretum Sac Cong. Vide tamen eundem. Lez. to. 5. fol. mihi 768. & 769. vbi plura ad intentum.*

3 Clerici Regulares non tenentur ad soluendam Episcopo Quartam funeraliũ. *Rota. 15. Ianuar. 1618. coram Decano Nald. v. sepultura nu. 13. apud Gauant. in man. v. Quarta Epis. & funer. num. 15.*

4 Fratres etiam Ord. Prædicatorum sunt exēpti à solutione cuiuscũq; quartæ funeralis *Grat. c. 925. n. 5.*

5 Quarta cereorum Confraternitatum funera associantium non debetur Parocho. *Sac. Cong. 15. Mart. 1616. Vide Tambur. to. 1. disp. 15. quæst. 17.*

6 Casu quo Nouitius, de licentia sui Prælati, domi suę curaretur, & ibi moreretur, atq. in Ecclesia sui Monasterij sepeliretur, nullam deberent dare Religiosi talis Monasterij, Ecclesię Parochiali portionem, seu quartam; Nam Nouitius, per Nouitiatum mutauit domiciliũ, & effectus est veluti Parochianus Monasterii. *Azor. to. 2. inst. lib. 9. c. 13. q 4. Miranda tom. 2. man. q. 48. ar. 9. & Villalob. 2 p sum trac. 31. diff. 7. n. 10.*

Amplia ad casum eius qui animo mutandi vitam ingrederetur Monasterium & ibi per aliquod tempus moratus decederet ante habitus susceptionē; Nāque per illum animum, censetur mutasse domiciliũ, & effectum parochianum Monasterij. *Azor. loc. cit. & Portell in dub. Regul. v. Canonica portio in addit. num. 3.*

Reliqua in v. Canonica portio. Defunctus.

RECLAMATIO.

1 DEcretum Sac. Côngr. iussu Vrb. VIII. 1636. quo statuitur, ne prætendentes nullitatem professionis factæ in loco non designato,, quoquo modo audiantur neque intra quinquennium, nisi ab ipsa Sac. Cong. non habet locum nisi in casu professionis inualidæ, ex eo quod Religiosus fuerit receptus, aut professus in loco non designato iuxta decr. Clem. VIII. Secus Si professio fuit inualida alia titulo; nam tunc reclamatio fieri debet coram proprio Superiorem, & Ordinario iuxta Trident. sess. 25. c. 19. de Regul. *Pelliz. in man. Regul. trac. 3. c. 5. q. 4. num. 37.*

2 Nomine Superioris, coràm quo reclamare potest nulliter professus intelligit Trident. proprium Prælatum monasterij, in quo ille professionem emisit Nomine vero Ordinarij, Ordinarium loci in quo similiter ille professus est *Barb. de pot. ep. alleg.* 104 *n.* 12. Par enim est, vt vbi causa incepta est, ibi absoluatur.

3 In casu ignorantiæ nullitatis professionis emissæ, aut alterius impedimenti, quod non potuit Religiosus reclamare intra quinquennium, potest reclamare eo elapso; nam quando Conc. ait debere nulliter professum reclamare intra quinquennium intelligendum est si commode fieri potest. *Rodriq. to. 3. q.* 17. *ar.* 16. *& Less. lib. 2. c.* 41. *num.* 64. *Portel. in dub. Regul. v. profes. n.* 45. *& Azor. p.* 1. *lib.* 12. *cap.* 4. *quest.* 10. Tutius tamen est in tali casu obtinere à Papa benefi-

cium.

ciũ restitutionis in integrũ Vide *Barb. loc.cit.num.* 18.

4 In omnibus casibus, in quibus professio est nulla iure communi possunt Regulares reclamare contra eius nullitatem intra quinquennium iusta Conc. Si vero est nulla ex speciali iure Religionis, possunt reclamare, etiam quinquennio elapso. *Peyr. de subd. q. 1. cap. 15. §. 4. citans Sanch. 7. de matr. disp 37. num. 32. & Zach. Girald.* alioqui cogeretur Religio effectos inhabiles per sua statuta à Papa confirmata retinere, eo quod esset transactũ quinquennium, & sic decretum fauore Religionis editum in ipsius detrimentum redundaret ipsique inhabiles reportarent commodum ex suo delicto.

5 Laborans impedimento perpetuo irritãte professionem potest reclamare etiam elapso quinquennio. *Sanch. ibid. & Nauar. lib. 3. cons. 5. de Regul. cons. 26. num. 12. in 2 edit.* Clausula. enim illa Concil. ex quacumque causa, restringenda est ad personas habiles. *Sanch. nu.* 33. nimirum propter rationem supra allatam. In hoc autem casu impedimenti perpetui fit reclamatio apud solos Prælatos Regulares, ad quos pertinet declarare nullitatem professionis. *Peyr. loc. cit. citans Rot. Roman.*

6 Non debet fieri reclamatio ante depositionem habitus, alioqui reclamans nullatenus audiatur. *Trident. sess 25. cap. 19 cit.*

Limita nisi adsit iusta causa dimittendi habitũ, vt quia v. g. non potest reclamans obtinere licentiam eundi ad reclamandum; nam Concil. intendit tantum punire temerariam habitus dimissionem. *Grat.*

disc.

disc.for.cap.413.num.4.& Bonac.quæst.2.de clauſ.p..o. diff.3.n.1.citans Sanch.Nauar.Azor. & Rodriq.

7 Decretum Trid. denegans audientiam reclamanti tranſacto quinquennio, fundatur in præſumptione quod profeſſus tanto temporis ſpatio, in profeſſionem conſenſerit; Vnde quoad forum interius non ligat in conſcientia, poteritque talis profeſſus tranſacto quocumque tempore dum profeſſionem non ratificauit, omiſſa reclamatione fugam arripere,& vxorem ducere. *Gratian.ibid.num.12. Sanch. 6.de matr.disp.37.n.9.& Leſſ.l.2.c.41.num.64.vide v. matrimonium.n.14.& v.profeſsio n.28.*

8 Iudicium reclamationis inchoatum infra quinquennium poteſt terminari etiam tranſacto quinquennio. *Bordon.trac.de profeſſ.c.7.q.23.*

9 Cepto iudicio à Prælato Regulari, & Ordinario ſimul, ſi alter iudicum nolit irrationabiliter amplius cauſæ intereſſe, probataque ſit nullitas profeſſionis, valet ſententia alterius. *Bordon q.27.* Iudex enim efficere debet ne iudicium reddatur nullum c.7.de iudic.

10 Sicut poteſt nulliter profeſſus reclamare contra Religionem:ita & Religio contra illum. Depoſitum enim in vno relatiuorum diſpoſitum cenſetur & in altero; alioqui Religio eſſet deterioris conditionis, ac eſt Religioſus *Bordon. apud Pellizzar.trac. 3.cap.5. quæſt. 15. vbi plura ad rem. Vide v.Profeſſus.*

RECTOR.

1 RECtoris appellatione compræhenduntur omnes habentes regimen animarum.

can.

*can.recedite dist.*45.seu omnes regentes beneficia, siue sint Prælati,siue non *can.de his dist.*11.

2 Ex Rectorum negligentia in subditis datur spes impunitatis, & nutritur pestilentia multa. *Clem. graui. de celebrac. miss.*

Vide v.Prælatus.Superior.

RECVRSVS.

1 Recursus ad personas extra Religionem pro consequendis honoribus, dignitatibus,aut gratijs in ipsa prohibitus est Religiosis à summis Pontificibus,sub varijs pænis,de quibus *Lezan.to. 1.cap.*10.*num.*17.*& cap.*15.*num.*72.

*Vide tamen v.Iudex n.*15.

RECVSATIO.

1 Recusationis causa vnica tantum est nempè suspicio Iudicis causæ verò suspicionis multiplices,de quibus.*Peyr.de subd.q.*1.*cap.*19. §. 2.*c.quod suspecti.*3.*q.*5.*& c Iudex.de off.iud. deleg.in* 6.

2 Coram iudice recusato opportet, vt assignetur causa suspicionis,quæ deinde probetur intra constitutuum tempus coram Arbitris eligendis à partibus. *c.cum speciali.&c.secundò requiris.*§.*tertiò postulas, de appellat.& c.si quis contra Clericum.de form.compet.*

3 Causa suspicionis legitimè non probata, Iudex debet sua iurisdictione vti.Probata verò, debet recusatus, si sit Ordinarius, negotium alteri personæ ido

neæ

neæ committere vel ad Superiorem transmittere: Si ſit Deleg. omninò à cauſæ cognitione abſtinere. *ibid.*

4 Recuſatio iudicis non admittitur in crimine notorio, quantumcumque Iudex, alias fuerit ſuſpectus: quod intellige quando pro delicto pœna eſt à iure determinata. *c. propoſuit. & ibi gl. fin. de appellat. vbi Abb. & gloſ. v. manifeſto.*

5 Recuſari poteſt Iudex, quem Papa ex certa ſciẽtia delegauit, etiam ſi in literis delegationis dicatur (omni appellatione, & recuſatione remota) *Abb in ca. accedens. il 1. vt lite non conteſtata. n. 6. Innoc in c. ex transmiſſa de for. cõpet. Graff. to 2. conſ. lib. 1. conſ. 2. diff. 1. n. 4.* Illa enim clauſula intelligitur de appellatione friuola, & recuſatione fruſtratoria. *Peyr cap. 19. cit. ex Panorm. in c ſuper eo. de appellat.* Legitima autem appellatio, & recuſatio ſunt defenſiones, quę cum ſint iuris naturalis non poſſunt à Principe tolli. *Clem. Paſtoralis. in fi. de ſent. & re iudic. Innoc. in c. quæ in Eccleſiarum de conſtit. n. 3. Silu. v. appellatio. n 7. Armill. eod. n. 12. Graff. & Peyr. loc. cit.*

Reliqua in v. appellatio. Iudex.

REDDITVS.

1 EX reddituum opulentia, & adipe, ſæpè prodit iniquitas. *Extrau. Saluator. de præben. inter commun.*

2 Redditus annui, etiamſi ſint citra decennium, & credita, ſeu loca mõtium, ita ſe habent, ac ſi eſſent immobilia: vnde nõ poſſunt alienari. *Lez. v. alien. n. 6.*

3 Non ſunt prohibiti Religioſis annui redditus,

quos sibi in renuntiatione reseruarunt, vel relicti sunt à Parentibus,aut amicis,vel sibi instituerunt suis laboribus,& industria,prædicando,legendo,&c. neque ex natura voti paupertatis,neque ex vi iuris communis. *Nauar.com 2.num.* 14 *& com.3.num.27 de Regul. Bann.2.2 q.62.ar.5.Beia.4.p.cas.17.in princ Mirand.to. 1 man.q.28.ar.8.Io:a Cruce de stat.Relig.lib.1.c.3.dub. 2.Valent.2.2.disp.1.q.4.punct.3.Vega.to.2.sum ca.32. cas.19.Rodr.1.to.sum.in 2.edit.c.90.nu 9.Sa v.Religio. n.48.Sanch.7.in decal.c.22.n.11.Io:Andr.in reg.non est obligatorium,quæ est 58.de reg.iur.in 6.Abb.in c. cum ad Monasterium de stat.Monach.num 8.Innoc. in c insinuante,qui Clerici vel vouentes num 2.Peyr.de subd.q.2 cap.2.§.1.& Lezan.tom.1.cap.6. num.* 18. Concilium autem Trident.& declarationes Sac.Cong.de quibus *Lez.n.*14.non habent locum in illis Monasterijs, in quibus,vel ob nimiam paupertatem,vel ob malitiam incuriam, aut negligentiam Superiorum non potest obseruari vita communis, dando singulis Religiosis, quę sunt ipsis simpliciter necessaria secundum decentiam status ipsorum. *Lezan.num.21.& Ledesm.de stat. Relig.in com.cap.4.concl 3.dub.13.*

4 Redditaum annuorum perpetuorum non sunt capaces Fratres Minores,etiamsi illi relicti sint cum onere perpetuo celebrationis missarum. *Clem. exiui vers.cumq.annui redditus.de verb.signif.Abbas in c.nimis.il.2.sub.num.2.vbi etiam Io: Andr. n. 2. de excess. Prӕl.Geminian cons.40.num 4. & seqq. Zabarel. in cit. Clem.exiui.§.cumq.annui redditus, per tot. Federic. de Senis.cons.12.n.4.& 5.& Nauar.cons.8.num.3.& seqq.*

de

de testam. Nihil enim est, quod magis arctissimæ paupertati Minorum repugnet, quam redditus annui.

5 Religiosus habens annuos redditus sibi ex bonis patrimonialibus in renunciatione relictos, si ad aliam Religionem trãseant, illos secum defert. *Peyr. de Pral. quæst 3. ca. 1. §* 8 Sunt enim dicti redditus ad Monachi commoditatem, & ne tam onerosus sit Monasterio. *ibid. Contrarium tamen docent alij.*

6 Religiosus distrahens prædictos annuos redditus in vsus illicitos, puta in turpia, sumptuosa conuiuia, vanas picturas, canes venaticos, &c. peccat contra paupertatem. *Molin. tom. 1. de iust. disp. 95. & 140. Nauar. com. 2. de Regul n. 23. & Rodr. in sum. p. 2. ca 32.*

Reliqua in v. Census Superfluum.

REGVLA.

1 QVi profitetur aliquam regulam non vouet seruare omnia, quæ in ea sunt, sed regularem vitam, quæ consistit in tribus votis. *D. Th. 2. 2. q. 186. art. 9. Caiet. ibid. & Vasq. 1. 2. disp. 162. c. 4. n. 16.*

2 Regula non semper obligat ad mortale, quamuis in ea reperiantur illa verba, *vobis præcipimus, &c.* Quia verba regulantur secundum rubricam, sub qua posita sunt & adaptantur materiæ, de qua est sermo. *Azor. to 1. lib. 13. c. 11. q. 7.*

3 Quando Regula prescribit aliqua, quæ alias sunt sub præcepto, illa obligant ad mortale, vel veniale, secundum quod aliàs obligarent. *Caiet. ibid. & Valent. 2. 2. disp. 10. q. 4. punct. 5.* Illa enim non proponuntur

regulam reformatam nequeant ſuſtinere; Hi enim cenſendi ſunt non ſe obligaſſe,nec implicitè nec explicitè ad regulã reformatam propter impotentiam. *Sanch.ibid.num.*38.*& Nauar.lib* 3.*conſ.tit.de Regul. in* 1.*edit.conſ.*9.*in* 2.43.

7 Quattuor ſunt Regulæ,S.Baſilij,S.Auguſtini, S. Benedicti,& S Franciſci,ſub quibus omnes Religioſi viuunt,præter Carthuſianos,& Patres Soc. Ieſu, qui propria ſtatuta habent. *Laym.lib.*4.*trac.*5.*c.* 2.*n.* 2.

REGVLARIS.

1 Regulares alij ſunt Monachi, & Canonici regulares,alij Mendicantes, alij Militares Religioſi.*Mar.Alter.diſp.*22.*lib.*5.*c* 2.

2 Regularis,ſine ſui Superioris licẽtia, etiam prætextu prædicationis,lectionis, vel cuiuſuis pij operis, non debet ſe ſubijcere obſequio alicuius Prælati, Principis,vel vniuerſitatis,vel alterius cuiuſcumque perſonæ,*Conc.Trid.ſeſſ.*25.*de Regul.c.*4.

3 Regularibus debet tolli occaſo euagãdi,& apoſtatandi.*ibid.ſeſſ* 14.*de reform.c.*11.

4 Regulares extra Conuentum, nunquam debent eſſe ſoli,ſed ſemper habere ſociũ.*Clem.ne in agro de ſta. Monac.§. ad hæc vbi Abb.n.*28.*& D.Ant.*3.*p tit.*16.*c.* 8.*§.*2.*Vide Peyr.de ſubd.q.*1.*c.*13.*& infr.v.vagatio n.*2.

RELIGIO.

1 PRo Religione ſumma eſt ratio, quæ facit. *gl. fin.in fin: de ferijs gloſ.fin.in c.ſi.de teſtam·& gl. fin.in c.conſulti de Regul.*

2 Religionem intrare poteſt minor ſeptem annorum, ſaltem per oblationem Parentum, vel tutorum, ſed præcisè nō obligatur. *gl. intraret. in c. ſi de tēp. ordinat. in 6*. Intellige iuxta dicta. *v. Monaſterium. num.* 11.

3 Religio, ſeu Congregatio vbi eſt dura, & aſpera, requiritur in profitente plena pubertas ideſt decem, & octo anni. *c. quia in inſulis. de Regul.*

4 Religionem ingredi ſimpliciter proponens, licet non ingrediatur non eſt voti reus: ſecus ſi animo ſe obligandi, & firmiter. *c.* 3. *& ibi gl.* 1. *de voto.*

5 Ingrediens Religionem, ſi relinquit Parentes in extrema, aut graui neceſſitate, peccat mortaliter. *D. Th. quodlib.* 3. *ar.* 16. *& quodlib.* 10. *ar.* 9. *Silu v. Religio.* 2 *q.* 7 *& Suar. to.* 3. *de Relig. lib.* 5. *c.* 5. Secus ſi non poſſit in ſeculo permanere, abſque periculo peccati mortalis. *Sanch.* 4. *in decal. c* 20. *n.* 11. *& Peyr. to.* 1. *q.* 1. *c.* 9. Dubius verò vtrum Parentū neceſſitas ſit grauis, poteſt Religionem ingredi. *Dian.* 3. *p. tract.* 3. *reſol.* 57.

6 Ingrediens Religionem aliquam, animo tamen ad aliam tranſeundi poſt factam profeſſionem, vel poſt completum ſtudiorum curſum grauiter peccat. *Lezan. to.* 1. *c.* 22. *n.* 26. Trāſitus tamen, ſi legitimè fiat, eſt validus. *Bonac tract. de clauſ. q.* 2. *punct.* 9. §. 1. *nu.* 2. Sed tenetur ad reſtitutionem *Sanch.* 6. *in decal. c.* 10. *n.* 2. *& Bonac. ibidem.*

7 Religionem ingredi non poteſt, atque in ea profiteri, qui grauatus eſt debitis, & ratiocinijs. *Sixtus V. in bulla. Cum de omnibus. Eccleſ. Ordin. & Clem. VIII. in moderatione dictæ bullæ anno* 1602. *Silu. v. Ratiocinium. Nau. conſ.* 2. *de Reg. n.* 7. *& Lez. to.* 1. *c.* 24. *nu.* 17.

Limi-

Limita nisi debita sint incerti domini, aut debitor, neque in toto, neque in parte possit satisfacere. *Sāch. 4. in decal. c. 19. Mirand. in man. to. 1. q. 17. ar. 7 Suar to. 3. de Relig. lib. 5 c. 7. & Dian. tract. 2 de dub. Reg. resol. 4.*

8 Ad Religionem admitti nequeunt furiosi, aut mente capti. *Silu. v. Religio. 5. q. 2. & Sanch. 5. in decal. cap. 4. num. 55.*

Amplia ad eos, qui non sunt sui iuris. *Silu ibid. q. 3.* Nisi tamen adsit suorū dominorum licētia. *Lez. n. 20.*

9 Qui absolutè promisit Religionem intrare, si in vna, aut altera nolunt ipsum admittere, tenetur alias requirere, vt recipiatur. *S. Th. 2. 2. q. 189. art. 3. & 4. & Silu. ibid. quæst. 16. & 17.*

10 Qui ingressum promisit in determinatam Religionem, debet procurare, vt in aliquo eius Conuentu admittatur: sique ab aliquibus expellatur, ad alios recurrere. *Suar. tom. 3. de Relig. lib. 4. capit. 2. num. 8. & Lezan num. 27.*

11 Qui voto, aut iuramento se obstrinxit intrandi aliquam Religionē, si in laxiori profiteatur, professio tenet. *c. qui post votum. de Regul. in 6.* Peccauit tamen. *D. Th. 2. 2. q. 189. ar. 9. & Silu. q. 18.*

12 Religionem ingrediens, siquidē incognitus, debet probari per triennium. *gl. fin. in can. legem. dist. 33.*

13 Religionem intrare simul non prohibentur Pater, & Filius, & simul possunt esse Monachi. *gl. 2 in c ad abolendam. de fil. Præsbit.*

14 Qui vi, vel metu cogit aliquem intrare Religionem, grauissimè peccat: sicque coactus non debet ad Religionem admitti. *Silu. v. Votum 2. q. 12. & Nauar.*

in c.statuimus.à num.71.& lib.3.conf.de Regul.consil. 5.
Qui tamen sic cogit viros, vel pueros non est excommunicatus. *Mirand.in man.q.17.art 4.*

15 Retrahere aliquem ab ingressu in Religionem, vel à professione, nisi fiat iustis de causis est graue peccatum. *Lezan.to 1.cap.24.vbi citat Gerson.in regul. mor.alphab.24. & 67 conf.2.* Sicque retrahens, vi, vel fraude, tenetur vim, vel fraudem tollere, alioquin facit contra iustitiam. *Lez. ibid.* Num verò teneatur ad restitutionem, controuertitur. *Vide Suar. tom.4. de Relig.tract 8.lib.3.cap.3.*

16 Religionem ingrediens Canonicus infra annum probationis impeditur eligere, nisi de gratia à Capitulo vocetur; & sic per ingressum ammittit vsum vocis quo ad actum, non quo ad habitum. *gl conferendum. in cap.beneficium de Regul.*

17 Non recuperat bona, quæ alijs donauit, vel legauit ante ingressum in Religionem, qui postea ingressus, infra annum egreditur. *Hostiens.in c.statuimus. de Regul.apud Graff.lib.2.cap.24.num.9.*

RELIGIOSVS.

1 AD essentiam veri Religiosi requiritur, vt voueat Obedientiam, Paupertatem, & Castitatem in Religione ab Apostolica Sede approbata, & constituat se sub iurisdictione, vel potestate dominatiua alterius. *Innoc. III. in c.cum ad Monasterium. Suar.3.de Relig.lib.2.c.vlt.& Lez.to.1.c.2.n.1.*

2 Religiosorum status fuit à Christo Domino institu-

stitutus.*D.Th.2.2.q.88.art 4.ad 3 Palud.in 4.dist.38.q. 1.diff.5.concl.3.Ledesm.de stat.Relig in com. c.4. concl. 1.Platus.de bon.sta.Relig.lib.2.cap.20.Vasq. 1.2.disp. 165.cap.5.& Suar.3 de Relig.lib.3.cap.2.*

3 Religiosorum appellatione non comprehenduntur Clerici Seculares *cap.1.de sepult. in 6.* Veniunt tamen lato modo.*Lambert.de iur patron.lib. 2.p. 1 q. 11.per tot.* vbi Religiosum ait tripliciter capi; largissimè pro omni Christiano: largè pro christiano honestè viuente,& debitam Deo religionem impendente: & strictè pro eo,qui substantialia regulæ promittit.

4 Religiosi, pro eodem delicto grauius puniuntur,quam Clerici Seculares.*c.accusatus. §.fi. de hæret. in 6.Vide Peyr.in formul.lit.P.cap.16.nu.5:*

5 Religiosus non tenetur esse perfectus, sed ad perfectionem tendere, non quidem per opera consiliorum,aut supererogationis,sed per illa tãtum, quæ sunt secundum Regulam,& obseruantiam sui Ordinis *S.Th.2 2.q.186.art.2*

6 Religiosi diuersi habitus missi ad prædicandum de nouo conuersis, propter scandalum euitandum, possunt se in vnum Superiorem,habitum, & propositum conformare.*c Deus.qui de vita, & honest.*

7 Religiosus vndecumque gratia diuina vocatus, dum laudabiliter viuit in Religione,ad Religionis officia potest assumi,non obstante quod ignoretur eius origo.*c.cum deputati.de iudic.*

8 Religiosus etiam professus, tenetur succurrere parentibus extremè indigentibus, etiam egrediendo Religionem contra voluntatem suorum Superiorum,

rum, quando non ſupereſt alius modus illis ſubue-niendi. *Caiet.2.2.q 101.ar 4.Nauar.com.3 de Regul.n. 40.& in ſum.c.14.n.14.Valent.to.3.diſp.7.q.1.punct.2. & Cordub.in reg.D.Franc.c.2.q.6 ar 2.*

9 Cũ Religioſis mitius eſt agẽdũ. *gl.2.in c.2.de dolo.& contumat,Vide Valent.tom.3.diſp 10.q.5.punct.6.*

10 Appellatione Religioſorum, qui veniant, vel non, latè *Barboſ.de ſignif.v.appell.233.per tot.*

RELIQVIAE.

17 Si sint duo monasteria eiusdem nominis, puta S. Francisci, & testator mandet sepeliri in ecclesia S. Francisci, data paritate loci, paupertatis, & aliarum rerum, adeo quod non adsint coniecturæ, est locus gratificationi Episcopi *Gratian.disc for.c. 30.nu.4.citans Afflict.dec.244.num.4 & Spin.de testam.glos.2. de.elect.sepult.n.67.*

Vide v.Defunctus.Funus.

SERVVS.

1 SEruus, si ignorante Domino Monachus factus, fuerit, vsque ad triennium potest repeti; sed vltra triennium remanet Monachus, & liber *gl.si.in ca 2.de seru. non ordinan.& can.si seruus dist.54. Vide v.Professio.n.21.*

SIGILLVM.

1 SIgillum confessionis frangentes in arctum Monasterium detruduntur, vt ibi ad pænitentiam vsque ad mortem agant. *Nauar.in cap.Sacerdos.de pænit.dist.6.& Alderet.lib.2.de discipl.cap.19.* Quomodo autem constare possit de fractione sigilli, vide *Onuphr.de Sacr sigill.sec.5.q.3.*

Sigillo

2 Sigillo Monasterij abutentes debent puniri pœnis, de quibus. *Graff. de cas. reser. lib. 3. cap. 6. per tot. & maximè n. 10. & seqq. vide v. falsificatio.*

S I L E N T I V M.

1 Silentium regulare vltra obligationem regulæ, videtur maiorem aliam inducere, eo quod in *c. cum ad Monasterium, de stat Monach.* videatur præcipi Religiosis. *Hieron. Grat. 2. p. disc. regul. cap. 10. §. 3. & Lez. to. 1. c. 7. n. 25. Vide Thom. à Iesu in exposit. regul. Carmelit glos. 3. p. 4. à pag. 298 & Homob. de bum. vit. stat. p. p. c. 24. pag. 365.*

S I M O N I A.

1 Simonia committunt Religiosi in electionibus, si dant temporale aliquod munus vel à manu, vel à lingua, vel ab obsequio, pro consequendis dignitatibus Ecclesiasticis, v. g. Abbatia, Prioratu, &c. seu etiam licentia prædicandi, confessiones audiendi, ordines suscipiendi, à casibus reseruatis absoluendi, &c. *c. non satis ca. mandato. de simon. c. quam pio. 1. q. 2. Suar. to 1. de Relig. lib 4. cap. 54. n. 3. Peyr. de subd. q. 1. c. 31. §. 9. & Bonac. de simon. q. 5. n. 7.*

2 Si electores conueniant, vt vnus suffragetur vni in vna electione, & alter alteri in alia, simoniam committunt, *c. quam pio. cit. c. cum pridem. cap. pactiones. de pact. c. tua nos. de simon. & cap. quæsitum. de rer. permut. Nauar. in sum. cap 23. num. 100. Reginal. in prax. lib. 23. n. 244. & Dian. tract. 2. de dub. Regul. resol. 125.*

3 Dans pecuniam alicui, ne in aliqua electione con-

consentiat, seu ne suffragetur alicui digno, aut ne iustè repugnet alicui electioni, Simoniam committit. *Azor. to.3. instit. lib. 12 c.7. q.1. & Peyr. loc. cit.*

2 Non est Simoniacum offerre pecuniam, vel aliud munus, non solum, vt non eligatur indignus, sed etiam vt eligatur dignus in communi, dato quod Electores determinati essent eligere indignum. *Barbos. de off. Paroch. c.2 n.107. Sot.9. de iust. q.6. art.1. & Valent. to.3. disp.6. q.16. punct.3.*

5 Dans pecuniam subornanti, qui pecunia, vel importunis precibus corrūpit Electores, ne aliquem eligant, non committit simoniam; Hoc enim fit tantum ad reddimendam vexationem. *Less. lib.2. cap.35. dub.18. nu.108. & Bonac. de Simon. q.6. punct.5. num.6.*

6 Electo obest, si antè eius electionē data sit pecunia Electoribus licet eo reclamante, quia per pecuniā eligitur nisi dantes pecuniam hoc facerent inodium eius, vt eius electio efficeretur nulla. *gl. imputari. in c. sicut. 33. de simon.*

7 Modica res non inducit simoniam. *gl. fi. in §. fi. in proœm. de cretal. gl. minus. in c si proponēte. 4?. de rescrip.*

8 Electio simoniacè facta est ipso iure nulla antè omnē Iudicis sentētiā declaratoriā; sicque electus tenetur in cōsciētia electioni renūciare, nec ante renūciationē potest absolui. *ex trauag. Cum detestabile Suar. to.1. de Relig. lib.4. c.57. & Less.2. de iust. c 35. dub.25.*

9 Fictam, & deceptoriam simoniam committens, non icurrit excommunicationem, sicut nec alias pœnas. *Sot. lib.9. de iust. q.8. ar.1. Aragon.2.2. q.100. ar.6. dub.1. & Graff. p.p. dec. lib.2. c.97. n .81.*

10 Pœnæ, quas simonaici incurrunt sunt, Excommunicatio Papalis, Priuatio beneficij venditi, vel empti, & obligatio restituendi acceptum. *Extrauag.* 1. *&* 2. *de simon. vide Sot. loc. cit ar.* 2. *propè finem, & ar.* 1. *ad* 6. Quas quidem pęnas incurri in simonia in Beneficio, Ordine, & ingressu Religionis: alijs verò nullam pœnam à iure esse impositam, docet *Dian.* 4. *p. trac.* 4. *res.* 157.

11 Ordo iuris contra Regulares Prælatos in parte remittitur, cum contra eos agitur de simoniæ crimine. *c. per tuas* 32. *de simon.*

12 Ab omni excõmunicatione propter simoniam incursa, illa excepta, quæ est propter simonaicam receptionem Ordinum, possunt Prælati Regulares absoluere suos subditos. *Rodr. to.* 1. *q.* 26. *a.* 13. *Suar. to.* 1. *de Relig lib.* 4. *c. vlt. nu.* 4. *Scort. in select. bull. theor.* 380. *Graff. de quinq. cas. lib.* 1. *capit.* 9. *num.* 7. *Sigism. de elect. dub.* 98. *num.* 10. *& Peyr. de subd. quæst.* 1. *cap.* 31. §. 9. *vbi citat priu. Pontif.*

13 Ad solum Papam spectat dispensare cum eo, qui scienter Ecclesiasticam dignitatem simoniacè obtinuit, vt eam denuò possit obtinere. *Suar. n.* 10. *Reginal. in prax. lib.* 23. *n.* 186. *& Graff. p p. dec. c.* 98. *n.* 6.

Reliqua in v. Renunciatio.

SOCIVS.

1 NOn possunt Episcopi, propria auctoritate, assumere sibi in socium Regularem exemptum inuito Prælato ipsius. *Lez. tom.* 5.

pag.

pag.mihi 211.vbi refert priuilegium Pont.concessum Minoribus. Vide Rodriq.to.2.q.q.Regul.q.64.ar.10.

Reliqua in v. Assistens.

SOLLICITANS.

1 Confessarius Regularis sollicitans in confessione debet non solum suspendi in perpetuum ab audiendis confessionibus alijsque pœnis mulctari, iusta constit. Greg. XV contra sollicitantes, sed etiam priuari voce actiua, & passiua, & ei imponi, vt teneat infimum locum inter Regulares sui Conuentus. *Caren. de off. S. Inquis. tit. 6. §. 7.*

2 Si Religiosus, aut Religiosa solicitentur ad inhonesta à Confessarijs, tenentur eos denunciare S. Inquisitioni, vel locorum Ordinarijs. *Greg. XV. in prædicta constitut.* Nec debent postulare licentiam à suis Prælatis. *Lezan. v. accusare num. 8.* Quæ quidem obligatio non solum incumbit personæ sollicitatæ, sed etiam alijs, si id sciunt ex auditu personæ fidæ dignæ. *Fagund. pr. 2. lib. 4. c. 3. n. 31. & Dian. p. 4. trac. 5. res. 28.*

3 Confessarius sollicitans pro alio est denunciandus. *Freytas q. 17. num. 14.*

Amplia primò ad Confessarium petentem à pœnitente domum, in quam concubinam adducat. *Dian. resol. 45.*

Amplia secundo ad sacerdotem non approbatum ad confessionem, & confessionis prætextu sollicitantē. *Greg. X V. in cōst. cit. Paulus trac. 4. disp. 9. pūct. 9. n. 1.*

Amplia tertiò ad confessarium sollicitantem masculum. *Greg. X V. ibid.*

4 Denũciãdus est nõ solũ, qui solicitat, sed etiã qui pœnitẽti sollicitãti cõsentit. *Fagũd. pr. 2. lib. 4. c. 3. n. 5 6.*

Amplia, etiam si sollicitandi acquiesceret tantum in tactibus impudicis *Sancius disp. 11. num. 28.*

Fallit, si sollicitationi cõsẽtiret ob metũ, quia nimirũ pœnitẽs minaretur se vel le illũ denũciare, nisi cõsentiat. *Sanch. ib n. 30. Vide Doct. cit. qui plura ad intentum.*

5 An Regulares possint, mulierem sollicitatam, quæ confessarium sollicitantem non denunciauit, absoluere à censura contracta, virtute priuilegiorum concessorum, quod à quacumque censura, etiam Papæ reseruata possint absoluere aiunt. *Portell. in dub. regul. v. sollicitare, & Hieron Rodriq. resol. 131. nu 16.* dummodo mulier parata sit confessarium sollicitantem denunciare. Negant verò *Homob. de exam. eccl. trac. 7. c. 7. quæst. 35. & inclinat Caren de off. S. Inq. p. 2. tit. 6. §. 20. num. 114.*

SORS.

1 SOrs, nullo casu debet interuenire in tractatu electionis. *c. fi. & ibi gl fin. de Sortileg. & gl. 1. in can Cleros. §. 1. dist. 21.*

Limita primo iu casu necessitatis, vt in paritate electionis, ne suboriatur contẽtio. *gl 1. in sum. 26. q. 2.*

Limita secundò in electione Discreti, seu Procurat. quam posse fieri per sortes diximus. *v. Discretus. n. 3.*

SPECTACVLVM.

1 REligiosi assistentis agitationibus taurorum peccant mortaliter. *Pius V. in bulla,*

De salute gregis; vbi id præcipitur sub pœna excom municationis. *Lezan.tom.*1.*cap.*10.*n.*7.

2 Spectaculis Scænicis, res lasciuas, turpes, & impudicas continentibus, non possunt Religiosi interesse, tum ratione scandali, tum ratione periculi lapsus autem quo cessaret scandalum, nec esset periculum lapsus, non peccaret mortaliter Religiosus ijs assistendo *Sanch.9.de matrim.disp.*46.*num.*41.*& Bonac.de matr.q.*4.*punct.*9.*n.*21 *&* 22.

3 Prodire in spectaculis scęnicis, seu theatris prohibitum est Religiosis. *Concil Sennonen.cap.*25.*D.Anton.*3.*p.tit.*8.*c.*4.§.12.*Silu.v.Ars.n.*6.*Viguer.de temp. tit.de Eutrapel.& Ottonel.de Christian.Moderat.theatr. quæst:*12.*pag.*41.*Vide Viuald.in suplem. ad candelabr. ca,*14.*de laruar.vsu.& dicta supra v.habitus n.*6.*&* 8.

STVDENTES. STVDIVM.

1 STudiũ Sacrarum litterarum, Regularibus Choro destinatis est maxime necessarium. *D Thom.*2.2*q.*188.*art.*5.*& opusc.*19.*Rodriq.tom.*3.*q.* 64.*art.*4.*Armill.& Silu.v.Scientia.Angel.v. Magister. Graff.in append.ad suas dec.lib.*4.*cap.*4 *nu.* 15. Prodest enim summopere, tum ad contemplatiuam, tum ad actiuam vitam instituendam.

2 Superiores Religionum Mendicantium tenentur curare, vt eorum subditi, per studia litterarum, reddantur idonei ad audiendas confessiones, & concionandum. Sunt enim Mendicantes coadiutores Episcoporũ. *Bann.*2.2.*q.*33.*a.*3.*dub.*3.*Th.à Iesu super c. non dicatis.p.*4.*c.*1.*& Lez.to.*1.*cap.*18.*n.* 85. Tenentur

etiam instituere in studijs suorum Monasteriorum studia linguarum Hæbraicæ, Græcæ, & Latinæ. *Paul. V. in bulla, Apostolice seruitutis. anno* 1610. *& Sac. Cõg. de propagan. fide* 11. *April.* 1625. *apud Lezan. num.* 86. *& tom.* 5. *pag. mihi* 1027. *& deinceps.*

3 Aequum est vt Religiosis studientibus concedantur aliquæ exemptiones à communibus exercitijs, & ab aliquibus horis canonicis, exceptis diebus festis *Graff. loc. cit. n.* 18. *& colligitur. ex. decr. Clē. VIII.*

4 Religiosus Clericus habens actiuitatem ad studendum, & propter pigritiam id contemnēs, peccat mortaliter, cum abutatur talento sibi credito. *Peyr. de Prel. q.* 2 *c.* 2. *& de subd. quæst.* 1. *cap.* 30. *Sebast. Medic. in sum peccat. c.* 39. *n.* 75. *Nauar. in sum. c.* 25. *n.* 59. *& Alb. Trot., de perf. Cler lib.* 2. *p. p. requis.* 18. *n.* 97.

5 Regulares, qui studiorum causa ad Vniuersitates mittuntur, in Conuentib. tantū habitent, alioquin ab Ordinarijs contra eos procedatur. *Trid. sess.* 25. *c.* 4

6 Religiosi professi excommunicantur, excommunicatione tamen nulli reseruata, accedentes ad quæuis studia, non prius obtenta licentia à suo Prælato cum consilio Conuentus, vel maioris partis illius, *c.* 2. *ne Clerici, vel Monachi in* 6. Et hoc etiam si studia sint permissa. *Silu. v. excommun.* 9.

Limita Primò si Religiosus vadat sine licentia ad alium Conuentum suæ Religionis propter studia, quæ ibi sunt. *Caietan. in sum. v. Excommun c.* 61. *& Bonacin. tract. de clausura. quæst.* 2. *punct.* 6. §. 5.

Limita secundò, sit vadat ad studia extra claustra Religionis, mansurus tamen in Conuentu illius Ciui-

tatis

tatis, vel oppidi, vbi sunt dicta studia. *Suar. tom. 5. in 3. p. disp. 23. sect. 4. Bonac. ib. & Lez. tom. 1. c. 9. n. 2.*

7 Religiosi exeuntes de Claustris ad studia Medicinæ, vel Legum, nisi intra duorum mensium spatium redierint, sunt excommunicati, & reuersi ad Conuentum in Choro, Mensa, Capitulo, &c. debent esse vltimi. *cap. fin. ne Clerici, vel Monachi. Bonac. punc. 7.* Quæ excommunicatio extenditur ad Magistros, qui Religiosos, habitu suo dimisso, Leges, vel Physicā audientes, scienter docere, aut in scholis suis retinere præsumpserint. *cap. 2. ne Clerici, vel Monachi in 6. Caiet. loc. cit. Bonac. punct. 8. & Sanch. 6. in decal. c. 8. n. 89.*

8 Religiosi habentes priuatim in Cellis lectores legum, vel studentes legibus, in quantum conducunt ad intelligentiam Canonum, non incurrunt prædictā excommunicationem. *Tolet. in sum. lib. 1. cap. 37. & Dian. tr. 2. de dub. Regul. resol. 79.*

9 Potest Monachus obligare Monasterium pro expensis factis in studio, ad quod se contulit de licentia Abbatis. *Gratian. discept. for. c. 166. n. 7. citans gl. in c. non dicatis ver. possidere in princ. 12. quæst. 1.* Nam Abbas dando prædictam licentiam videtur, & concedere ea omnia sine quibus Monach. non potest à Monast. abesse.

Amplia ad expensas Doctoratus, *Gratian ibid. n. 8. citans Calder. cons. 2. de magistr. Anchar. consil. 441. & Felin. in c. ex parte 11. col. penult. in fin.* Cum enim Doctoratus cedat in vtilitatem monasterij, non est cur hoc non sentiat expensas illius.

1 NOn poteſt præſcribere obediētiam contra Prælatum. *cap. cum non liceat de præſcript.* nimirum ob reſiſtentiam iuris, quæ impedit curſum pręſcriptionis.

2 Quando dubitat an præceptum Prælati ſit contra Deum, ei debet obedire. *Can. nerui diſt.* 13.

3 Subditi debent obedire Prælato pendente etiam accuſatione, vel denunciatione ab eis facta contra ipſum Prelatum. *c. olim 26. de accuſat.*

4 Per ſubditorum culpam probatur negligentia Prælati. *Can. inferiorum, & ibi gl. 1. diſt. 85.*

Reliqua in v Obedientia. Superior.

SVFFRAGIVM.

1 SVffragio ſuo poteſt vnuſquiſque licitè renūciare, vel non eundo ad Capitulum, vel ſchedulam albam mittendo in vas, vel clara voce renunciando, *c. cum nobis, ca. quod ſicut, & c. quia propter de elec. & c. vbi periculum, §. 1. verſ. ſanè eod. in 6.* Poteſt enim vnuſquiſque cedere iuri ſuo. *Hoſtien. in ſum. tit. de elect. num. 11. Lap. alleg. 131. n. 4. Silu. v. electio. 2. qu. 5. n. 3. & 5. & Rodriq. in ſum. tit. de elect. c. 102. num. 7. & tom. 2. quæſt. 11. art. 13.*

Limita niſi agatur de publica auctoritate, & prędicta renunciatio ſit in preiudicium communitatis. Tunc enim renuncians grauiter peccaret, *Graff. lib. 2. deciſ. capit. 127. num. 18. Rebell. p. p. de oblig. iuſt. lib. 3. qu. 7.*

quæſt.7.num.9.& 10.*& Valer.v.Suffragium.diff.*1.

2 Qui ſuum ſuffragium denegauit tenetur ſubſcribere,quod maior pars ſubſcripſit. Quod enim à maiori parte decernitur,cenſetur de iure factum ab omnibus, *gl.maiorem in c.ſcriptum* 40. *de elect.Valer.loc. cit.diff.*2.

Limita niſi contradictorũ interſit,vt de eorũ diſſenſione cõſtet.*Valer.ibid.*In foro verò interiori,ſeu animæ,nõ teneturquis ſubſcribere,quod cõtradixit:vnde niſi à Cap.requir.vt ſubſcribat,nõ tenetur ſe offerre: imò poteſt ſe ſubtrahere, ſi occaſio ſe ferat. *Valer.ib.*

3 Denegans ſuum ſuffragium Nouitio idoneo, peccat grauiter. *Cordub.in regul. D.Franc.c.*2.*qu.*1.*& Lezan.in ſum.tom.*1.*c.*24.*n.*28.

4 Suffragiorum pro curatio ſiue directa ſiue indirecta, prohibita eſt Regularibus ſub pœna priuationis officiorum, quæ obtinent,inhabilitatis ad futura quæcumque;ſuper quo,cum eis diſpenſari non poſſit niſi à Papa. *Clem.VIII.in decr.pro reform.Regul.confirmatis ab Vrb.VIII.* Quas pœnas incurrunt complices,ac ſimpliciter ſcientes, & non reuelantes.

Vide 2.*Electio,Elector. Vox.*

SVPERFLVVM.

1 SVperflua prohibita ſunt Religioſis, quibus ratione voti paupertatis ſolum permittuntur ea ſine quibus vita tranſigi non poteſt.*Silu.v.Religio.*6.*q.*7.*& Valent.to.*3.*diſp.*10.*q.*4.Peccantq; mortaliter Prælati illa concedendo. *Nauar.com.*2.*de Regul.num.*21.*Thom.à Ieſu ſuper c.non dicatis, p.*4.*c.*7.*& Barth.à S.Fauſt.in opuſc.de vit.propriet.*

2 Superflua sũt, v.g. picturæ sũptuoſę, tapetes mundani, ſpecula inaurata, & raritates indicæ, horologia, ſtatuæ, monilia, & huiuſmodi. *Lancill.ignom.vit.Relig.li.2.ſec.3.art.*5. Item arma, veſtes pretioſæ, aut curioſæ, & ſimilia. *Hieron.Grat.diſcipl.reg.p.2.c.8.§.3.*

3 Superfluitatis culpa liberatus habens redditus etiam ampliſſimos, vel quod ratione dignitatis perſonæ, pluribus eget, quam alij, vel quando regula poteſt dici laxata, & paupertas eo modo intellecta, præualuitque conſuetudo, vel quia pars illorum redditũum expenditur in bonũ Conuentus, vel alias pias operas, vel tandem quia Religioſus, ille, multa ſua induſtria ſibi comparauit. *Sanch.7.in decal.c.*19.*n.*17.*& Peyr.de ſubd.q.2.c.2.*§.1.

4 Relig. Superiorum arbitrio, & præfinitioni ſtare debent, quoad mobilium ſuperfluitatem, vel conuenientiam: niſi de exceſſu arbitrij conſtiterit, habita videlicet ratione perſonæ, & officij, & regularis ſtatus. *Sanch.& Peyr.ib.Nald.v.Relig.n.3.& Quarant.v. Caſus.*

Reliqua in v. Dominium. Paupertas Peculium.

S V P E R I O R.

1 IN corrigendis ſubditorum exceſſibus potius debet ſeruare miſericordiam, quam rigorem. *Can.licet plerumque dist.*45.

2 Superiores non debent eſſe nimis familiares inferioribus; nam ex conuerſatione æquali naſcitur contemptus dignitatis. *gl.2.in can.nullam* 17.*q.*2.

3 Superiorem poteſt quiſque corrigere occultè, ſed non manifeſtè, *c.cum ex iniuncto.*12. *de hæret.*

Cir-

4 Circa punitionem suorum subditorum, non sufficit vt sentētiam, aut acta ad Episcoporum transmittat sed debet de punitione ipsa, seu sententię executione eum facere certiorem. *Sacr. Congreg. 19. Septemb. 1625. apud Barbos. in collect. Bull. v. Super. Regul.* Debet autem hęc certioratio fieri non verbo, sed scripto. *Sacr. Congregat. 14. Decembr. 1630. apud eundem Barb. ibid. Vide Peyrin. in form. lit. P. cap. 7.* vbi ponit formam dictæ certiorationis.

SVRREPTIO.

1 SVrreptio dicitur fieri quando exprimitur vna causa pro alia. *c. ex parte de off. Ordin.*

2 Surreptitiæ literæ ipso iure non valent. *gl. fin. in c. fin. de fil. præsbyt.*

3 Surreptitia gratia non dicitur, licet non omnia exprimantur, dum tamen exprimantur ea, quæ si nō exprimerentur, non concederetur, aut cùm maiori difficultate. *c. constitutus, de relig. dom. in 6.*

4 Per surreptionis astutiam ascendere ad apicem dignitatis est perniciosa res exemplo. *cap. cum dilectus 32. de elect.*

5 Subreptio distinguitur ab Obreptione, licet in effectu conueniant: nam vtraque vitiat differunt tamen in causa, quia subreptio fit per expressionem falsi: & obreptio fit per taciturnitatem veri. *DD. in c. Super litteris. de rescript. vbi Barb. n. 1. & seqq. & Menoch. de arbit. cas. 201. num. 61.*

SVSPENSIO.

1 PRælati Regulares possunt suos subditos suspendere. *Suar. tom. 4. de Relig. trac. 8. lib. 2.*

cap.9.n.6. Lezan.tom.1.cap.18.n.22. Silu.v.ſuſpenſio, q.2. Angel.eod.2.§.3. Bayus in theat.ſcient.theol.lib.2.c. 102. Mirand.to.2.man.q.36.art.4.concl.1. Nau.in man. c.27.n.59. Tabien.v.ſuſpenſio n.7. & Filliuc.tom.1.tr. 11.c.2.n.33. Si enim poſſunt excommunicare, multo magis ſuſpendere. *Vide Peyr.de Præl.q.2.c.5.§.1.*

Limita niſi ipſi Prælati ſint publicè ſuſpenſi. *Cornex.to.2.in 3.par.tr.5.diſp.2.dub.4.*

2 Apud Regulares ſuſpenſio à beneficio priuat adminiſtratione bonorum temporalium,& prouiſionibus, quæ debentur Prelato aliquo iuſto titulo. *Filliuc.loc.cit.n.45. Suar.de cenſ.diſp.27.ſect.1.n.31. Tolet. in ſum.lib.1.c.45.n.9.& Peyr.n.28.*

3 Suſpenſus, ſiue ab ordine ſolum, ſiue à ſola iuriſdictione tam temporali, quam ſpirituali, ſiue ab vtriſque, ſi eligatur ad aliquam dignitatem, electio eſt ipſo iure nulla. *Filliuc.tr.17.c.2.n.16.& tr.41.c.5.n.15. tom.3. Pariſ.de reſign.lib.4.qu.3.à n.59. & lib.5.qu.6.à n.82. Petr.Greg.de elec.c.9.n.20.& Lambert.de iur.patron.lib.2.p.p.q.9.art.2.& q.2.art.3.*

4 Suſpenſi ab officio non poſſunt eſſe electores, *c. cum dilectus de conſuetud. Lezan.tom.1.c.15.n.15.* qui tamen *tom.2.c.11.n.16.* docet declaratum eſſe à Sac. Cong. pro Minimis, Regularem ſuſpenſum à diuinis, poſſe eligere, citatque. *Barb.in collect.bul.v.Suſpenſus.*

5 A ſuſpenſione, quam incurrunt Regulares ſuſpiciendo Ordines illegitimè,& ante ętatem, poſſunt abſolui in foro conſcientiæ à ſuis Prælatis, Generalibus ſcilicet, vel Prouincialibus reſpectiuè. *Peyr.tom. 2.priuil.in conſt.1. Iulij II.§.16.à nu.31. Dian.tract.3.*

reſol.

*resol.*85. *& Lezan.tom.*1.*cap.*14.*nu.*21.*& c.*18.*n.*36.

Limita nisi dicta suspensio sit deducta ad forum exterius, quia tunc stylus curię est, vt petatur dispensatio à Papa, vel per Datarium. *Lez.dic.c.*4.

6 Suspensio lata simpliciter, & absolutè in Capitulum, si nihil aliud exprimat, neq; ex adiunctis colligatur, non extenditur distributiuè ad singulas personas, vt priuatæ personę sunt; quia Capitulum significat collectionem personarum, vt dictum est *v. Capitulum n.*1.*Cornex.tract.*5.*de susp.d.*3.*dub.*1.2.*&* 3.*& Laym.lib.*1.*tr.*5.*p.*3.*c.*2.*n.*3.

SINDICVS.

1 Syndicus, Actor, vel Procurator, licet sint diuersa nomina, idem tamen est eorum omnium officium, *gl.defensoribus in c.*1.*de iuram.calumn. Vide Rodriq.tom.*3.*q.*40.*art.*1.

2 Syndicum, quod habeat Monasterium, debet prouidere Superior Ordinarius, *c.*1.*de Sindico.*

3 Syndicus olim non poterat esse Monachus; hodiè contrarium seruatur. *Ibid.& ibi gl.generaliter.*

4 Constituitur ab Vniuersitate, seu Collegio, vel corpore collegialiter, & non à singulis. *Ibid.*

5 Syndici Monialiũ S. Clarę, & tertij Ordinis Fratrum, & Sororum S. Francisci, gaudent ijsdem priuilegijs, gratijs, fauoribus, concessionibus, indultis spiritualib. & temporalibus, Procuratoribus, & Syndicis Fratrum Minorum, & Prædicatorum concessis, & cõcedendis. *Casarub.in comp.priu.v. Procur.Fratr.n.*10. *& v.communicatio priuil.n.*2.*Vide v.Procurator.*

TABELLIO.

1 Religiosus non potest exercere munus Tabellionis. *cap. sicut ad Clerici, vel Monachi, & c. Inquisitionis, § verum quia, vers. ad conscribendas de hæret. in 6.*

Limita nisi tractetur de causis fidei, iuxta dicta v. Notarius.

2 Qui in seculo erat Tabellio potest post professionem signare instrumenta quæ in seculo fecerat; hoc enim nõ est exercere de nouo munus Tabellionis, sed supplere defectus factos alio tempore. *Nauar. com. 2. de Regul. num. 42. & Rodriq. q. to. 3. qu. 8. art. vlt. Vide v. Notarius num. 2.*

TACITVRNITAS.

1 Taciturnitas Prælati circa correctionem subditorum, inducit mortem in animabus ipsorum. *can. Ephesijs, dist. 43.*

2 Taciturnitas in appetibilibus habetur pro consensu: sed in odiosis habetur pro dissensu. *gl. voluerit. in extrau. suscepti. ne Sede vacante inter com. & c. nonnè de præsumption.*

TERRITORIVM.

1 Territorium Prælatorum Regularium erga suos subditos est totus Mundus, quia eorum iurisdictio non respicit locum, sed personam; Vnde contra eos possunt vbique procedere. *Vgolin. c. 27. tab. 1. §. 1. n. 6.* vbi ait id non valere in Prælato habente iurisdictionem cum territorio.

1 TErtiariæ non veſtiantur habitu Ordinis, ſine licentia Epiſcopi, qui eas probet; ſint ſaltem quadragenariȩ: de ſuo poſſint ali, & cum Affinibus in primo tantum gradu cohabitent. *Sac.Congregat.20.Decembris 1616.*

2 Tertiariȩ non viuentes ſimul ſunt ſubiectæ Ordinario. *Sac.Congreg. vt ſuprà, & 20.Martij* 1584. Si tamen expreſſo voto caſtitatis, & cum habitu Tertiariorum viuunt, licet domi ſuæ habitent, exemptæ ſunt ab Ordinario quoad ſepulturam, & alia priuilegia. *Sac.Congregat.1616. vide Caſar. in compend.priuil. v.Mulieres, num.6. & 7.*

3 Mulieres collegialiter viuentes, & ſub decenti habitu Regularium, gaudēt priuilegijs Fratrum, quorum tertiæ Regulæ habitum geſtant. *Leo X.1516.& 1518.*

4 Non poſſunt Regulares audire confeſſiones Tertiariarum, niſi fuerint ab Ordinario approbati, neque illas communicare in Paſchatæ. *S.Congr.apud Gauant.in Man.v.Regul.iur.circa Tertiar. num.1.*

5 Poſſunt Tertiariȩ compelli ab Ordinario ad deponendum velum ſupra caput, quod ſuperiectum vocant, pectorale, ideſt *ſottogola*, & ſcapulare. *Sac. Congreg.20.Decemb.1616.*

TERTIARII.

1 TErtiarij ſic dicuntur, vel quia ſunt tertium, ſeu medium quid inter Religioſos, & Laicos, ſeu ſeculares: vel quia triplex eſt genus perſonarum,

rum, quæ regulam religiosam profitentur, scilicet, Fratrum Religiosorum, Sororum Monialium, & Laicorum secularium. *Clem.3.de sent.excomm. Lezan.to. 1.cap.2.num.22.*

2 Possunt Religiosi, præsertim Mendicantes dare habitũ suæ Religionis, prædictis secularibus vtriusq; sexus vocatis Tertiarijs. *Lez.ib.vbi plura ad intentum.*

3 Non sunt dicendi propriè Religiosi, cum non promittant tria vota substãtialia Religionis, sed duo tantum, idest Castitatem, & Obedientiam. *Lezan.ib. & Rodriqu.tom.3.q 72.art.3.* Qui verò prædicta tria vota, sub Prælatorum regimine promittunt, veri Religiosi dicuntur. *Rodriq.ibid.art.1.& 2.& Casarub.in comp.v.Tertiarij Fratres,n.7.&24.*

4 Tertiarij, Mantellati, Corrigiati, Cordellati, & alij in domibus proprijs habitantes, Communionem in Paschatæ, Extremam Vnctionem, & alia Sacramenta (excepto pœnitentiæ) à proprio Parocho recipiant. *Leo X. anno 1516.*

5 Habitantes in domibus proprijs, subditi sunt foro seculari. *Sac.Cong.17.Maij 1583.* Secus verò si collegialiter viuant, aut cum Claustralibus commorentur. *Lezan.tom.2.cap 14.num.35.*

6 Qui item collegialiter viuunt, aut cum Claustralibus habitant, exempti sunt ab Ordinario, quo ad sepulturam, & alia priuilegia. *Sac.Cong.1619.* imò posse Regulares sepelire in eorum Ecclesijs prædictos Tertiarios, absq; interuentu Parochi, docet *Barbos.in collect.bull.v.Regul.quoad sepult.8.*

TE-

1 TEstamentorum solemnitas non requiratur in his, quæ Religiosis relinquuntur, *gl. in c. 2. de consuetud.*

2 Testamentum à Nouitio factum censetur confirmari professione, sicut fuisse confirmatum morte, vnde post professionem amplius reuocari non potest. *Silu. v. Religio. 6. quæst. 4. Tabien. eod. quæst. 40. Nauarr. com. 2. de Regul. n. 53. Gutier. lib. 2. can. qq. cap. 1. à num. 27. Molin. to. 1 de iust. disp. 140. col. 2. Rodriq tom. 3. qu. 16. art. 3. & q. 69. art. 3. Azor. to. 1. lib. 2. c. 6. q. 5. & Monet. de commut. vlt. volunt. c. 5. q. 1. n. 13.*

3 Religiosus professus non potest testari, sique testetur, testamentum est nullum, *Auth. ingressi. C. de Sacros. Eccl. cap. quia ingredientibus 19. q. 3. & cap. 2. de testam. Nauar. com. 2. de Regul. n. 22. Sanch. 7. in decal. c. 8. à n. 1. & Rodriq. de spol. Eccl. q 3. n. 17. & 18.*

Limita nisi testamentum fuerit factum de licentia Papæ. *Graff. p. p. decis. lib. 3. cap. 5. num. 57. & Lessi. 2. de iust. cap. 41. dub. 8. num. 73.*

4 Potest quidem professus testamentum suum iam factum, si sit dubium declarare; Qui enim declarat, nihil de nouo addit. *A. Gabr. commun. opin. lib. 6. tit. de reg. iur. concl. 3. num. 1. Reginald. in prax. li. 18. nu. 397. & Sanc. 7. in decal. c. 11. n. 16.*

5 Potest Religiosus facere schedulam, qua roget Prælatum, vt det alicui aliquid eorum, quæ habet ad vsum. *Nauar. ibid. Graff. ibid. num. 58. & Laym. lib. 3. tr. 5. cap. 1. num. 4.*

6 Testandi facultas siuè iure, siuè consuetudine, concessa est Religiosis Ordinum Militarium, & frequenter à Papa conceditur alijs Religiosis, si extra claustrum, Ecclesiasticum beneficium, pręsertim Episcopatum, vel Cardinalatum obtineant: vel si, alia occasione, extra claustrum viuant, & bonis sua industria comparatis alantur. *Laym. ibid. n. 5. citans Molin. tom. 1. tr. 2. disp. 141. & Sanch. lib. 7. mor. c. 8. n. 60.*

7 Nullus Religiosus potest esse exequutor testamẽtarius, siuè ad causas prophanas, siuè ad pias, absque licentia sui Superioris. *c. 2. de testam. in 6.* Sufficit verò licentia Superioris tacita. *Ricard. in 4. dist. 45. art. 5. q. 1. Silu. v. testa. 2. q. 2. & Sanch. 6. in decal. c. 11. n. 11.* Sed Fratres Minores de obseruantia, etiam cum Superioris licentia, nõ possunt esse executores. *Clem. exiuit. §. proinde cum vir Sanct. Rodriq. tom. 3. quæst. 70. art. 2.*

8 Religiosi testamentorum executores, tenentur reddere rationem Episcopo suarum exequutionum. *Trid. sess. 22. ca. 8.* Siq; negligentes fuerint potest eos Episcopus punire. *Barbos. alleg. 82. num. 34.*

9 Licentia testandi absolutè concessa Religioso à Papa, intelligitur ad vsus pios. *Sanc. in decal. c. 8. n. 51. cum Mol. 1. de iust. disp. 141. & tom. 3. disp. 604. num. 5. Azor. to. 1. li. 12 c. 9. q. vlt. & Less. 2. de iust. c. 19. dub. 40. n. 40.* Dicta enim licentia intelligenda est, vt alioqui cum iure communi conueniat: nec Pont. generaliter aliquid concedens, censetur iuri communi derogare. *Sanch. ibid.*

Amplia ad vsus honestos, licet non pios. *ibid. n. 53.*

10 Probabilius est prædictam licentiam testandi superuenientem efficere valere prius testamentum à Monacho, absque illa confectum. *Sanch.ib.n.*60. Nã testamentum est quid successiuum, & deambulatorium vsque ad mortem, nec censetur perfectè factum vsque tunc ideoque sufficit ad eius valorem, vt habilitas testandi adsit tempore mortis. Contrarium tamen docet *Mandos.reg.*18.*cancell.quæst.*12.*art.*18.

TESTIS.

1 TEstimonium Religiosi non potest exigi a Iudice Seculari, nisi huic ipse Religiosus se subiiciat: ad quod est necessaria licentia Superioris. *Angel.v.Testis,n.*3. *& Sanch.*6.*in decal.c.*13.*n.*103. Si tamen testificetur sine prædicta licentia, valebit testimonium. *Molin.to.*1.*de iust.disp.*127.*& Spath.de mo.cor.trac.*7.*n.*5. Peccabit tamen grauissimè. *ibid.*

2 Religiosus potest esse testis tam iudicialis, quã cuiuscumque instrumenti. *Silu.v.testament.*1.*quæst* 5. *Molin.ibid.§.vtrum autem*, *& Farinac.trac.de testam. quæst.*61.*num.*126.

3 Regulares non possunt compelli ad testimonium ferendum in causis ciuilibus, nisi quando veritas aliter haberi non potest. *c.cum super*, *& c.delictorum de test.cog.Rodriqu.to.*2.*q.*10.*art.*2. *& Peyr.to.*1.*priuil. in constit.*2.*Iulij* I I.*n.*147. In causa autem Sanguinis (intellige pro liberatione, non pro condemnatione) cogi possunt ad testimonium ferendum. *ibid.*

4 In causis tam ciuilibus, quam criminalibus sui

Mo-

11 Ad condemnandos Prelatos Prouinciales, vel maiores, saltem quatuor testes omni exceptione maiores requiruntur. *Spath.tr.7. cap.12.num.5.*

12 Professis cuiuscumque etatis possunt in causis Regularium esse testes. *Spath.cap.4. num.4.*

13 Possunt prædicti testes compelli ad testificandum in virtute S. Obedientiæ, & Spiritus Sancti, & sub excommunicationis latæ sententiæ pœna,& alijs ad arbitrium Prelatorum. *ibid.n.6.*

14 Ex indulto Bonifacij VIII. possunt Prelati admittere in iudicio omnes testes inhabiles, *ibid. n.17.* Quod tamen limitat postea,*num.18.*

15 Fratres omnes, vel Monachi eiusdem Conuentus; quantumcunq; amici, sunt idonei testes ad probandum, tam pro reo, quam contra in causis criminalibus, dummodo non obstent aliæ exceptiones. *Spath tr.7.c.1.vbi refert priuil.Summ.Pont.*

Fallit in amicitia, & familiaritate valdè coniunctis; in quo standum est Prælati iudicio, *ibid.c.4.n.6.*

16 Inimici super reconciliati repelluntur à testimonio ferendo; nisi deinde longo tempore amicitia fuerit confirmata, & obliterata inimicitiarum vestigia,*cap.accusatores,& ibi gl.1.3 q.5.* Inimici enim, & inimicorum amici consueuerunt infamare eorum inimicos,*c.repellantur,& ibi gl.1.de accusat.*

17 Nomina testium danda sunt reo ad se defendendum; Sic enim tollitur locus malignitati, dum sciunt testes se esse reuelandos; ideòq; non ita de facili audent alios accusare,vel testificari, *Spath.tract. 9. cap.24. Ghisil. de iudic. Regular. capit. 11. Victorin.*

Auersan.de mo.proced.in caus.Regul.cap.7.num.8.
Reliqua in v.Iuramentum.

TONSVRA.

1 Tonsura, seu corona, ad varia significanda, inducta est ab Ecclesia: de quibus *Daniel Mallonius in elucidationibus Sac.Sindon.c.14. pag.158.* vbi citat *Gulielm. Durant.in rat.diu.offic.lib.2.cap.1.& alios Doctores.*

2 Tenentur Regulares deferre tonsuram, non iure communi inducente Regularib. talem obligationem, sed speciali iure Religionum, & consuetudine inter Religiosos communiter inducta. *Pelizar.in man. regul.to.1.tr.5.c.7.sect.2.n.48.*

3 Prædicta obligatio est sub mortali: vnde mortaliter peccant Religiosi, qui per notabile tempus, sine iusta causa, tonsuram non deferunt. *Pellizar.ibid.nu. 50.& 51.* In materia enim graui violant leges, & consuetudines Religionum. Vide *Suar.7.de legib.c.15.nu. 15.& Bonac.de sacr.ord.disp.8.q.vnic.punct.vlt.prop.1.* Excusarem tamen cum *Pellizar.n.52.* Regulares Laicos non deferentes tonsuram, tum quia hæc in genere tonsuræ est imperfectissima: tũ quia non adferunt tantam indecentiam Religioso statui, quantã Regulares Choro addicti, qui continuo diuinis deseruiunt.

4 Eiecti non tenentur deferre tonsuram, quia non sunt amplius Choro addicti: *Pellizar. num.62.* Nisi tamen sint in sacris, quia tunc ratione ordinis sacri tenentur, *cap.penult. de vit. & honest.cleric. cap.quo-*

niam

niam. eod tit. & cap. Ioannes. De Cleric. coniug.

Amplia ad dānatos ad triremes, qui imò nec possunt tonsuram deferre, cum in pœnam suorum delictorum sint priuati habitu Religioso, & consequenter etiam tonsura *Lez.an.to.1.c.23.nu.17.*

TORTVRA.

1 POssunt Prælati Regulares, subditum non plenè conuictum, & negantem delictum, cogere etiam per torturam, vt illud fateatur. *D.Anton.3.p.tit.9.c.7.§ 8. Silu.v.inquisitio.2.dic.9. Spath.tr.9.c.19.& Lezan.tom.1.c.18.n.17.*

Fallit si delictum, aliter quam per torturā probari potest; Est enim hæc in defectū probationū introducta. *Spath.c 20.cit Boer.decis.163.n.1. Abb.& Marsil.*

2 Inter Regulares non est deueniendum ad torturam, nisi adhibitis grauibus, aliàs expertis, & doctis Patribus, qui maturè deliberent, an indicia, quæ habentur, sufficiant ad torturam, nec ne. *Spath.cap.21. vbi, ad intentum plures affert regulas.*

3 Ministri Seculares, nisi magna vrgeat necessitas non sunt adhibendi ad torquendos Religiosos; Et tunc quidem intra conuentum ipsum, vt in carceribus, vel alio loco commodiori. *Spath.c.22.*

4 Cæteris parib⁹ mitius torqueri debent Religiosi, sicut & Clerici, quam Laici. *Abb.in c.1 extra.de posit. Card.ib.Boss.tit.de iud.n.103.& Diaz.in prac.cr.n.117.*

5 Iudices Regulares tenentur dare reo ante torturam, copiā indiciorū, siuè eam reus petat, siuè nō, cū termino ad se defendendū. *Spath.c.24.citans Bart.*

in l.vnius.§.sui.ff de quæst.Anton.Gomez de delict.cap. 13.*n.*21.*& Carer.in pract.§.circa secundum.q.*12.Aliàs dictũ rei esset inualidũ.*Spath.c.*25.*n.*5. vbi addit hoc esse essentiale in iudicio. *c.qualiter,& quãdo de accus.*

TRANSITVS.

1 LEgitima causa subsistente licitus est transitus, ex vna, ad aliã Religionem.*c.statuimus.& c.mandamus.*19.*q.*3. *Sanch.*6 *in decal.c.*7.*n.*2. *&* 3. *Suar to.*4. *de Relig lib.*3.*c.*9. *& Nauar.lib.*3.*cons. tit.de Regul.cons.*88.

2 Vt transitus sit licitus debet fieri studio perfectioris vitę,& sine detrimento Religionis,à qua receditur.*c licet.de Regul.D.Anton.*3.*p.tit* 1.*c.*4.*Silu.v. Relig.*4.*q.*1. Si tamen secus fiat, transitus tenet. *Lezan. tom.*1.*cap* 22.*num.*7.

3 Nullus est transitus, si fiat ad Relig.non perfectiorẽ.*c.licet.cit.Sanch.ib.n.*21.*&* 93.*& Lez.ibid.*Illa verò dicitur perfectior Religio,vel quæ durior, & asperior est,vel quę habet perfectiorẽ finẽ,& media ad illum proportionata; in quo non tam attendenda est prima Religionis institutio, quam præsens obseruãtia,& modus,quo in illa Religione viuitur.*Azor.lib.* 12 *instit.c.*14.*q.*3.*&* 8.*Less. de iust.lib.*2.*c.*41.*dub.*13.

4 Subditus, licet teneatur petere licentiam, cum ad strictiorem Religionem transit: Si tamen, non petita licentia transierit,non est reuocandus.*gl.licentiã in c.licet.*18.*de Regul.Rodriq.to.*3.*q.*52 *a.*3.

5 Licentia transeundi ad Religionem æquè strictam,& perfectam,debet obtineri à Papa. *Azor.q.*9. *Silu.*

Silu. v. Religio 4. quæst. 2. & Lezan num. 8.

Limita primò in Religiosis Ordinis Clericorum Regularium, qui de licentia sui Generalis possunt ingredi quamcumque Religionem, etiam laxiorem. *Duard. in bull. cœnæ lib 2. pag 101. n. 38.*

Limita secundò in casu, quo adesset legitima causa talis transitus: tunc enim Prælatus Pontifice inferior posset dare huiusmodi licentiam. *Rodriq. to. 3. q. 52. a. 9. Less. 2. de iust. c. 41. dub. 13. Suar. to. 4. de Relig. lib. 3 cap 11. nu. 2. & Lezan. n 9.*

6 Prælati, qui prædictam licentiam debent concedere, sunt Generales, & non alij *Rodr. to. 2. sum c. 6. n. 8. & Sanch. 6. in decal c 7. n. 63. At Lezan. n. 10.* existimat sufficere licentiam Prælati immediati, citatq; *Nauar. com 4. de Regul n. 10.*

7 Transitus ad Religionem laxiorem, sine causa vrgente, nec à Summo Pontifice concedi potest, saltem quo ad forum interius conscientiæ. *Nauar lib. 3. cons. tit. de Regul. cons. 56. vel 88. & com. 4. de Regul. num. 10. & Less. loc. cit.*

8 Qui, illegitimè, idest sine causa, aut sine licentia, vel contra iuris prohibitionem, transit ad aliam Relig. non est Apostata, sed fugitiuus. *Lez. n. 22. citās Less. loc. cit. & Azor. lib. 12. institut. cap. 17. q. 7.*

9 Causæ legitimæ in genere transeundi ad aliam Religionem, hæ solent esse: Infirma valetudo: Fragilis corporis natura, quæ Religionis austeritates ferre nequeat: Esse vtilem in vna Religione, & in alia onerosum: Magna necessitas Parentum, quibus in vna Religone subueniri potest, & non in alia: Si Reli-

TABELLIO.

1 Religiosus non potest exercere munus Tabellionis. *cap. sicut ad Clerici, vel Monachi, & c. Inquisitionis, § verum quia, vers. ad conscribendas de hæret. in 6.*

Limita nisi tractetur de causis fidei, iuxta dicta v. Notarius.

2 Qui in seculo erat Tabellio potest post professionem signare instrumenta quæ in seculo fecerat; hoc enim nō est exercere de nouo munus Tabellionis, sed supplere defectus factos alio tempore. *Nauar. com. 2. de Regul. num. 42. & Rodriq. q. to. 3. qu. 8. art. vlt. Vide v. Notarius num. 2.*

TACITVRNITAS.

1 Taciturnitas Prælati circa correctionem subditorum, inducit mortem in animabus ipsorum. *can. Ephesijs, dist. 43.*

2 Taciturnitas in appetibilibus habetur pro consensu: sed in odiosis habetur pro dissensu. *gl. voluerit. in extrau. suscepti. ne Sede vacante inter com. & c. nonnè de præsumption.*

TERRITORIVM.

1 Territorium Prælatorum Regularium erga suos subditos est totus Mundus, quia eorum iurisdictio non respicit locum, sed personam; Vnde contra eos possunt vbique procedere. *Vgolin. c. 27. tab. 1. §. 1. n. 6.* vbi ait id non valere in Prælato habente iurisdictionem cum territorio.

TER-

1 Tertiariæ non veſtiantur habitu Ordinis, ſine licentia Epiſcopi, qui eas probet; ſint ſaltem quadragenariȩ: de ſuo poſſint ali, & cum Affinibus in primo tantum gradu cohabitent. *Sac. Congregat.* 20. *Decembris* 1616.

2 Tertiariȩ non viuentes ſimul ſunt ſubiectæ Ordinario. *Sac. Congreg. vt ſuprà, & 20. Martij* 1584. Si tamen expreſſo voto caſtitatis, & cum habitu Tertiariorum viuunt, licet domi ſuæ habitent, exemptæ ſunt ab Ordinario quoad ſepulturam; & alia priuilegia. *Sac. Congregat.* 1616. *vide Caſar. in compend. priuil. v. Mulieres, num. 6. & 7.*

3 Mulieres collegialiter viuentes, & ſub decenti habitu Regularium, gaudēt priuilegijs Fratrum, quorum tertiæ Regulæ habitum geſtant. *Leo X.* 1516. *&* 1518.

4 Non poſſunt Regulares audire confeſſiones Tertiariarum, niſi fuerint ab Ordinario approbati, neque illas communicare in Paſchate. *S. Congr. apud Gauant. in Man. v. Regul. iur. circa Tertiar. num.* 1.

5 Poſſunt Tertiarȩ compelli ab Ordinario ad deponendum velum ſupra caput, quod ſuperiectum vocant, pectorale, ideſt *ſottogola*, & ſcapulare. *Sac. Congreg.* 20. *Decemb.* 1616.

TERTIARII.

1 Tertiarij ſic dicuntur, vel quia ſunt tertium, ſeu medium quid inter Religioſos, & Laicos, ſeu ſeculares: vel quia triplex eſt genus perſona-

rum, quæ regulam religiosam profitentur, scilicet, Fratrum Religiosorum, Sororum Monialium, & Laicorum secularium. *Clem.3.de sent.excomm.Lezan.to.1.cap.2.num.22.*

2 Possunt Religiosi, præsertim Mendicantes dare habitũ suæ Religionis, prædictis secularibus vtriusq; sexus vocatis Tertiarijs. *Lez.ib.vbi plura ad intentum.*

3 Non sunt dicendi propriè Religiosi, cum non promittant tria vota substãtialia Religionis, sed duo tantum, idest Castitatem, & Obedientiam. *Lezan.ib. & Rodriqu.tom.3.q 72.art.3.* Qui verò prædicta tria vota, sub Prælatorum regimine promittunt, veri Religiosi dicuntur. *Rodriq.ibid.art.1.& 2.& Casarub.in comp.v.Tertiarij Fratres,n.7.& 24.*

4 Tertiarij, Mantellati, Corrigiati, Cordellati, & alij in domibus proprijs habitantes, Communionem in Paschatæ, Extremam Vnctionem, & alia Sacramenta (excepto pœnitentiæ) à proprio Parocho recipiant. *Leo X. anno* 1516.

5 Habitantes in domibus proprijs, subditi sunt foro seculari. *Sac.Cong.17.Maij* 1583. Secus verò si collegialiter viuant, aut cum Claustralibus commorentur. *Lezan.tom.2.cap.14.num.35.*

6 Qui item collegialiter viuunt, aut cum Claustralibus habitant, exempti sunt ab Ordinario; quo ad sepulturam, & alia priuilegia. *Sac.Cong.1619.* imò posse Regulares sepelire in eorum Ecclesijs prædictos Tertiarios, absq; interuentu Parochi, docet *Barbos.in collect.bull.v.Regul.quoad sepult.8.*

1 TEstamentorum solemnitas non requiratur in his, quæ Religiosis relinquuntur, *gl.in c.2.de consuetud.*

2 Testamentum à Nouitio factum censetur confirmari professione, sicut fuisse confirmatum morte, vnde post professionem amplius reuocari non potest. *Silu.v.Religio.6.quæst.4.Tabien.eod. quæst.*40. *Nauarr. com.2.de Regul.n.*53.*Gutier.lib.2. can.qq.cap.*1. *à num.* 27.*Molin.to.*1 *de iust.disp.*140.*col.*2. *Rodriq.tom.*3.*qu.* 16.*art.*3.*& q.*69.*art.*3.*Azor.to.*1.*lib.*2.*c.*6.*q.*5.*& Monet.de commut.vlt.volunt.c.*5.*q.* 1.*n.*13.

3 Religiosus professus non potest testari, sique testetur, testamentum est nullum, *Auth.ingressi.C.de Sacros.Eccl.cap.quia ingredientibus* 19.*q.*3.*& cap.*2.*de testam. Nauar.com.*2.*de Regul.n.*22.*Sanch.*7.*in decal.c.*8. *à n.*1.*& Rodriq.de spol.Eccl.q* 3.*n.*17.*&* 18.

Limita nisi testamentum fuerit factum de licentia Papæ. *Graff.p.p.decis.lib.*3.*cap.*5.*num.*57.*& Lessi.*2.*de iust.cap.*41.*dub.*8.*num.*73.

4 Potest quidem professus testamentum suum iam factum, si sit dubium declarare; Qui enim declarat, nihil de nouo addit. *A.Gabr.commun.opin.lib.*6.*tit.de reg.iur.concl.*3.*num.*1.*Reginald.in prax.li.*18.*nu.*397. *& Sanc.*7.*in decal.c.*11.*n.*16.

5 Potest Religiosus facere schedulam, qua roget Prælatum, vt det alicui aliquid eorum, quæ habet ad vsum. *Nauar.ibid.Graff.ibid.num.*58. *& Laym lib.*3.*tr.* 5.*cap.*1.*num.*4.

6 Te-

6 Testandi facultas siuè iure, siuè consuetudine, concessa est Religiosis Ordinum Militarium, & frequenter à Papa conceditur alijs Religiosis, si extra claustrum, Ecclesiasticum beneficium, prçsertim Episcopatum, vel Cardinalatum obtineant: vel si, alia occasione, extra claustrum viuant, & bonis sua industria comparatis alantur. *Laym. ibid. n. 5. citans Molin. tom. 1. tr. 2. disp. 141. & Sanch. lib. 7. mor. c. 8. n. 60.*

7 Nullus Religiosus potest esse exequutor testamẽtarius, siuè ad causas prophanas, siuè ad pias, absque licentia sui Superioris. *c. 2. de testam. in 6.* Sufficit verò licentia Superioris tacita. *Ricard. in 4. dist. 45. art. 5. q. 1. Silu. v. testa. 2. q. 2. & Sanch. 6. in decal. c. 11. n. 11.* Sed Fratres Minores de obseruantia, etiam cum Superioris licentia, nõ possunt esse executores. *Clem. exiuit. §. proinde cum vir Sanct. Rodriq. tom. 3. quæst. 70. art. 2.*

8 Religiosi testamentorum executores, tenentur reddere rationem Episcopo suarum exequutionum. *Trid. sess. 22. ca. 8.* Siq; negligentes fuerint potest eos Episcopus punire. *Barbos. alleg. 82. num. 34.*

9 Licentia testandi absolutè concessa Religioso à Papa, intelligitur ad vsus pios. *Sanc. in decal. c. 8. n. 51. cum Mol. 1. de iust. disp. 141. & tom. 3. disp. 604. num. 5. Azor. to. 1. li. 12. c. 9. q. vlt. & Less. 2. de iust. c. 19. dub. 40. n. 40.* Dicta enim licentia intelligenda est, vt alioqui cum iure communi conueniat: nec Pont. generaliter aliquid concedens, censetur iuri communi derogare. *Sanch. ibid.*

Amplia ad vsus honestos, licet non pios. *ibid. n. 53.*

10 Pro-

10 Probabilius est prædictam licentiam testandi superuenientem efficere valere prius testamentum à Monacho, absque illa confectum. *Sanch.ib.n.*60. Nã testamentum est quid successiuum, & deambulatorium vsque ad mortem, nec censetur perfectè factum vsque tunc ideoque sufficit ad eius valorem, vt habilitas testandi adsit tempore mortis. Contrarium tamen docet *Mandos.reg.*18.*cancell.quest.*12.*art.*18.

T E S T I S.

1 TEstimonium Religiosi non potest exigi a Iudice Seculari, nisi huic ipse Religiosus se subiiciat: ad quod est necessaria licentia Superioris. *Angel.v.Testis,n.*3. *& Sanch.*6.*in decal.c.*13. *n.*103. Si tamen testificetur sine prædicta licentia, valebit testimonium. *Molin.to.*1.*de iust.disp.*127.*& Spath.de mo.cor.trac.*7.*n.*5. Peccabit tamen grauissimè. *ibid.*

2 Religiosus potest esse testis tam iudicialis, quã cuiuscumque instrumenti. *Silu.v.testament.*1.*quæst* 5. *Molin.ibid.§.vtrum autem, & Farinac.trac.de testam. quæst.*61.*num.*126.

3 Regulares non possunt compelli ad testimonium ferendum in causis ciuilibus, nisi quando veritas aliter haberi non potest. *c.cum super, & c.delictorum de test.cog.Rodriqu.to.*2.*q.*10.*art.*2. *& Peyr.to.*1.*priuil. in constit.*2.*Iulij I I.n.*147. In causa autem Sanguinis (intellige pro liberatione, non pro condemnatione) cogi possunt ad testimonium ferendum. *ibid.*

4 In causis tam ciuilibus, quam criminalibus sui

Monasterij, Regulares sunt testes idonei. *Rodriq.tom. 2.q 11.art.1. Peregr.p.p. comp.priuil. sui Ordinis tit. testim.& Lez.tom.1.c.11.n.24.*

5 A teste exigendum est iuramentum: alias nihil probaret, etiamsi esset Episcopus, vel Cardinalis, *l.iusiurandi, C.de test.Spath.trac.7. c.6.num.6.* Et quidem Sacerdos super pectus; non Sacerdos super Euangelijs, vel alia re sacra debet iurare. *ibid.* Nam iuramẽtum est de substantiam actus. *Barthol.in d.l.iusiurandi, Clar.§.falsum n.11.in sua prax.*

6 Religiosus falsus testis perpetuò deponitur, & in arctum Monasterium recluditur, *cap.si Episcopus 50.dist.Rodriq.tom 2.q.31.art.1.*

7 Tota repellitur depositio testis, vt suspecta, si in vno falsum dicat, *gl.1.in c.in nostra de test. Spath.trac. 7.c.19.n.8.citans Clar.q.53.vers.sed quæro.*

8 Tenetur testis, sub pœna peccati, veritatem fateri, si seruato iuris ordine interrogatur, & delinquẽs, contra quem proceditur laborat infamia, vel contra eum est iam semiplenè probatum. *Spath.c.7.* Secus si rationabiliter dubitat an à Prælato iuridicè interrogetur. *Spath.cap.9.citans Sot.de iust.lib.5.q.7. art.1.& de sacr.memb.2.quæst.9.*

9 In casibus, in quibus licitum est celare veritatem, non obstante, præcepto Superioris, iuramento, vel pœna excommunicationis potest dicere se illam ignorare. *Nauar.in man.cap.18.num.61.& Sot.de sacr. memb.5.quæst.3.*

10 Non tenetur quia testificari, quæ tãtum auditu cognouit, siue à fide dignis, siue non. *Spath.c.8.n.10.*

11 Ad condemnandos Prælatos Prouinciales, vel maiores, saltem quatuor testes omni exceptione maiores requiruntur. *Spath.tr.7.cap.12.num.5.*

12 Professis cuiuscumque ętatis possunt in causis Regularium esse testes. *Spath.cap.4. num.4.*

13 Possunt prædicti testes compelli ad testificandum in virtute S. Obedientiæ, & Spiritus Sancti, & sub excommunicationis latæ sententiæ pœna,& alijs ad arbitrium Prelatorum. *ibid.n.6.*

14 Ex indulto Bonifacij VIII. possunt Prelati admittere in iudicio omnes testes inhabiles, *ibid. n.17.* Quod tamen limitat postea,*num.18.*

15 Fratres omnes, vel Monachi eiusdem Conuentus; quantumcunq; amici, sunt idonei testes ad probandum, tam pro reo, quam contra in causis criminalibus, dummodo non obstent aliæ exceptiones. *Spath.tr.7.c.1.vbi refert priuil.Summ.Pont.*

Fallit in amicitia, & familiaritate valdè coniunctis; in quo standum est Prælati iudicio, *ibid.c.4.n.6.*

16 Inimici super reconciliati repelluntur à testimonio ferendo, nisi deinde longo tempore amicitia fuerit confirmata, & obliterata inimicitiarum vestigia,*cap.accusatores,& ibi gl.1.3.q.5.* Inimici enim, & inimicorum amici consueuerunt infamare eorum inimicos,*c.repellantur,& ibi gl.1.de accusat.*

17 Nomina testium danda sunt reo ad se defendendum; Sic enim tollitur locus malignitati, dum sciunt testes se esse reuelandos; ideòq; non ita de facili audent alios accusare,vel testificari, *Spath.tract. 9. cap.24. Ghisil. de iudic. Regular. capit. 11. Victorin.*

Auers.

niam. eod tit. & cap. Ioannes. De Cleric. coniug.

Amplia ad dānatos ad triremes, qui imò nec possunt tonsuram deferre, cum in pœnam suorum delictorum sint priuati habitu Religioso, & consequenter etiam tonsura *Lez. an. to. 1. c. 23. nu. 17.*

TORTVRA.

1 POssunt Prælati Regulares, subditum non plenè conuictum, & negantem delictum, cogere etiam per torturam, vt illud fateatur. *D. Anton. 3. p. tit. 9. c. 7. § 8. Silu. v. inquisitio. 2. dic. 9. Spath. tr. 9. c. 19. & Lezan. tom. 1. c. 18. n. 17.*

Fallit si delictum, aliter quam per torturā probari potest: Est enim hæc in defectū probationū introducta. *Spath. c 20. cit Boer. decis. 163. n. 1. Abb. & Marsil.*

2 Inter Regulares non est deueniendum ad torturam, nisi adhibitis grauibus, aliàs expertis, & doctis Patribus, qui maturè deliberent, an indicia, quæ habentur, sufficiant ad torturam, nec ne. *Spath. cap. 21. vbi, ad intentum plures affert regulas.*

3 Ministri Seculares, nisi magna vrgeat necessitas non sunt adhibendi ad torquendos Religiosos; Et tunc quidem intra conuentum ipsum, vt in carceribus, vel alio loco commodiori. *Spath. c. 22.*

4 Cæteris parib⁹ mitius torqueri debent Religiosi, sicut & Clerici, quam Laici. *Abb. in c. 1 extra. de posit. Card. ib. Boss. tit. de iud. n. 103. & Diaz. in prac. cr. n. 117.*

5 Iudices Regulares tenentur dare reo ante torturam, copiā indiciorū, siuè eam reus petat, siuè nō, cū termino ad se defendendū. *Spath. c. 24. citans Bart.*

Silu. v. Religio 4. quæst. 2. & Lezan num. 8.

Limita primò in Religiosis Ordinis Clericorum Regularium, qui de licentia sui Generalis possunt ingredi quamcumque Religionem, etiam laxiorem. *Duard. in bull. cœnæ lib 2. pag 101. n. 38.*

Limita secundò in casu, quo adesset legitima causa talis transitus: tunc enim Prælatus Pontifice inferior posset dare huiusmodi licentiam. *Rodriq. to. 3. q. 52. a. 9. Less. l. de iust. c. 41. dub. 13. Suar. to. 4. de Relig. lib. 3 cap 11. nu. 2. & Lezan. n 9.*

6 Prælati, qui prædictam licentiam debent concedere, sunt Generales, & non alij *Rodr. to. 2. sum c. 6. n. 8. & Sanch. 6. in decal c 7. n. 63. At Lezan. n.* 10. existimat sufficere licentiam Prælati immediati, citatq; *Nauar. com 4. de Regul n.* 10.

7 Transitus ad Religionem laxiorem, sine causa vrgente, nec à Summo Pontifice concedi potest, saltem quo ad forum interius conscientiæ. *Nauar lib. 3. cons. tit. de Regul. cons. 56. vel 88. & com. 4. de Regul. num.* 10. *& Less. loc. cit.*

8 Qui, illegitimè, idest sine causa, aut sine licentia, vel contra iuris prohibitionem, transit ad aliam Relig. non est Apostata, sed fugitiuus. *Lez. n. 22. citās Less. loc. cit. & Azor. lib. 12. institut. cap. 17. q. 7.*

9 Causæ legitimæ in genere transeundi ad aliam Religionem, hæ solent esse: Infirma valetudo: Fragilis corporis natura, quæ Religionis austeritates ferre nequeat: Esse vtilem in vna Religione, & in alia onerosum: Magna necessitas Parentum, quibus in vna Religone subueniri potest, & non in alia: Si Reli-

giosus iniustè,& indignè odio haberetur,& malè tractaretur à Religiosis prioris Religionis: Esse in amatum in Religione ob aliquod crimen commissum, vt propterea necesse sit semper esse pudore suffusum, summaque tristitia affectum. *Vide Azor.lib.12.cap.14.Rodriq.tom 3.qu 52.artic.9.Suar.4.de Relig.tract.8.lib.3.cap.11.nu.21. Dian.tract.2 de dub. Regul.resol.43.& Sanch.6.in decal.cap.7.num.70.*

10 Si Religio,licet in se sit perfectior, deformata tamen est,& relaxata, licitum est, ex illa transire ad aliam magis reformatam, licet minus perfectam. *D. Thom.2.2.quæst.189.art.8. & Mirand.in man.tom.1. quæst.31.art.4.*

11 Non debet permitti transitus ad aliã Religionem, nisi prius Superiori legitimè constiterit dictam Religionem paratam esse recipere eum, qui transit. *Sac.Cong.in decr.de Apost. & Eiect iussu Vrb.VIII.*

12 Mendicantes transeuntes ad non Mendicantes priuetur voce actiua,ac passiua, & loco in Capitulo. *Clem 1. de Regul. Bonac.de claus.q.2.punct.9.§.5.nu.2. & Sanch.6 in decal.c.7.n.123.*

Limita in transeuntibus ad Carthusianos. *Suar.to.4.de Relig.tract.8.lib.3.cap 15.nu.6. & Lezan.nu 21. vbi adducit quandam declarationem Sac.Cong.*Non tamen priuantur loco in Choro, & Refectorio. *Lezan. tom 2. cap.1.num.67.Vide extrauag. Viam ambitiosè.de Regul. inter com.* vbi prædictus transitus prohibetur sub pena excommunicationis Papæ reseruatę.

13 Religiosi cuiuscumque sint Ordinis (exceptis Carthusianis) admittentes, seu recipientes Fratres

alte-

alterius Ordinis, præter ordinem iuris, peccant mortaliter. *Lezan. num.* 24.

14 Professi Ordinis nostri D. Hieronymi, ad alium Ordinem quemuis, licet strictiorem, sine Apostolicæ Sedis, per litteras sub bulla plumbea confectas, aut nostri Generalis licentia, transire nequeunt. *Mart. V. c.* 70. *& Sixtus IV. c.* 112. *nostrorum priuilegiorum.*

15 Transeuntes ex vna ad aliam Religionem, etiã si sint Canonici Regulares, sunt omnino incapaces quorumcunq. beneficiorum secularium, etiam curatorum. *Trid sess.* 14. *c.* 11. *Less.* 2. *de iust. c.* 41. *dub.* 13. *n.* 105 *& Suar. tom.* 4. *de Relig. trac.* 8. *lib.* 3 *c.* 15.

16 Transiens ex vna Religione ad aliam, animo nõ manendi intra claustra perpetuò, peccat grauiter. *Suar ibid. n.* 8 *Vide Trid. ibid.*

17 Totus Cõuentus potest ad arctiorem Religionem transire, seruatis tamen seruandis *Rodriq tom.* 3 *q.* 52. *art.* 6 *Bonac. de clauf. qu.* 2. *punct.* 9. §. 2. *nu.* 5. *& Lezan. tom.* 1. *c* 22. *nu* 27.

18 Pertinent ad primam Religionem omnia bona transeuntis legitimè ad aliam Religionem, ante professionem in secunda Religione factam, acquisita, vel quomodolibet ad illum spectantia. *Nauar com.* 4. *nu.* 24. *vers.* 11. *& lib.* 3. *cons.* 55. *nu* 9. *Azor. tom* 1. *lib.* 12. *c.* 15 *q.* 3. Quod multo magis verum est de transeunte illegitimè. *Lezan num.* 23. *vbi accumulat plures DD.* Quarè transiens ad aliam Religionem, præter solas vestes, de quibus supponitur tacita Superioris volũtas, nihil potest secum ferre, neque etiam scripta à se elaborata. *Sanch.* 7. *in decal. cap.* 32. *num.* 13. *Rodriq.*

*tom.3.q.52.a.27. & Suar.tom.4. de Relig.trac 1.lib.3. c.13.*Verum, quo ad partus intellectus, contrarium sentiunt alij, & Nos supra *v Professus nu.2.*

19 Translatus de vna ad aliam Religionem, debet in ea manere per vnius anni spatium an probatione, atque de nouo profiteri *Nauar. lib.3. consl. de Regul. 3.num 1. & consl.49.num.2. Miranda tom.1.man.quæst. 31.artic.21. & 22.*

Amplia, etiam si transitus fiat ab vna familia in aliam eiusdẽ Ordinis, puta à Cõuentualibus ad Obseruantes, vel Cappuccinos. *Lezan to.1.c.22.n.16.*

20 Qui transit ex vna in aliam Religionem, habet locum professionis factæ in Religione, ad quã transit. *Rodriq.tom.3.quæst.52. artic.29. & Sanch.6.in decal. cap.7.num.85.*

21 Non solum nõ tenetur ad obseruantias prioris Religionis, sed neque ad alia vota specialia in professione prioris Religionis emissa; Vnde, si erat ex Ordine Minimorum, non tenetur ad vitam quadragesimalem. *Suar.tom.2.de Relig.tract.de vot.lib 6. ca. 3.num.7.Sanch.num.87. & Bonac.de hor.can disp.1.q. 2.punct.2.num.2.*

22 Qui legitimè ad aliam Religionem transiuit, si ante professionem vult redire ad priorem, est in illa admittendus. *Silu.v. Religio.4.q.5. Azor.to.1.lib.12. cap.14.q.11 & Sanch.num.105.*

23 Eiectus iam emendatus non tenetur transire ad aliam Religionem, casu quo eius Religio nollet amplius eum recipere; Est enim obligatus tantum ad Religionem, in qua est professus. *Nauarrus com.2.*

de

de Regul.nu.36. & Laym.lib.4 tract.5.cap.13.quaest.5. Neque ad id potest cogi à Prælatis suæ Religionis; status nam Religiosus debet esse omnino voluntarius. *Castr.Palaus p.3 trac.16.disp.4.punc.22 num.2.*

24 Religiosus, qui iustè damnari possent ad triremes, vel perpetuum carcerem, potest cogi à suis Prælatis ad intrandum aliam Religionem, aliàs subiturus dictam pœnam. *Lez. in mari magno Minim.n.58. citans Suar.tom.4.de Relig.tract.8.lib.3.c.5.num.20 & tract.10.lib.11.c.2.n 7.& Laym. loc.cit.* Hoc enim nō tā est onus, quā beneficiū, vt scilicet ab illa pœna liberetur.

25 Possunt moniales, non obstante rigorosa clausura, transire de vna Religione ad aliam, seruatis seruandis; in quo casu possunt secum portare suam dotem. *Lezan to.1.c.25 cum pluribus DD.*

26 Apostata, aut fugitiuus, qui reperitur in remotissimis regionibus, vbi nō extant monasteria sui Ordinis, si non potest redire ad propriam prouinciam, aut petere licētiam transeundi ad aliam religionem absque alia licentia potest transire etiamsi Religio illa sit laxior. *Suar.tom.3.de Relig tr.8.l.c.12.n.10. & Rodriq.to 4.sum.c.113.n.13.* Tunc enim non videtur adesse alius modus consulendi suo statui.

TRIREMES.

1 Licite possunt Regulares propter grauia delicta mitti ad triremes *Peyr. de subd.q.1.c.27.Lezan.to.1.c.16.n 32.& Rodriq tom.2.q.25.ar.1,* vbi refer priuilegium Pij V. concessum Ordini nostro D.Hieronymi in Hispania.

2 Poteſtas mittendi ad triremes manet tantũ penes Generalem,& Prouincialem.*Peyr.ibid.*

3 Pœna triremium non debet irrogari niſi quãdo aliter Regularis caſtigari non poteſt.*ibid. vbi citatur Diaz.in ſua pract.*1.146.*n.*3.*& Viuald.trac.de depoſit.& de grad.n.*38.

4 Damnati ad triremes ſunt prius degradandi. *Franc.Pegna.*3.*p.direct.Inquiſit.com.*46.

5 Regularis,qui remo damnatus exiſtit in carceribus laicis, donec ad remum tranſmittatur, non eſt alimentandus à Religione.*Sac.Congr.*18.*Octob.*1593. *apud Bariol.lit.R.*

6 Ad triremes damnatus tenetur ad officium diuinum,ſi erat Choro deſtinatus,licet non ſit in Sacris modo tamen illud poſſit commode recitare.*Suar.to.*2.*de Relig.lib.*4 *c.*17 *n.*9.*& Viuald.loc.cit.n.*40.

7 Damnatus ad Triremes per legitimam Iudicis ſententiã,eſt infamis infamia iuris,& per conſequens irregularis. *Rodriq.to.*1.*q.*24.*ar.*6 *de Tolet. in ſum. lib.* 1.*c.*62.Cum quo tamen poſſunt Prælati Religionum, virtute ſuorum priuilegiorum, diſpenſare. *Nald.in v.infamia.n.*1.*& Peir de ſubd.q.*1.*c.* 7. Licet contrarium doceant.*Rodr.loc cit & Mirãd.to.*2.*man.q* 8.*a.*5.

8 Damnatus ad triremes perpetuò, vel ad tẽpus, non poteſt ab eis,tuta conſcientia,fugere.*Sanch.* 6. *in decal.c* 8.*num.*16 *cum alÿ pluribus.*Contrarium docet *Ban.*2.2.*quæſt* 69.*artic.*4 *poſt.*5.*concl. & validè probabile exiſtimat Peir.*

9 Miniſtri triremium verberantes Religioſos ad eas damnatos,ſi modum nõ excedant,vel non verberent,

rent, ex odio: aut si tempus damnationis, nō sit completum, non incurrunt excommunicationem canonis, Si quis suadente. *Nauar.com.3.de Regul.nu.*52. *& Mirand.to.*1.*man.q.*52.*ar.*8.

10 Finito tempore pœnæ triremium, deberet Religiosus remanere habitu spoliatus, ita vt ad Religionem amplius non rediret; Nam ad mala pronus, cum peruersis degens: pessimus iudicari debet; ideoque nulla de eo spes emēdæ remanet *Rodr to 2.q.25.a.2.* Sed hodiè attendenda sunt decreta *Sac. Cong. de Apost.& Eiect.*

11 A triremibus ad Religionem redeuntes non possunt iterum ad altare admitti, sine dispensatione super irregularitate. *Vide Lezan.to.*1.*c.*16.*n.*32.

T V T O R.

1 REgularis potest esse Tutor. *Menoch cons.* 1220. Intellige de tutela legitima, quæ scilicet defertur consanguineis successuris, Nam alioqui tutelam testamentariam, & datiuam, quæ solet designari à Iudice, non potest Religiosus suscipere. *cap fin.dist.86.Ang.Silu. & Tabien.v. Tutela.* Contrarium docet *Peyr.de Præl q.3 c.5.n.26.*

2 Potest Relig. esse tutor miserabiliū personarū. *gl. tutel in can.fi.dist.86.Graff.p.p.dec.lib.3.c.5.n.*112. *Silu. v.tutela.q.3.& Azor.to.*1.*lib.*12.*c.*1 .*q.*3. Contrarium docet *Sanch.6.in decal.cap.*14.*num.*26.*& Peyr.loc.cit.*

V A G A T I O.

1 VAgatio est periculosa maximè Religiosis.*gl.vagandi, in extrauag. Execrabilis. Ioannis XXII. Vide Seruat.in sua Optica.mandat. 9. Georg. Polacch. de potest. Præl. Regul. in for.inter.n. 198.& Nigronum in suis com.super reg. com. suæ societ.reg.43*

2 Vagandi occasio Religiosis tollitur si cum comite procedant.*Homob.de hum.vit.stat.p.p c.23. pag. 316.citans.Ant.Daur.in flor.exempl.to.4.c.7.tit 95.& D Th.* qui Religiosum solum procedentem, Diabolum solitarium vocare solebat.*Vide Fusc.lib.2. de visit.Eccl.& Aluarez trac.de vit.Relig.instit.sect.1.c.10.*

V E L V M.

1 VElum Religionis datur Mulieribus cum certis solemnitatibus, quæ non sunt de substantia.*c.ex parte de conuers. coniugat.* Diciturque velum receptionis,quod datur Nouitijs à principio. *Suar.de Relig.tract.9.lib.1.c.11.n.10.*Velũ autem professionis datur solemnẽ professionẽ emittẽtibus. *ibid.*

2 Velamen nulli Sanctimoniali licet imponere alteri.*can puella.§.fi.& can.seq.20.q.2.*

3 Velum consecrationis,Virginibus tantum imponitur in vigesimoquinto anno. Velum autem prælationis in quadragesimo anno datur Abbatissæ. *glos. velamen.in can.illud.§.fi.20 q 1.Vide Suar.loc.cit.n 13.*

4 Possunt velum sacrum virgines accipere propter

pter necessitatem, diebus non festiuis. *glos. 1. in c 2. de consecrat. Eccles.*

5 Velum Prælationis hodie non distinguitur à velo consecrationis: Vnde non datur Abbatissis speciale velum. *Suar. ibid. n.* 15.

6 Velum consecrationis datur à solo Episcopo. *c. Deuotis.* 20. *q.* 1. *& Suar. nu.* 12

Reliqua in v. Monialis. Virgo.

VENATIO.

1 Venatio est prohibita Religiosis. *Lezan. to.* 1. *cap.* 9. *num.* 10.

Limita primò, si fiat honestæ tantum recreationis gratia, cessante scandalo, & nullæ adsint prauæ circumstantiæ extrinsecæ *Nauar. com.* 4 *de Regul. nu.* 26. *& Suar. to.* 4. *de Relig. trac.* 8. *lib.* 1. *c.* 11. *n.* 1.

Limita secundo in venatione, quæ fit ponendo laqueum, vel rete sine strepitu, clamore, & canibus, cum Monacho liceat texere linum pro capiendis piscibus. *gl.* 1. *in can. qui venatoribus. dist.* 86. *Vide Valer. v. peccatum. diff.* 20.

2 Venatorem aliquem Sanctum fuisse in scripturis non inuenimus (intellige dum venator permansit, ne obijciatur de Eustachio) Piscatores inuenimus fuisse Sanctos. *can. Esau. & ibi gl.* 1. *dist.* 86.

VICARIVS.

1 Vicarij, qui in Conuentibus non habent Superiores, sunt veri Prælati *Rodriq. to.* 1. *quæst.*

quæst.20.art.2.& 3.Suar.to.4.de Relig trac.8.lib.2.c.22.nu.6.& Peyr de Præl.q.1.c.4.§.4.num. 74. habent enim ordinariam potestatem, & iurisdictionem. Secus verò de Vicarijs, qui instituuntur, vt adiuuent Prælatos locales, & dicuntur Vicarij Chori, seu Subpriores, seu Priores claustrales sub Abbate: Hi enim nullam habent iurisdictionem in præsentia Superioris localis. *Azor.p.2.lib.3.cap.20.quæst.2.& Rodriq. tom.1.q 17 ar.6.*

2 Vicarij, qui ponuntur in Conuentibus loco Superioris defuncti, vel priuati, vel absentis per longum tempus, sunt veri prælati cum habeant eandem auctoritatem, quam illi, quorum loco ponuntur *Peyr. loco citato.* Subrogatū enim sapit naturam eius, cuius loco succedit *c.maiores.de baptis.§.ad id autem.*

3 Vicarij paruorum Conuentuum non valentium sustinere Priorem, vel Abbatem propter penuriam Fratrum, si instituantur à Definitorio, non possunt ad nutum Prouincialis amoueri, nisi aliter Definitorium declaret *Rodriq.tom.1.quæst.12.artic.6 & Mirand.tom.2.man.quæst 20.art.2.* Quod enim per Superiorem instituitur, per inferiorem destitui non potest. *c.inferior.dist.21.*

4 Vicarius, absente Prælato locali per vnum diem naturalem, potest concedere facultatem absoluendi à reseruatis; est enim absolutus Superior, habetque administrationem, & potestatem spiritualem; neque Religiosus pœnitens in malo statu diù detinendus est *Peyr.to.1.priuil.in const.4.Sixti V.§.6.n.16.*

Limita in casu, quo Prælatus localis, eodem die, sit re-

reuerſus aut ſubditus de induſtria cõfeſſionem diſtulerit ad illum diem *Dian. 3.p.tract.2.reſ. 28. Vide Valer de diff.vtr.for.v.iuriſdictio.diff.3.*

5 Illegitimus non poteſt eſſe Vicarius Conuentus. *Portell. in dub. Regul.v.illegitimus.n.8.& Mirand. to.2.q.2.art.8.concl.1.*

6 Vicarios ad nutum amouibiles poſſunt inſtituere Canonici Regulares in Eccleſijs, quæ ad eos pleno iure ſpectant:non autem in ijs,quæ ad eos pleno iure non pertinent, ſed tunc debet eos Epiſcopis præſentare. *c.2.& ibi gl. deſtituũt. de ſupplen.negl.Præl.*

7 Vicarij conſtituti in beneficijs ſpectantibus ad Monachos,non tenentur ad onera,ſed ipſi Monachi. *Clem.1.de cenſ.*

VICARIVS GENERALIS.

1 Vicarius Generalis, ſi per denominationem ſolam à Generali fiat,habet tantum iuriſdictionem delegatam à Generali amouibilem, quæ expirat morte Generalis. Quod ſi per electionem,vel ordinis ſtatuta creetur,habet illam auctoritatem ordinariam,quam eis prædicta ſtatuta concedunt. *Rodriq.tom 1.quæst.9.artic.1.& Portell in dub. Regul.v Generalis.*

2 Poteſt Generalis committere alijs Fratribus idoneis ea omnia quæ ſpectant ad officium Generalis, eos ſcilicet conſtituendo Vicarios, ſeu Vicegerentes Generales,vel Locutenentes. *Alex IV Generali.Seruit.apud Lezan.in eorum Mari magno n.9*

3 Non

3 Non admittentes præfatos Vicesgerentes, seu Vicarios, vel contra eos rebellantes, incurrunt excommunicationem latæ sententiæ. Papę reseruatam. *Greg XIII apud Lezan. ibid. vbi citat Mirand. tom. 2. man q. 15. art. 3. Portell in dub Regul v. Comissar. in addit. nu. 2. & Hieron. Rodriq. in comp resol. 29. num. 13. Vide v. Commiss.*

VICARIVS EPISCOPI.

1 RElígiosi, saltem ex vi iuris communis, possunt esse Vicarij Episcoporum; de licentia tamen sui Superioris, & propter vtilitatem Conuentus *Azor. to. 2. instit. lib. 3. ca. 43. q. 10. Rodriq. to. 3. q. 76. ar. 1. Sanch. 6. in decal c. 13. n. 88. & 89. & Lez. to 2. ca. 1 n. 70* Contrarium docent. *Peyr. to. 1. priuil. in const. 4. Sixti IV. §. 10 n. 48. & Ricc. in prax. resol. 351.* qui tamen id concedit Monacho, & Canonico Regulari. *Vide gl. 1. in can. si quis. dist. 58.*

2 Si Regularis sit illegitimus, & cum eo fuerit dispensatum, vt possit habere dignitates in Religione, adhuc non poterit esse Vicarius Episcopi *Campanil in diu. iur rub. . c. 3. n. 118. & Rodr. to. 1. q. 13. a. 13* quia dispensatio est stricti iuris quæ non extenditur vltra casum expræsum, vt dictum est. v. Illegitimus nu. 15.

V I R G O.

1 VIrgines Deo dicandę, ante duodecimum annum non debent suscipere habitũ regularem; nec postea possũt emittere professionem, nisi Episcopus, vel eius Vicarius, aut aliquis ab eis

deputatus explorauerit Virginis voluntatem diligenter, an coacta, vel seducta sit vel sciat quid agat. *Conc. Triden. sess. 25. deregul cap. 17.*

2 Virginem, Viduam, vel aliam quamcumque mulierem inuitam cogens ingredi Monasteriũ, vel emittere professionem, præterquam in casibus à iure expressis, excommunicatur. *ibid. cap.* 18.

3 Virgines non debent cõsecrari ante vigesimum quintum annuum. *can placuit. dist.* 77. Licet dicantur consecrari etiam per professionem, quam faciunt in Religione. *can. Virgines dist.* 27. *Suar. tom.* 4. *de Relig. trac.* 9. *lib.* 1 *cap.* 11. *num* 10.

4 Virgo, si in persecutione fuerit oppressa, lege canonica non potest consecrari inter virgines: in gratia autẽ quasi virgo suscipitur. *can si.* 15. *q* 1 *Vide D. Th. in* 4. *dist.* 38 *q.* 1. *ar.* 1. *D. Ant.* 3. *p. tit.* 2. *c.* & *Suar. loc. cit.*

5 Virgo cẽsetur, cũ nõ est animus corruptus, licet corpus sit corruptum. *gl. fi. in can. mutationes.* 7. *q.* 1.

6 Virgines solæ habebunt laureolam. *gl. fi. in causam Matrimonij. de probat.*

7 Quamuis consecratio virginum non sit Sacramentum: confert tamen gratiam, & remittit venialia peccata, ad modum Sacramentalium. *Suar. ibid. num.* 14. *vbi explicat quomodo id sit intelligendum.*

Reliqua in v. Velum.

VISITATIO.

1 GEnerales, & Prouinciales tenentur visitare omnia Monasteria sui Ordinis, etiam illud in quo ordinariè resident. *Peyr. in formul. lit. P. cap.*

cap.9.num.11.Suar.de Relig.lib.10.de regimen.soc.cap. 11.Vide Trid.sess.25.cap.20.

2 Generalis accedens ad visitandū recipi debet cū summa reuerentia.*Gauant.in prax.visit c.1. §.5.n.10.*

3 Prælatus,absque legitimo impedimento,seu ex otiositate, aut negligentia omittens visitationem per se ipsum facere, peccat mortaliter;Contrauenire enim Concilio generali,in re graui,mortale est.Trid. autem sess.24 de reform c 3. declarat visitationem debere fieri per Prælatum ipsum.*Peyr.ibid.n.15.*

4 Prælato non visitanti non debentur ratæ. *Suar. lib.9.de leg cap.15.n.5 & 6.*

5 Generalis debet habere suum Secretarium,qui omnes actus in visitatione occurrentes fideliter scribat:cui tāta fides adhibeatur, ac esset si Notarius publicus.*Th.à Iesu de visit.Reg trac.3.c.2. §.1.nu.10.*

6 Non possunt Generalis, & Prouincialis mittere ad visitandum Conuentus Ordinis Clericum secularem,vel alium extraneum.*Rodr.to.3.q 77.ar.9.& to. 2.q.4.ar.2.& q.52.ar.7.& Peyr.de subd.q.1.ca. 8.*vbi id extendunt etiam ad Protectorem.Extraneus enim non est instructus,& expertus in regula aliorum Religiosorū:Vnde sic araretur in Boue, & Asino, contra illud Deuteron.2 . *Vide Peyr. ibid. vbi refert priuilegia,& literas Sum.Pont.hac occasione emanatas.*

7 Prælatus in visitatione generali non potest de delictis occultis inquirere,& si inquirat,peccat: Nec subditus tenetur, sub quouis præcepto ad delictum occultū Fratris reuelādū.*Nau.in c.inter verba corrol. 47.n.178.& Suar.to.4 de Relig trac.3. lib.10.c.11.n.7.*

8 Si

8 Si aliquod occultum delictũ, de quo delinquẽs non laborat infamia, fuerit per aliquem minus discretũ, vel etiam malitiosè in visitatione reuelatum, non potest Prælatus, per hoc delinquentem punire, neq; alios interrogare, neque ad specialẽ inquisitionem deuenire, etiam si delictum probari possit, nisi prius probatum sit delinquentem super hoc laborare infamia. *Peyr.lit.P.c.9.nu.16. vbi accumulat plures can. & DD* Secus autem si delictum iuridicè denuncietur. *Bann.2.2.qu.69.art.1.dub.1.& Mirand.de ord. iud.quæst.11.art.8.*

9 In visitatione nullus tenetur, delictum à se etiã publicè commissum, quomodocumque manifestare; Nemo enim tenetur se prodere, nisi sit legitimè interrogatus *Spath.de mo.cor.c.5.n.3.*

10 Qui tempore visitationis tacuerunt, veniunt ab accusatione, denunciatione, & testimonio repellendi; Præsumuntur enim rationabiliter suspecti, ex quo intra tempus constitutum nõ proposuerunt ius suũ. *cap. cum in tua. de his qui Matrimon. accusare possunt. vbi gl. repellendus, & Innoc.ibid.*

Limita ad eum qui non erat præsens, sed vel extra Prouinciam, vel in itinere, vel erat ita morbo grauatus, vt apud se non esset; hic enim non censetur tacuisse ex malitia *gl.& Innocen.ibid.*

11 In visitatione paterna abstinendum est à iuramento exigendo à Subditis, sed solum pręcepto adstringendi, vt veritatem fateantur. *spath.tract.2.cap.3.num.5.*

1 EPiſcopus tenetur viſitare Monachorum, & Regularium Eccleſias, vbi eſt animarum cura. *Conc. Trident ſeſſ. 7 c. 7.*

Amplia ad ea Monaſteria, vbi non viget regularis obſeruãtia. *Trid. ſeſſ. 21. cap. 8.* Et ad ea, quę ſunt erecta poſt decr. Vrb. VIII. de celeb. Miſſ in quib⁹ nõ habitant duodecim Fratres. *Ita in dict. decr. §. deinceps.*

2 Procurationi viſitationis contribuant ij Regulares, qui Parochialem Eccleſiam Conuentui vnitam habent. *Sac. Cong. 27. Auguſti 1577.*

3 Epiſcopo volenti viſitare Monaſterium exemptum, & aſſerenti ſe id poſſe facere ex ſpeciali delegatione Papæ, credendum non eſt, niſi literas authẽticas delegationis oſtendat. *Abb. in c. cum in iure. de offic & poteſt. Iud. Deleg. num. 3. & Graff. tom. 2. conſil. lib. 1. de offic. deleg. conſ. 3.*

4 Viſitare poteſt Epiſcopus quaſcunq; Eccleſias ſeculares intra fines ſuæ diœceſis exiſtentes vigore Trid. *ſeſſ. 7. de refor. c. 8.* etiã ſi ad Regulares pertineãt, & ab eis dependeant, dum tamen per ſeculares eis deſeruiatur *Sac. Cong. Conc teſte Armendar. in addit. ad recopil. leg. Nauar lib. 1. tit. 6. de viſit. l. 5. §. 2. n. 3.*

Amplia ad Eccleſias Parochiales vnitas Monaſterio Canonicorum Regularium, tametſi Generalis, in eo ſedem ordinariam principalem habeat. *Sac. Cong. apud Armend. lib. 7. §. 2. n. 1. Vide Barb. in collect. bull. v. viſit. Epiſ. quando poſ. Eccl. Regul. vbi plura ad intentũ.*

VISITATOR.

1 TEmpore actualis visitationis, de iure communi, & præscindendo à particularibus Religionum statutis, totum regimen externum contentiosum Prouinciæ, vel Conuentus, pertinet ad Visitatorem, non verò ad Prælatũ Prouinciæ, vel Cõuentus. *Portell in dub. Regul. v. Prouincialis. in add.*

Reliqua in v. Visitatio.

VITA COMMVNIS.

1 IN Conuentibus, in quibus vitæ communis obseruantia viget, Religiosi eam non obseruãtes sunt proprietarij. *Barth. à S Faust de vot pauper. q. 195 & Lez. to. 1. c. 6. n. 60. vbi id probant ex decretis Sum. Põt. & Conc præsertim Trid. sess. 25. de Regul. c. 1.*

2 Religiosi vitã communẽ nõ obseruantes, in magno suæ salutis discrimine, & periculo transgressionis ferè quotidianæ voti paupertatis versantur. *Lez. ibid.*

3 Vbi vita communis non viget, vel quia Superiores nequeunt, vel quia nolunt dare singulis Religiosis necessaria ad vitam, possunt dicti Religiosi à peccato proprietatis excusari, si alio modo commodè viuere non possunt, dummodò sint parati recipere reformationem, & introductionẽ vitæ communis, si à Prelatis de nouo instituatur, & restauretur. *Silu. v. Religio. 6. q. 7. Valent. 2. 2. disp. 10. q. 4 p. 2. Less. lib. 2. c. 4. dub. 5. Nauar. com. 3. de Regul. n. 36 Rodriq. 2. p sum. c. 31. Barth. à S. Faust. ibid. & Lezan ibid.*

VNIRE.

1 VNire non possunt Abbates Ecclesias, etiã ad eos pleno iure, spectantes, sed Ordinarij vnire debent. *Clem. ne in agro* §. *ad hæc.* & *ibi gl. Ordinarios. de stat. Monach.* Vniendi tamen facultatem possunt Abbates præscribere. *gl. ibid.*

2 Quando Conc. Trid. sess. 24. de reform. prohibet ne Ecclesiæ Parochiales, Monasterijs quibuscumque, aut Abbatijs vniantur, prohibet ne Ecclesia Parochialis annectatur Monasterio, non vero quod concedi possit alicui Religioni Ecclesia Parochialis, vt in ipsa maneant, & habeant Monasterium Religiosi ad inseruiendum tali Parochię. *Lezan. ia Marimagno Predicat. circa* §. 50. *num.* 159.

VOCATIO.

1 VOcatione sua quis debet esse contentus, nisi instinctu Spiritu Sancti ad sanctiorem vitam inducatur. *c. licet.* 18. *de Regul. gl. minus. in cap. si proponente. de rescript. vide v. Transitus.*

VOTVM.

1 VOuens ingredi Religionem strictiorem, si laxiorem ingreditur, & in ea profitetur, potest in hac licitè manere, quia voto priori simplici derogatur per hoc solemne peccat tamen. *Silu. v. Religio.* 1. *q.* 8. & *Graff. lib.* 2. *decis. cap.* 24. *num.* 22. *Vide Rodriq. tom.* 1. *q.* 25. *art.* 6.

2 Vouens ingredi Religionem, post ingressum libere potest exire. *D.Thom.2.2.q.189.ar.4.* Intellige si dubitat vtrum vouerit se professurum, nec ne. *Dian. 3.par.trac.3.resol.36.*

3 Vouens Religionem ingredi, si voto non completo fiat Episcopus, renunciare debet Episcopatui, & votum implere. *cap.pe. de voto. Graff.lib.2. cap.24. num.12.*

4 In voto potest quis se adstringere ad seruandam certam regulam Religiosorum, licet se non transferat ad illos Religiosos. *c.cum dilectus; de his, quæ vi, metus ve causa.*

5 Votum Monachismi non frangit, si Fratres illius Religionis nolint eum postea recipere. *gl.1.in cap.pe.de voto.*

6 Voti solennizatio est iutroducta de iure positiuo, & non de iure diuino. *c.1.de voto in 6.*

7 Votum solemne ante carnalem copulam soluit matrimonium. *c.Fraternitatis, & ibi gl.nisi de voto.de frigid.& malef. Vide v.Matrimonium nu.6.*

8 Religiosi, absq; suorum Superiorũ consensu, nõ possunt licitè, & validè vouere. *Ricard.in 4. dist.28.a. 4.q.1. Hostiens in sum.de voto.§.quis vouere possit. Angel.v.votũ.2.Rosell.eod.2.nu.14.Vide c.Monach.20.q. 4 Cõtrarium sentit Tostat.in c.30.Num.q.72. Azor.to. 1.lib.11.c.17.q.4.Suar.to.2.de Relig.lib.3.de voto.c.5. à n.3.Filliuc.to.2.tr.26.c.6.n.172.Mirand.to.2.man.q. 32.ar.4.concl.4. Caiet.& Arag.2.2.q.88.art.8.*

9 Prælatus, datam subdito licentiam vouendi, vel votum adimplendi, reuocare potest, ita vt subditus

non teneatur amplius ad votum *Caiet.& Aragon.ib. Sot lib.7. de iust.qu.3.ar..1. Ledesm.2.p.sum tr.10.c.7. dub 2.Vega to.2.sum.c.126.cas.91.Less.2 de iust.c.40. dub.10 & Rodriq.to.2.sum.c.91.n.6.* Habet.n.semper Superior dominium voluntatis subditi.

10 Potestas irritandi vota simplicia subditorum competit Prælatis de iure diuino naturali, nempè ratione obedientiæ, per quam voluntas subditi dependet ab arbitrio Prælati. *Sot.ibid. Ledesm. ibid Sayr.in claui.lib.6 c.10.nu.7. Sanch.4.in decal.c.24. nu.32.& Azor.to.1.lib.11.c.18.q 3.*

11 Potestate irritandi vota potest absque vlla causa Prælatus vti; Potest enim pro libito vti iure suo. *Azor.ibid.q.5. Nauar.in man.c 12.n.69 D.Anton 2.p. tit.11 c.2.§.7.& Llamas.3 p meth c.4.§.42.* Et hoc, etiam si votum sit de re, quæ nullum præiudicium inferat Religioni. *Lopez.p.p.c.48. Suar.to.2.de Relig. lib.6.c.7.& Lezan.to.1.c.18.n.47.*

12 Votum semel irritatum non reuiuiscit; nisi renouetur. *Azor.ib.q.4. Nauar.in man.c.12 n.66.Barth. à S. Faust.lib.2.thesaur.q.28.& q.164. Sayr.lib.6.c.10. n.10.& 13 & Reginald.in prax.lib.18.n.305.*

13 Vtrum vota quædam solemnia, præter tria generalia, quæ in aliquibus Religionibus solent emitti, quale est Minimorum de vita Quadragesimali; &c. ligent Religiosos assumptos ad dignitates extra Religionem, negat *Sanch.6.in decal.c.6.n.15.* Affirmare autem videntur *Sot.vlt.de iust & iur.lib.vlt.q.vlt.ar. vlt.& Suar.tom.4.de Relig.trac.8.lib.3 c.17.nu.8.* *Vide v.Episcopus translatus num.3.*

14 Vo-

14 Votum ieiunandi factum à Ciuitate,& ab Episcopo confirmatum,non ligat Regulares,qui habēt sua ieiunia, nec quo ad hoc subduntur Episcopo. *Azor.tom.1.lib.7.cap.30. & Bariol.v.ieiunium.* Contrarium docet *Sanch.p.p.in decal.lib.4.cap.15.nu.21. & Suar.de leg lib.3.cap.33.*

15 Votum non comedendi carnes die veneris ligat eos,qui regulari obseruantię ad huiusmodi votū sunt adstricti,etiā quando Natiuitas Domini dicta die cōtigit.*c fi.de obs.ieiun.Sanch.lib 4.in decal c 11.n.59.*

16 Vouens votum peregrinationis,& religionē intrans,nō videtur fractor voti; quia illud in melius cōmutat.*gl.confitentibus.in extrauag. Antiquorum.de pęnit. & remiss.inter commun.* Votum enim omne commutabile est in votum Religionis.*c.scripturæ.de voto.*

17 Votum nulli (Religionis exceptó) obligati sumus,quādiù in nostro Ordine perstiterimus.*Eug IV. c.20.nostrorū priuil.*Est enim ꝓfessio mors vitę pręteritæ.*Vide D.T.2.2.q.88.a.12.ad 1.vbi Caiet.& Arag.*

18 Vota simplicia; quæ emittunt Patres Societatis Iesu post biennium approbationis,constituunt illos veros Religiosos. *Greg.XIII.in extrauag. Ascendente Domino. Vasq 1.2.disp.165.num.19.& Sanch.in decal.lib.5.c.1.n.6.*

19 Potest Summus Pontifex dispensare in votis solemnibus. *Gaiet.2.2. quæst.88.art* 11. Intellige si adsit publicæ vtilitatis causa, eaque vrgentissima. *Sanch. ibid cap.2.nu.5.*

20 Possunt Prælati Regulares, & commutare vota suorum subditorum. *Palud.in 4.dist.38.q.4.a.3.concl.*

5.& *Aragon.2.2.q.88.a.12.& q.89.a 9.* Et dispensare in omnibus illis, in quibus possunt dispensare Episcopi cũ sibi subditis.*Bon.q.2.de voto.pun.7.§.4.n.26.*

21 In votis transeundi ad arctiorem Religionem possunt Prælati Regulares dispensare, dummodo rationabilis causa dispensationis adsit. *Caiet.ibid.art.8. Sot.7.de iust.q.4.a.6. & Dian.tract.2.de dub. Regul.resol.91.* Non tamen possunt ea irritare. *Nauar. cons.4. alias 30.de voto.*

22 In votis Prælatorum possunt Superiores Prælati dispensare.*Suar.tom.2.de Relig.lib.6.cap.11.*Superior verò Prælatus potest committere suo Confessario, vt secum dispenset.*Suar.tom.4. de Relig tr.8 lib.2.c.14. & Lezan.tom.1.cap.18.nu.52.*

23 Vt dispensatio voti teneat, requiritur, vt non fiat inuito vouente, nec sine legitima causa. *Sot.1.de iust q.vlt.a.2.& Suar.to.2.de Relig.lib.6.c.1.*

24 Potest Religiosus per se commutare votum suũ in melius bonum. *Caiet.2.2.q 88.ar.12.& Cordub.in sum.q.149.* In quo casu non est in potestate vouentis ad prius votum redire. *Suar. de voto c.20. & Lezan. tom.1.cap.18.num.48.*

25 Ad commutationem voti in æquale bonum requiritur auctoritas Prælati,& aliqualis causa.*Nauar. cons.18.de voto.& Suar.to.2.de Relig.lib.6.c.19.*

26 Religiosus dubitans an emiserit aliquod votum (idem dic de iuramento) non tenetur illud seruare, sed possessio stat pro libertate ipsius. *Sotus 7. de iust. quæst.3.c.2.& Cornex.to.1.tract.8.disp.4.dub.2.*Secus si constet de voto, & dubium sit vtrum illud adimpleue-

pleuerit,nec ne;tūc enim possessio stat pro voto.*Sāch. lib.1.in decal.c.9.n.13.Laym.lib.1.trac.1.c.5.§.4.n.31.*

27 Possunt Confessarij Regulares habentes communicationem priuilegiorum cum Benedictionis, & Iesuitis,commutare vota reseruata Episcopis, in alia pietatis opera (Vltra marinis, Visitationis liminis Apostolorum Petri,& Pauli de Vrbe,ac Sancti Iacobi in Compostella,nec non Religionis,& Castitatis votis dumtaxat exceptis) *Laym.lib.4.trac.4.c.8.num.17. Peyr de subd.q.1.c.21.§.1.& Lezan.to.1.c.19.n.23.vbi adducit plura priuil.Pontif.*

Amplia etiam ad supradicta quinque vota, si non sint absolutè voluntaria, & ex deuotione, sed pœnalia,vt si dicas:Si tali die non ieiunabo, seruabo castitatem.*Rodriq.to.1.q.63.art.7.Sanch.lib.4.in decal.c.4. n.87.Azor.to.1.lib.11.ca.10.q.3.& c.9.q.13.& 15. Suar.to.2.de Relig.lib.6.c.23.n.6.Mirand.Enriq.& alij.*

28 Commutare possunt Regulares vota extra Sacramentalem Cōfessionem.*Sanch.de matrim.to.3.lib. 8.disp.16.& lib.4.in decal.c.54.n.15.& 16.*

Reliqua in v.dispensare.

V O X.

1 VOcem habere possunt in Capitulo Regulares sacris non initiati.*Sac.Cong.10.Ian. 1573.apud Bariol.lit.V.pag.321.nō obstāte Conc.Trid. sess.22.c.4.de ref.Vide Passarel.in sum.Cōc.Trid.can.13.*

2 Vocis actiuæ,ac passiuæ priuatio non incurritur ipso facto in foro conscientiæ,sed post latam senten-

tiam,

tiam,& condemnationē. *Rodr.to.2.q.56.ar.1.Sot.l.de iust q.6 a.6.& Peyr.de subd.q.2.c.2.§.11.Vide v.Priu.*

3 Voce eligendi priuatus nō integratur ad actum vocis ex participatione habentium vocem. *Clem. 2. de ætat.& qualit.*

4 Voces duas habere potest quis, vnam nomine suo,aliam nomine procuratorio; *c. cum olim. de re iudic.* Sed non potest illas diuidere dando vni vnam, & aliam alteri. *c.pe.de elect.in 6.*

5 Votum incertum,& conditionale proferens non priuatur potestate eligendi,sed vox eius non computatur in numero pro illa vice. *c.2.de elect.in 6.*

Reliqua in v.Electio.Suffragium.

VXORATVS.

1 VXoratus adulter iam emendatus, si sępius & instanter petijt admitti ad consortium coniugis,& illa absolutè negauit, potest Religionem ingredi; Non enim æquum est,vt semper de suo statu incertus maneat,nec animæ suæ consulat, aliquem statum eligendo. *Coninch. de Sacram. disp. 35. dub. 5. concl.4.n.26 & Dian.3.p.trac.4.resol.257.*

2 Vxor inuenta in adulterio à marito, qui illam volebat occidere,si non permitteret ingredi Religionem,ingredi tenetur, nec maritus excommunicationem incurrit;licet enim metus sit grauis: iniuriosus tamen non est,sed iustus. *Peyr.de subd.q.1.ca.29. cum Ledesm de stat.Relig.in com.c.5.concl.8.*

3 Vxoratus,si lōgam iter arrepturus de vanitate,

&

& calliditate vxoris dubitet, poteſt illam cogere ad ingrediendum Monaſterium, vſq; ad redditum. Illa enim coactio non eſt iniurioſa, ſed rationabilis. *Ledeſm. ibid. & Suar. to. 5. in 3. p. diſp. 23. ſec. 7.*

4 Vxoratus, ſi ſe, & ſua tradidit Religioni ſine licentia vxoris, & poſteà repetitur ab vxore, ſunt ei res ſuæ reſtituendæ. *gl. 2. in can. ſi. 17. q. 2.*

5 Vxoratus ſi vult ingredi Religionem, eius etiã vxor Religionem intrare debet, ſi eſt iuuenis: vel, ſi eſt ſenex promittet continentiam. *gl. ſequeſtrato. & gl. religione, in can. Epiſcopus. diſt. 77. Sanch. to. 2. de matr. lib. 7. diſp. 32. & 33.*

6 Vxoratum profeſſum poteſt vxor repetere, non obſtante licentia profitendi ab ea metu extorta. *cap. accedens. 16. de conuerſ. coniug.*

7 Vxorato debet ab vxore dari licentia intrandi Religionem coram Iudice Eccleſiaſtico. *cap ſignificauit* 18. *eod.*

8 Vxoratus innocens poteſt intrare Religionem, ſi ob fornicationem ſpiritualem, ſeu negationem fidei alterius coniugis, matrimonium ſeparetur quo ad thorum, & cohabitationem, dummodò ſeparatio fiat Iudicio Eccleſiæ. *Valer. in diff. vtr. for. v. matrimonium. diff.* 10.

9 Si vxor, de conſenſu viri ingrediatur Monaſterium, transferendo in illud dotes, & bona ſua, nõ poteſt vir conuenire Monaſterium, vt ſibi pręſtet alimẽta ex bonis vxoris. *Gratian. diſc. for. c.* 102. *n.* 17. *&* 18. *citans Aym. conſ.* 24. *nu* 9. Nam conſentiendo quoad vxor efficiatur Monacha, cẽſetur renunciare ſuo fa-

uori,

nori, ita vt bona ingredientis Monasterium, transferantur in illud, & ei sint acquisita *auth.ingressi vbi Ias. in princ. C. de Sacros. Eccles.*

Amplia etiamsi vir esset egenus, siue tempore ingressus, siue post. *Surd de alim.tit.* 1 *q.37.per tot.*

10 Vxoratus, post matrimonij consumationem legitimè professus, si propriam vxorem adhuc superstitem carnaliter cognoscat, peccat tantum peccato sacrilegij, ratione voti, sed nō peccato adulterij, quia non accedit ad alienam vxorem, sed ad suam. *Suar to. 3. de Relig.lib.9.c.19.n.12. & c.litteras. de fil. præsbit.* Qui etiam aduertit filios, qui ex tali copula procrearetur, non futuros ex natura rei illegitimos, nempe quo ad successionem, & honores, vt etiā docet. *Sanch. lib.9. de matr.d.38 n.7.* quamuis secundum ius canonicum reputarentur illegitimi, quò ad irregularitatē ad ordines suscipiendos, vt ex *d.c.litteras.*

Vide v.Matrimonium mulier.

FINIS.



LIBRI STAMPATI DA' TVRRINI.

Rossi, e Neri.

BReuiario Romano in 8. disteso con figure in legno nouo.
Detto in 8. con figure in Rame.
Detto S. Pietro in 8 ordinario.
Detto Papino in 8. piccolo.
Diurno Romano in 24. grande disteso con linie littera grossa nouo
Hore Diurnæ Sancti Agostini in 24. pro eiusdem.
Missale Romano fol. ordinario disteso con figure in Legno nouo.
Detto con figure di Rame.
Messe di S. Francesco per detto fol.
Santi di Spagna per detto
Santi noui in fol. compiti nouissimi.
Da morti in fol. grande con Figure in Rame.
Officij Romani in 12. con Confessionario in fine.
Detto in 24. con linie lettera grossa con confessionario.
Detto in 32. grande con linie lettera grossa con detto.
Detto in 32. piccolo con detto.
Detto in 64. con detto
Detto in 128. forma noua.
Detto in 16. vno Offic. solo.
Detto da dozzina ò sian da putti in 16.
Offic. S. Francesco per Breuiario disteso in 8. con linie.
Detto per Breuiario Papino in 8. piccolo.
Detto per Breuiari in 8. ordinari.
Detto per Breuiari in 16.
Offic. SS. di Spagna per Breuiari in 8. grandi.
Detti per Breuiario 8. piccolo Papino.
Detti per Breuiari in 16.
Salmista Romano in 24. lettera grossa.
Officij della Settimana Santa in 32. piccolo. con le dichiarationi del Calamato.
Officij Santi nuoui Compiti 8. hora ristampato,

LIBRI

AVuento del Bignami in 4.
Aldimiro del Lengueglia 12.
Albimauro Romanzo nouo. 12.
Almerinda del Assarino. 12.
Agiustamento o corrispondenza delli pesi,e delle misure, con tutte le Città del Mondo. 8.
Afforismi d'Ippocrate. 16.
Antilucerna di Francesco Pona in 12.nouo
Bonacina de Eletione Pontifici fol. e 4.
Breuis notitia ad Confessarium Ioseph. August. con addit. nouiss. 24. 1648.
Cretideo del Manzini. 12.
Catechismo Romano 8. ordinario.
Detto 8. piccolo con il principio in Rame nouo.
Concilio Tridentino 8. ordinario. 1648.
Detto con giunta dell'Indice & Elenchus de'libri prohib. 1648.
Complementum Arte Eforcist. con nouiss. Trat. de modo interrog. Demon. 8.
Calloandro Smascharato con le Garre de Desperati tomi 3. in 12.
Garre de Desperati separate in 12.
Clauis seu Repertorium omnium Disceptationum Gratiani. Io: Andrea Cadeo fol. nouiss.
Carro Trionfale de'Predicatori Paneg. Sacri del P. Bona nouo 12.
Controuersiæ de Can. Electione Francisco Maria Samuelio fol.
Discorsi Predicabili del P. Brachi 4. nouo.
Decisiones Cathalonie Fontanella fol.
Regni Napolitani Regentis S. Felicio primo & 2. tomo & addit. a sui lochi fol.
Ditionario Ciceroniano 8.
Diuotioni al la Verg. del Martegiani 32.
Dette con linee e figure in Rame in lettera grossa.
Erotemata Iuris Freislebium con Epitome Inst. iur. Ciu. & Canon. 16.
Ebreo Conuinto del Pettelli. 4.
Epistole Eroiche del Bruni 24.
Euclide Elementorum in 16. con le figure a suoi luoghi.
Elucidario Poetico. 12.
Gramat. Emman. in 16. con principio in rame.
Dette in 16. Roma.
Dette in 8. 1648.
Geneologia degli Dei del Boccacio con l'Elucidario Rimario, Sillabario e altre aggionte noue 4.
Giardino Spirituale. 12.
Detto 24.

Isto-

Istorie memorabili de nostri tempi di Alessandro Zilioli.to 3. in 4.
Delle Guerre di Germ. dall'anno 1618. al 1648. di Gioseph. Ricci. lat. 4. nouo.
Istoria del Caualier Perduto. 4.
Idea del Giardino del Mondo 12.
Innocenza Riconosciuta tradotto dal Francese. 12.
Indroductio in Geograph. Filippi Cluueri 24 con gionta.
Ioan. del Castillo de Vsufructu prima e 2. parte con additione fol.
Index lib. Proib. cum Elencus. 8.
Lucerna Regular. Io: Maria Nouario con nouissimo tract. de Priuil. Religios.
Lett. di buone feste del Mala & altri Autori. 8.
Amorose di Marg. Costa Rom. 8.
Maddalena Conuertita Brignole. 12.
Officina Hist. del Astolfi con le notitie delle cose più notabili del Mondo di Luc. Ampeleio 4.
Orationi Selecte di Cicerone 8. nouo.
Orat. Sacr. del Azzolini con noua aggiunta 12.
Practica Visitandi infirmos, Iacobo Mancino con addit nouiss. 8. 1649.
Panegirici sacri del Tesauro. 12.
Detti del Recupito 12. tomi 2.
Detti del Giuglaris 12.
Detti del Bona 12. nouo.
Politica Massima cioè declamationi politiche del Pellegrini. 12.
Prosodia Bononiensi Ricciolo. 12.
Picciolo Microcosmo del Vlloa. 8.
Palauicino, Bersabee 12.
Giuseppe 12.
Varie Compositioni 12.
Quaresimale del Momigno 4. nouo.
Raguagli del Regno d'Amore del Assarino. 12.
Scaccia de appellationibus cum additione & Decis. Rot. Rom. fol.
Scrutinio Sacerdotale. 12.
Summa Censurarum, & Irregul. Ant. Glianes 24.
Stato del Anime del Purg. de Fanciulli nel Limbo, de Beati in Cielo, de'dannati nell'Inferno del P. Roa 12. con gionta.
Serm. sopra le figure del Purgat. del Pepe 4. compiti.
Detti parte 2. separati.
Scola Medica che contiene Afforis. d'Ippocrate, Ars Parua Galeni, & prima Fen. Auicenna 16.
Segretario de gl'Animali 12. nuouo.
Sfogamenti d'ingegno del Minozzi 12.
Successi differenti del Vescouo di Beley tradotto dal Francese 12.
Sindicato di Tiberio Imperatore 12.
Sidonia del Cau. Bertani 12. nouo.

Scherzi

Scherzi Geniali del Loredano 12.
Trattato nuouo di formar squadroni con vna sol regola del Monte Albano 16.
Tract. de Modo articolandi,& probandi Marcello Calà con adit. Ricci. 4.
De concursu Cred. Amatoris Rodriguez con adit. 4.
De Priuilegijs Religiosorum 4.
Trullench opera omnia tom. 3. fol.
Idem de Sacramentis.& in Bulla Cruc. fol. nouo.

Si Stampa.

Tiranno in Italia del Santa Croce 12.
Fontano de Morbis Mulierum 24.
Dittionario Galesino in 8. con noue aggiunte
Tract. de Inducijs Debitor. Sanctio à Mello 4.
Scena Rettorica del Palauicino 12.
Frascinello de obligat. Sacerdot. con addit. 24.

Altri Libri hauutone loro buona parte delle Impressioni.

Capricia Macaronica Magistri Stopini in 16. con noua agionta.
Discept. Gratiani fol.
Epitafij giocosi del Loredano compiti.
Detti terza centuria separata.
Epigramata Io: Ouuen 18. Amsterdam.
Dolcezze amare di Vito Canaldo. 12.
Flos Sanctorum Vigliega 4.
Balthal. Tomasij de immunitate Eccles. fol. nouo.
Anotomia dell'Imperio Ottomano 12.
Quaresimal Fedele 4.
Surdus de Alimentis.

